
ΕΙΣ ΦΑΟΣ

[illegible]

BIBLIOTHECA

CLASSICA LATINA

SIVE

COLLECTIO

AUCTORUM CLASSICORUM LATINORUM

CUM NOTIS ET INDICIBUS

On souscrit, à Paris,

CHEZ N. E. LEMAIRE, Éditeur, boulevard italien, n° 22, en face des Bains Chinois.

BARROIS l'aîné, libraire, rue de Seine, n° 10, Faub. St.-Germ.

DEBURE frères, libraires du Roi, rue Serpente, n° 7.

P. DIDOT, l'aîné, Imprimeur du Roi, rue du Pont de Lodi, n° 6.

F. DIDOT, Imprimeur du Roi et de l'Institut, rue Jacob, n° 24.

TREUTTEL et WURTZ, libraires, rue de Bourbon, n° 17.

AUG. RENOUARD, libraire, rue Saint-André-des-Arcs, n° 55.

MONGIE aîné, libraire, boulevard Poissonnière, n° 18.

AL. EYMERY, libraire, rue Mazarine, n° 30.

BOSSANGE père et fils, libraires, rue de Tournon, n° 6 *bis*.

BRUNOT-LABBE, libraire, quai des Augustins, n° 33.

H. VERDIÈRE, libraire, quai des Augustins, n° 25.

Et chez tous les libraires de France et des pays étrangers.

PUBLII VIRGILII MARONIS

QUÆ EXTANT

OMNIA OPERA.

EXCUDEBAT PETRUS DIDOT
NATU MAJOR, REGIS TYPOGRAPHUS.

P. VIRGILIUS MARO

QUALEM OMNI PARTE ILLUSTRATUM

TERTIO PUBLICAVIT

CHR. GOTTL. HEYNE

CUI SERVIUM PARITER ET CERDAM

ET VARIORUM NOTAS CUM SUIS SUBJUNXIT

N. E. LEMAIRE

VOLUMEN SEPTIMUM

PARISIIS

COLLIGEBAT NICOLAUS ELIGIUS LEMAIRE

POESEOS LATINÆ PROFESSOR

MDCCCXXII

TABULA

RERUM QUÆ IN HOC SEPTIMO VOLUMINE CONTINENTUR.

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS

LIBER NONUS.

(Vide Argumentum generale, vol. IV, pag. 1.)

ANALYSIS.

Apparet Iris Turno ferianti majorum Manibus; hortatur ad bellum ex occasione absentis Æneæ; 1—15. Agnoscit ille benignitatem Deorum erga se; loquitur cum Iride, videt cælestia prodigia, arripit hæc omina, haurit aquam precaturus; 16—24. It infensum agmen hostium contra urbem Trojanorum; comparaturque cum Gange et Nilo; 25—34. Animadvertit primus omnium Caicus adventum hostium; occludunt Trojani portas urbis, ex præcepto Æneæ; 35—46. Antecessit suos Turnus pugnæ cupiditate inflammatus; provocat Trojanos hasta in altum jaculata; tenent se illi intra mœnia; 47—58. Rem illustrat comparatione lupi quærentis aditum ad caulas ovium; talis enim Turni ardor: qui tamen, nihil quum posset, decernit classem Trojanorum exurere, ut ita clausos cogat ad exitum, auxilium classi laturos; 59—76. Aggreditur narrare, uti naves ereptæ fuerint ab incendio Turni, repetitque rem a primo exorsu navigationis Æneæ, qui quum ligna fabricandæ classi secuisset ab luco Cybeles, ea ab Jove tum petiit, ne unquam illæ naves perirent; 77—92. Respondet Jupiter matri, daturum se immortalitatem, non omnibus navibus, sed illis tantum, quæ Æneam ad Italiam perduxerint, mutatis in formas Nympharum; 93—106. Naves transformantur in Nymphas ad jussum Cybeles, transcurrente prius aerem nimbo, qui tanti prodigii indicium; 107—122. Obstupescunt Rutuli; unus tamen audacior Turnus prodigium in sui utilitatem convertit, et ad exitium Trojanorum, quibus fuga jam adempta, via unica ad salutem; 123—134. Explicat fata Trojanorum, et pro se alia adducit Græcorum exemplo: deinde solvit, quæ objici pro salute Trojanorum possint; 135—145. Ita Græcos in oppugnandis Trojanis cum Latinis comparat, ut his det gloriam, quippe gesturis bellum longe aliter, quam illi: deinde, quia serum diei, pugnam trahit in diem crastinum, monitis militibus, ut

curent corpora; 146—158. Sunt in armis Itali et Trojani: illi intenti obsidioni, hi defensioni; 159—175. Custodia portæ data est Niso atque Euryalo: unius genus, alterius pulchritudo, utriusque amor explicatur. Deinde aperit Euryalo Nisus, esse sibi animum egregii alicujus edendi facinoris; 176—187. Explicat facinus, nempe se ardere cupiditate eundi ad accersendum Æneam, etiam per medios hostes, quod Euryalus obstupuit; 188—198. Querelæ et argumenta Euryali, quibus debeat cum Niso ire: excusatio et argumenta Nisi, quibus abnuat Euryalum secum abducere; 199—218. Vincit Euryalus abnuentem amicum: pergunt statim, succedentibus aliis in vigilia, ad locum, ubi Ascanius et proceres consultabant de rebus regni, et quis iturus ad Æneam cum nuntio obsidionis: petunt admitti; fit statim; jubet Ascanius Nisum dicere; 219—233. Aperit mentem suam Nisus coram concilio: summa est, velle utrumque ire advocatum Æneam; ita vero rem gerit, ut omnes difficultates ab animis auditorum amoveat; 234—245. Commotus Alethes senior magnifica adolescentium virtute, convertit se primum ad Deos, mox ad juvenes cum lacrymis, promittitque præclaris ausis præmia Æneæ nomine, atque Ascanii, qui Alethæ verbis arreptis, juvenes alloquitur reditum patris obtestans; 246—262. Sequuntur Nisi præmia, eaque permagnifica sub triplici divisione; 263—274. Convertit se cum magnis notis benevolentiæ ad Euryalum: hic illi virtutem animi eamdem in quacunque fortuna pollicetur; commendat matrem, a qua insalutata discedit: flent Trojani ad hanc pietatem, commoveturque Ascanius paternæ pietatis imagine; 275—295. Suscipit Ascanius curam genetricis Euryali, datque huic ensem: et Mnestheus Niso pellem Leonis, Alethes galeam: eunt ad periculum; prosequitur illos turba omnis; Ascanius dat mandata ad patrem, sed frustra; 296—313. Describitur militia socors et ignava Rutulorum. Nisus mandat Euryalo, quid velit fieri, et cædem ipse aggreditur, quam incipit a Rhamnete, et continuat in alios: itaque eduntur a Niso miseranda, cruenta, atrocia; 314—338. Comparatur Nisi ferocitas leoni grassanti in pecus: declarantur facinora et variæ cædes, quibus sævit Euryalus; a quibus illum revocat Nisus; 339—356. Relinquunt multa spolia, multa secum auferunt: notatur Euryali aviditas; 357—366. Quum jam excedunt, cernuntur a Volscente, et militibus, qui ex urbe ad Turnum veniebant cum mandatis, prodente scilicet galea Euryalum; 367—380. Describitur sylva; Euryali impedimenta, Nisi fuga, ejusdem querimonia, et remigratio ad quærendum amicum; 381—393. Invenit inter hostes Euryalum; hæret primo quid faciat; deinde, præmissa precatione ad Lunam, torquet hastam unam, dein alteram: primo ictu Sulmonem, altero Tagum interficit; 394—419. Iratus Volscens ruebat in Euryalum cum nudo gladio; advolat Nisus, se cædium auctorem clamans; sed jam ictus ruperat pectus Euryali, cujus obitus comparatur cum flore moriente; 420—438. Continet hic tractus Nisi iras in Volscentem, utriusque obitum, amicorum laudem, Rutulorum luctum ad visam stragem, quam in castris ediderant Euryalus, et Nisus; 439—458. Die jam claro Rutuli se ad bellum comparant; præ-

figunt lætabundi hastis capita Nisi, atque Euryali; vident lacrymabundi Trojani; fama urbem complet, et ferit Euryali matrem cujus dolentis notæ miserabiles; 459—480. Querelæ matris Euryali a calamitate sui relictæ, ab exitu filii miserabili: quæ duo sequitur deliberatio mortis; 481—497. Motus animorum in Trojanis ad fletum matris; tubæ sonitus ad bellum; testudo hostium; oppugnatio urbis et defensio; 498—520. Fit in hac oppugnatione præcipua mentio Mezentii et Messapi, et invocatio ad novam stragem. Oppugnatur turris Trojana; defenditur; et igne tandem expugnatur; 521—541. Strages cadentium una cum turri, e quibus fit inprimis mentio Helenoris, et Lyci; illius honesta, hujus non item: inde ille plena gloriæ comparatione illustratur, hic plena decoris honestatur; 542—567. Sequuntur permistæ cædes Trojanorum ac Rutulorum, fœda et varia vulnera: tragice omnia; 568—589. Interponitur Ascanii facinus, qui Numanum interfecit novis nuptiis superbientem, et petulanter in Trojanos debacchantem; 590—597. Numani oratio contumeliosa Trojanis, et gloriosa Italis: notat enim illorum ignaviam, et prædicat horum virtutem, conferens utramque gentem; 598—620. Ascanii ira contra Numanum; preces ad Jovem; hujus favor; mors Numani; Trojanorum lætitia; 621—637. Spectator et laudator virtutis Ascanii Apollo est; descendit e nubibus aliena forma, Ascanium a bello continet, ac mox in auras dilabitur; 638—658. Agnoscitur Apollo abiens; continetur Ascanius ab ardore pugnandi; principes alii pro illo succedunt; describitur acris pugna; et comparatione illustratur; 659—671. Describuntur Pandari et Bitiæ fratrum natales, vastitas corporum, audax facinus in aperienda porta; comparantur quercubus. Ad illos Rutuli advolant irrupturi urbem; adsunt Trojani ad defensionem; omnia cædibus permiscentur; 672—690. Audit Turnus apertas portas; ruit illico, interfecto Antiphate, et obviis aliis; 691—702. Turnus Bitiam vincit; describitur hujus occasus, et magnifice comparatur. Mars Rutulis favet contra Trojanos; 703—721. Vult Pandarus clausa porta mederi malo, et rem perdit, irrumpente Turno intra mœnia; 722—730. Agnoscitur Turnus ab armis, cristis, clypeo: timent Trojani; Pandarus exardescit in vindictam fratris; præcedunt quæpiam jactata ore; sequitur certamen; Pandarus vincitur; 731—755. Trojani fugiunt. Turnus, quominus vincat, ipse se impedit pugnandi ardore: describitur late Turni vastatio, exsultantia, furor, omnia turbantis, pessumdantis, proterentis, 756—777. Audiunt cladem Trojani principes, advolant; et unus Mnestheus fugam illorum sistit, hortaturque præclare ad rem; 778—787. Sistunt illi fugam, incumbunt in Turnum: res comparatione illustratur. Jupiter mittit Irim ad Junonem; 788—805. Turnus nequit resistere multitudini telorum; in fluvium ex muro desilit, reditque ad suos lætabundus, patrata ingenti cæde; 806—818.

EXPLICATIO.

1. Auspicor librum a Serviana nota : fit in hoc libro rerum omnium commutatio : nam personæ aliæ, loca alia, negotia alia : ab Ænea quippe transitur ad Turnum; ab Thuscia ad Ardeam ; a petitione auxiliorum ad bellum ; ab monitore Tyberi ad monitricem Irim. Ergo, dum Æneas in penitissima Thuscia occupatur in petendis auxiliis, nihil Juno inimicitiarum oblita, mittit Irim ad Turnum, vere *audacem*, quia exhortandus ad audendum. Juno dicitur *Saturnia*, quia semper Trojanis nocua. Quid vero tum Turnus? Manibus parentabat majorum, qui in luci valle ex veterum religione colebantur.
5. Quid vero ad illum Iris? attulit tibi ultro dies ipsa, quod nemo Divum nemini mortalium, quantumvis optanti, auderet promittere. Hac re nihil dici potuit majus : vota mortalium

NOTÆ.

1. *Diversa penitus*. Valde diversa, id est, longius remota, vel apud Pallanteum, vel in Etruria : unde paulo post dicit, « Nec satis, extremas Corythi penetravit ad urbes, Lydorumque manum. *Serv.*

2. *Irim*. Iris quasi ἔρις dicta est : nunquam enim ad conciliationem mittitur sicut Mercurius, sed ad disturbationem. Et est ministra non tantum Dearum, sed Deorum ; nam præter Homerum Virgilius hoc probat dicens, « Aeriam cælo nam Jupiter Irim Demisit, germanæ haud mollia jussa ferentem. » *S.*

3. *Audacem*. Servius explicat « fortem sine felicitate. » Donatus « inconsultum, et temerarium. » Præfert hunc Servio Delrius, quia audacia semper a poetis cum temeritate conjungitur. — *Parentis Pilumni. Pilumnus* et *Pithumnus* fratres fuerunt, et dii : horum *Pithumnus* usum stercorandorum invenit agrorum : unde et *Sterquilinius* dictus est. *Pilumnus* vero pinsendi frumenti, unde et a pistoribus colitur : ab ipso etiam *pilum* dictum est. Quidam *Pilumnum* et *Pithumnum* Castorem et Pollucem accipiunt ; nonnulli laudum Deos. Varro conjugales Deos suspicatur.

6. *Turne*. Nomine excitat, et proponit occasionem utilem non omittendam. *Don.* — Exhortatoria oratio, ad invadenda castra hostium. Exordium a temporis expectati ratione ductum : locus ab opportuno. *Hort.* — *Divum promittere nemo. Nemo*, pro *nullus* posuit, et est Acyrologia : nam, *Divum nemo*, non possumus dicere, quum proprie *nemo* sit *nec homo*. *Serv.* — Plura exempla in quibus *nemo* ponitur pro *nullus*, vid. in Sanct. Minerv. p. 305, et 306.

capacissima sunt; Dii ipsi potentissimi: nihilominus tamen nec mortales optare majus possent, nec Dii promittere.

8. Aperit jam, quæ sit illa rei gerendæ pulchra occasio: Abest Æneas ab urbe Lavinio, ab sociis, ab classe; ivit ad Evandrum petiturus ab illo contra te auxilia: neque vero hoc satis: sed adhuc profectus est ad urbes Corythi, quæ extremæ in Thuscia, ad Lydos armandos, ad colligendos agrestes. Notet Lector, explicatum jam primum versum hunc, *Atque ea diversa penitus dum parte geruntur:* nam *diversa pars* est Hetruria, ubi Evander; et *penitus* dictum propter Corythum, et Lydos; ideo hic signate *penetravit;* explicans quid sit *penitus.*

12. Ex hac occasione concludit, nihil dubitandum Turno; nunc esse tempus eundi ad bellum; rumpendas moras, dum, absente Ænea, turbata sunt castra. *Arripe turbata castra*, est, arripe, et turba; ut, *incensum animum inflammavit amore*, est, incendit et inflammavit.

14. His dictis, rediit in cælum Iris. *Pares alæ* sunt, ita se commoventes, ut nulla videantur agitatione ferri, sed tantum labi, ad eum modum, quo ipse alibi, *celeres neque commovet alas:* ideo *fuga* ad explicandam hanc celeritatem. *Secuit arcum*, quasi ipsa Iris humana forma rediret in medio sui arcus, imagine quadam spectabili. Finge feminam in medio cælestis arcus volantem per aerem; talis Iris: et bene, *sub nubibus;* nam arcus, nisi nubium beneficio, ait Servius, non videtur.

16. Agnovit Irim, non a quo missa; et sequitur nota maxima interni affectus, scilicet sublatio manuum, qui habitus precantium est: quia vero supra *secuit fuga arcum*, ideo nunc sequitur *fugientem*, et *voce*, quia aliter nequivit.

18. Incipit ab ejus illustri compellatione; nam *decus cæli:* deinde maximi sunt affectus ab visa Iride, et ab novis prodigiis, quæ secuta: a visa Iride; nam dubitat, a quo missa illa fuerit, et ipse tantum beneficium acceperit: a novis prodigiis;

7. *Auderet.* Docet per transitum multa interdum temporum ratione provenire, quæ numina præstare non possunt: quod etiam paulo post in Matris Deum petitione Juppiter probat dicens, « cui tanta Deo permissa potestas. » *Serv.*

9. *Palatini.* Prolepsis est.—*Sceptra.* Id est, Regiam, aut opes Evandri. Sic Sophoc. Elect. σκῆπτρα ἀμφέπειν, *administrare sceptra*, pro, Regnum administrare. — *Petît Evandri.* Ita quidem leg. Politianus cap. 71, et Turn. XXIII, 3, et Fabric. aliique, pro *petiit:* sicut Ecl. III; « Malo me Galatea petit »: ut propter coitum vocalium ultima producatur. Erythræus e vett. codd. retinet; *petivit Evandri.* Vide varias lect. vol. IV, pag. 3.

nam admiratur tria, videlicet repente serenitatem secutam evanescentibus nubibus, in quarum comitatu necessario Iris; deinde hiatum in cælo, quo recepta Iris; tertio, vagas discursantesque stellas. Ab tot prodigiis erumpit in illud, *sequor omina tanta, Quisquis in arma vocas;* id est, sequor omina, et Deum illum, quicumque ad me Irim misit. Lego *sequor,* majore affectu quam *sequar.*

22. Haurit aquam, et manus lavat, ut purior sit ex more precatio : mox Deos, et multis quidem orat; nec uno se tantum voto, sed multis alligat; ideo *onerat,* quasi duplicet, et repetat eadem sæpius vota.

25. Vide præcipitantiam : vix Turnus dixerat, *sequor omina tanta;* et jam it exercitus, cujus elegantiam describit ab equis, qui mire ornati, et cum magnis divitiis; a vestibus militum, quæ pictæ, et mixtæ auro.

27. Describit ordinem euntis exercitus, cui non assignat cornu dextrum, aut sinistrum, quia non ibatur explicato, aut porrecto agmine, sed conglobatim conferto; nam postea Caicus; *Quis globus, o cives,* etc. Igitur in hoc globo Messapus primas acies coercebat, postremas Tyrrhidæ; in medio agmine erat Turnus, procera corporis statura conspicuus: *vertitur,* agit se, et rotat furenter ad bellum.

30. Comparat euntem exercitum Gangi, aut Nilo, ad indicandam tum majestatem euntis agminis, tum silentium : ideo

23. *Hausit lymphas.* Solebant Romani ante bella vota nuncupare, et in nuncupatione se aqua purificare : Turneb. XXV, 30.

26. *Dives equum.* Per genitivum frequentius utimur hac figura, quam per ablativum. — *Dives pictai vestis et auri.* Locus ex illis quattuor, in quibus ea Diæresi Virgilius sit usus, ut notat Probus : hanc solutionem ferunt inscriptiones.

28. *Tyrrhidæ juvenes.* Tyrrhi mentio fit supra Æn. VII : inde ejus filii hic numerantur, ut quos propius clades attigit : volunt enim ulcisci fraternam cædem : nam in eo præliolo cecidit Almon maximus natorum Tyrrhi. — *Medio agmine.* Morem attingit militiæ Romanæ, quo dux in media acie, aut fere : immo omnium gentium, ut liquidum ex omnibus historiis. *Cerda.*

30. *Septem amnibus,* id est, alveis, ut vult Servius : sed quum putetur unicum Gangis esse ostium, alii de septem fluminibus, quæ in se recipere volunt Gangem, intelligunt. Vide et Plinium VI, 18. Strabo lib. XV. *Gangem* ait maximum esse omnium fluviorum : proximum ab eo *Indum :* tertium *Istrum :* quartum *Nilum :* Cicero tamen *Indum* appellat sine exceptione omnium fluminum maximum. *Taub.* — Conferantur notæ de illo loco, vol. IV, pag. 5.

quæsita flumina, quæ et dignitate, et profunditate aliis præstarent: nam ubi profunditas, ibi quies aquarum: ideo de Gange, *altus*, *tacitum*, *sedatis amnibus:* et de Nilo tempus illud assumit, quo ille minus streperus et turbulentus; non quum inundat, sed quum refluit; et se ab impetu revocat, et alveo conditur. Sed aptior adhuc alia explicatio: ibat exercitus primum apertis campis; mox coercetur a Messapo, et Tyrrhidis: ergo assumpta flumina, quæ inundant Indiam et Ægyptum, et mox rediguntur in alveos. Hæc verissima explicatio: præclare vero agmen comparatur cum fluminibus, de quibus etiam *agmen* dicitur; nam Virgilius alibi; *leni fluit agmine Tybris.*

33. Prodidit exercitum, non clamor; quiete enim ibatur et cum sedato et tacito incessu; sed nubes pulveris, et tenebræ inde ortæ; ac statim Trojani intelligunt adesse hostem; namque erant in speculis.

35. Erat forte Caicus in urbis *mole,* per quam nihil aliud intelligo, quam turres pro muris adstantes, et illis annexas, de quibus postea poeta loquitur: erat vero hæc moles adversa venienti agmini. Ergo ille, ut vidit caliginem a pulvere excitatam, et hoc signo adesse præsentiens hostem, clamare cœpit, ferrent ferrum, darent tela, muros scanderent. Quo audito, Trojani illico portas muniunt, et muros occupant.

31. *Per tacitum.* Sic Hor. de Liri amne, *taciturnus:* et Nonn. lib. XXII, *σιγαλέοις ῥεέθροις*, *tacitis fluxibus.* De Nilo Plin. Paneg. « placido mollique lapsu. » De eodem Avunculus V, 9, « lenis et confractis aquis, domitaque violentia. » — *Pingui flumine Nilus. Nilus* dictus est quasi *νέαν ἰλὺν*, hoc est, novum limum trahens: quod volens exprimere dixit *pingui flumine*, id est, fluore: quæ res fœcundam efficit terram, quod et ipse in Georgicis ostendit dicens, « liquuntur montibus amnes, Felicemque trahunt limum. » Item, « viridem Ægyptum nigra fœcundat arena. » *Serv.*

32. *Quum refluit campis, etc.* Sententia est: quemadmodum de campis flumina in alveos redeunt; sic militum multitudo, quæ ante in campos confuse proruerat, in acies digesta est. Nam, *refluere campis,* non est fluere per campos; sed relabi e campis in alveos. Errant Pierii asseclæ. *Taubm.*

36. *Quis globus.* Id est, quantus: admirantis enim est; non interrogantis; nec enim interrogat qui nuntiat: primo dubitavit: deinde cognovit esse hostes. *Serv.* et *Don.*

38. *Hostis adest, eia.* Ego puto, particulam hanc referendam ad *Caicum*, ut hic dicat: *Hostis adest, eia.* Itaque se frustra Servius lassat. Ita quoque ad loquentem retulit Sidon. Epist. I, 2: « Tum patronus, eia, inquit, Solli meus. » *C.*

40. Hoc videlicet Æneas præceperat, quum profectus est ad Evandrum, rei bellicæ scientissimus; ut, si quis belli casus se absente contigisset, portas clauderent, neque tentarent belli aleam æquo cum Rutulis certamine.

44. Pudor atque ira Trojanos ad exeundum hortabantur; contra, præcepta Æneæ vetabant, ne exirent: vicit obedientia militarem ardorem. Itaque hostem exspectant in turribus muniti armis. Est *monstrat*, hortatur, ut ait Servius; vel, suadet, ut Muretus.

47. Visum est Turno tardum esse agmen suum; itaque non ire ille, sed pæne visus ante alios volare cum viginti lectis equitibus; inde adest urbi *improvisus.* Indicat poeta vix conditos intra mœnia Trojanos, quum ille jam adfuit: describit vero duo, quibus agnitus a Trojanis. Turnus, equum, et galeam: equus erat Thracius cum albis maculis, et ἄξιος θέας; galea aurea cum cristis rubris.

51. Vix adfuit, quum ad suos conversus, rogat, quis primus secum in hostem ruat? et verbum adimit ad explicandam celeritatem loquentis, immo facientis; nam a verbis statim ad facta. Itaque, abrumpit verba, et minuit orationem, ut hastam jaculetur, quod signum pugnæ: misso jaculo, sese campo gloriabundus infert provocans hostes verbis, hasta, corpore: verbis, *ecquis erit*, etc.: hasta, *et jaculum intorquens*, etc.: corpore, nam *campo sese arduus infert.*

54. Dicit, quid tunc Itali, quid Trojani, quid Turnus. Itali probant factum, plauduntque suo duci, sublato clamore et fremitu. Trojani tenent se intra mœnia; non se campo credunt; non ferunt obvia arma; fovent castra, adeo ut Itali mirentur, putentque eos esse inertes: quippe ad ignaviam

40. *Namque ita discedens præceperat.* Excusatio Trojanorum, ne portas clausisse timore viderentur. Aliter enim timidi poterant videri Trojani, qui, instructa acie, non exirent contra hostes. Æneæ præceptum propter incertos fortunæ casus sapiens fuit. Ergo duas dedit illis virtutes: alteram, ne imbelles viderentur: alteram, ut regi parerent. *Donat.* et *Serv.*

47. *Tardum agmen.* Peditum dicit, qui equitum comparatione tardi sunt. *Serv.* — *Tardum.* Non quod tarde ambularet, sed comparatione Turni. *Donat.* — *Urbi*, quam fecerat Æneas castrorum in morem. *Serv.*

52. *En, ait.* Eclipsis, festinationis exprimendæ gratia; quidquid enim addideris, sensus admittet. *S.* — *Jaculum.* Dedit principium pugnæ; id enim signum fuit, ante quod nulli licebat arma movere. *Donat.*

57. *Arma viros.* Vehementius *viros* pronuntiandum. — *Castra fove-*

referebant illorum cautiones. Turnus huc illuc cum equo discurrere; lustrare omnia; quærere aditum, vel qua non aditus.

59. Amplificat mire poeta rabiem lupi meditantis exitium ovibus, ex fremitu ad caulas gregis; ex perpessione ventorum et imbrium; omnia enim tolerat, ut potiatur præda, unde postea dicitur *asper et improbus* ex hac tolerantia: deinde adhibet causam; nam illi non fames, sed *rabies*, et hæc *collecta ex longo* tempore, atque adeo illi *fauces siccæ sanguine;* quia videlicet hic egressus lupi ad pabulum narratur factus *nocte super media:* en cur collecta rabies ex longo tempore. Tertio adhibetur stimulus alius; nam quo tutiores agni sub matribus, eo ille asperior, et in absentes sævior.

65. Ergo, Turnus, lupus est; Trojani, agni; caulæ, muri et castra: ille itaque instar lupi ardet irarum plenus, cogitans secum, qua ratione congredi cum illis possit æquo campo. Notetur illud *qua via;* ubi *qua* est casus Latinus, non adverbium, ut pessime Grammatici: et subauditur, qua parte, ut in præcedenti, *qua ratione;* et *via* est in recto, ut sententia sit: meditatur qua ratione, qua parte via aliqua Teucros excutiat.

69. Subit consilium invadendæ classis, atque exurendæ; nam hoc visum est commodius ad eliciendum hostem ex muris: erat sane credibile Trojanos classi subventuros: vix mens hæc Turno, quum statim ignem poscit, et pinum arripit flam-

re. Veteres *fovere*, pro diu incolere et habitare dicebant. Verbum contumeliosum, quippe feminarum foventium liberos. De apibus Virg. Ge. IV, 56; « progeniem nidosque fovent », quum clausæ latebris.

58. *Aditumque per avia quærit.* Etiam *per avia:* sane exprimitur Turni violentia: nam viam *per avia* nullus requirit. *Serv.*

61. *Nocte super media.* Ultra mediam noctem, illud est, plus, quam media, vel majore ejus parte: et est bona elocutio facta per Syllepsin; ut si dicas, « legi nocte super media »; illud est, ultra mediam noctem. Nulla enim syllepsis est, quæ non et casum mutet, et egeat subauditione: ut, « Hanc ego nunc ignaram hujus quodcunque pericli est. » *Serv.*

62. *Improbus ira.* Non ira improbus, sed ira sævit; totum autem summa brevitate narratum. — *Sævit in absentes.* Fantasiam sævitiæ expressit; quia lupi sic circa caulas fremunt, ut in ipsis animalibus solent. *Serv.*

71. *Invadit; sociosque incendia poscit ovantes.* Ysteroproteron, ut aviditatem juvenis ostenderet. *Incendia* autem pro materia, ex qua incendia sequuntur, et videtur eventum posuisse. *Serv.*

mantem. Describit poeta obiter situm, ubi classis; erat ea inter castra et fluvium, in occulto loco.

73. Vix hæc Turnus, quum statim omnes arreptis facibus in idem opus incumbunt, avidi ostentandi se Turno, in cujus præsentia res gerebatur. Itaque focos diripiunt ad jactandas faces: ac statim visus est aer compleri piceo quodam ac fumante lumine, favillisque igne commistis, et ad cælum usque fieri omnia.

77. Vult, ut Musæ sibi suggerant, quomodo naves effugerint paratum jam incendium, et quo numine annuente id factum: nam, ubi prisca est fides, tametsi fama semper perennet, necessarius est Musarum favor, ne aberret narratio.

80. Initium narrationis sumitur ab initio navigationis Æneæ, qui quum sectis in Ida Phrygia lignis ad compingengam classem, hisque ex pineto sacro Cybelæ, classem moliretur, (vide Æn. lib. III, v. 5 et 6; et nexum utriusque libri mirare;) tunc Dea ipsa Jovem adiit supplicabunda pro materia sibi sacra: sunt enim pinus in tutela Cybeles.

83. Colligit benevolentiam initio sermonis, primum illis;

73. *Tum vero*. Ut signum incendendarum navium datum est. *S.* — *Urget præsentia Turni*. Plus valet præsentia ejus, qui potest jubere, quam jussio: quum autem dicit « fumida tæda », exprimit quare dixerit « facibus atris ». *D.*

77. *Quis deus, o Musæ*. Quia res Deorum est, et ardua, ideo per se eam non potest dicere. Hic autem gloria Turni latenter ostenditur, cujus vis nisi a numinibus repelli non potuit. *Serv.* — Vide notas, vol. IV, pag. 9 et 10.

79. *Prisca fides facto, sed fama perennis*. Omnis antiquitas difficile pura et incorrupta manat in posteros. Ergo hoc dicit; Factum hoc, licet priscum sit, id est, antiquum, tamen fama ejus non est obliterata temporum vetustate. Alii sic intelligunt; Fabulosum est quidem, sed fides ejus rei penes priscos est; ejus enim rei, cujus auctorem facere noluit, sic ordinem protulit. Alii; Jam quidem evanuit fides, hoc est, nemo credit factum, adhuc tamen fama vivit, et dicitur. *Prisca* autem fides ἀξιοπιστία, quasi non sit facta historia. *Serv.*

82. *Ipsa deum fertur genetrix*. Figmentum hoc licet poeticum sit, tamen quia exemplo caret, notatur a Criticis: unde longo procemio excusatur; nam ideo et prisca ratione religionis et Jovis beneficio dicit esse perfectum, ut naves mutarentur in Nymphas; quo vel aliqua ex parte possit esse verisimile. Sane quidam *fertur* reprehendunt, quod dicendo auctoritatem rei detraxerit: alii laudant, quod dicendo *fertur*, incredibili rei auctoritatem dare noluerit. *S.* — Nullus homo hæc viderat aut audiverat, sed Musæ poetam docuerunt. *Don.* — Apollonius, et Calaber lib. I.

83. *Da, nate, petenti*. Ac si di-

da nate, quod petit, quod poscit parens chara: deinde efficacius illis, *domito Olympo:* quid enim non consequaris ab illo, qui per te grandem victoriam retulit? quid vero grandius victo cælo? (De hoc vide notam vol. III, p. 10, in qua Servium et alios Heynius confutat.)

85. Sequitur narratio Cybeles, cui sacer fuit in monte Ida lucus abundans pinis, et occulta quadam caligine inumbratus, quæ semper veteribus religiosa fuit: in eo autem honore erat is lucus, ut Phryges ad eum sacra sua conferrent.

88. Addit, se has pinos Æneæ contribuisse ad fabricandam classem in fuga, et lætam quidem, quum tamen nunc eam lætitiam timor novus invadat, qui se sollicitam reddat.

90. Hunc mihi metum eripe; possit hoc apud te parens; nam quod isto majus vinculum? fac, ne intereant cursu ullo victæ, vento ullo profligatæ. Nonne illis prodesse debet, natas esse in meis montibus? immo in tuis quoque; ideo *nostris;* quasi montes omnes sacri Cybelæ, sacri quoque fuerint Jovi.

93. Vide majestatem loquentis Jovis: quid enim grandius quam torqueri ab illo cælum, et astra? quid vero ad matrem? ait, fata vocari non posse, quo quisque velit: nam esse debent firma et fixa; et quæ nec ad preces matris queant mutari. *Quid petis istis?* est, quid petis istis navibus? vel, quid tu istis precibus?

95. Sequitur prima ratio, cur non possit annuere omnia, etiam matri; nam mortalia quæ sunt, habere jus immortalitatis non possunt: altera; non est fas, Æneam inter incerta pericula, qualia sunt maris, certum esse, et securum sui; nam hoc, quid est aliud, quam esse Deum? hoc autem cui Deorum concessum est? cui permissum? et nota duplicem hanc rationem opponi duplici petitioni Cybeles. Primo petie-

ceret; petit, quæ jubere debuerat: et dicendo *nate* et *parens*, iteratione auxit adfectum. *Serv.* — *Da.* Imperativa vox ostenditur parentis. — *Nate.* Quod nomen ad imperandum multum valet. — *Cara.* Ut sit; da parenti quam diligis, et quæ te amat: rem autem arduam petitura, causas justas inserit. *Donat.*

88. *Has ego.* Non *trabes;* nam de acere naves non fiunt: unde melius arbores intelligimus, referentes ad *piceas*, vel *pinus*. Sane notandum *trabes* eum dixisse de arboribus, quum non dicantur *trabes* nisi jam cæsæ sint et depositæ: abutitur ergo eo, quod posterius est, pro eo, quod est prius. — *Cum classis egeret.* Pro *classe,* genitivus pro ablativo; et justa Æneæ petitio, et concedentis benignitas numinis, exclusit piaculum: nam his remotis, sacrilegium committeretur; ideo addidit « læta dedi. » *S.*

rat; ne pereant meæ naves navigationis cursu; respondet Juppiter; peti hoc non debet; nam mortales sunt, et factæ mortali manu, non itaque assurgant ad jus divinitatis: petiverat secundo; ne pereant tempestate: respondet Juppiter, hoc ipso Æneam Deum fieri; nam Dii certi et securi sunt calamitatis maritimæ et tempestatis.

98. Aliquid tamen tibi concedam, inquit Juppiter: quæ cursu suo defunctæ fuerint usque ad Italiam, quæ tempestates vicerint, et ita incolumen pertulerint Æneam ad finem navigationis, his anferam formam mortalem, ut, ea ablata, consequi possint immortalitatem; atque ita jubebo, Deæ ut sint maris, ut Doto est, ut Galatea est. Hic quoque observa, loqui poetam consentanee cum respectu ad duo illa, quæ petiverat Cybele; dixerat illa, ne pereant cursu; ne pereant tempestate: ait Juppiter, neutrum do: sed si forte aliquæ nec cursu, nec tempestate perierint, illæ Deæ erunt mutata forma. Cursum notat illis, *ubi defunctæ tenebunt finem, portusque Ausonios:* tempestatem illis, *quæcunque evaserit undis*. Hæc est certissime mens Virgilii; et nulla res magis curanda, quam rationum illius connexio.

104. Hæc quum dixisset Juppiter, juramento rem firmavit, quo Dii utuntur, nempe per Stygiam paludem, et flumina, quibus præest frater Pluto; ac tum ad Jovis nutum et capitis commotionem, cælum totum visum est tremere.

107. Quum vellet jam Turnus sævire in naves, et sacras matris Deorum pinus exurere, admonita est Cybele de hac ipsa injuria; voluitque depellere a navibus abominandos ignes, quum præsertim adesset jam dies promissa, et Parcæ debita tempora complevissent. Dicit, *dies promissa*, et *debita tempora*, quia jam naves Æneam ad Italiam perduxerant salvum et incolumem, quod tempus Juppiter illis transformandis præscripserat.

105. *Perpice torrentes.* Ardentes: et est figmentum poeticum. *Serv.* — Elegantissime *pix* de infernis aquis. Claudianus in Ruff. loquens de Furia, « Phlegethonta sonorum Poscit, et ambusto flagrantis ab aggere ripæ Ingentem piceo succendit gurgite pinum. » *Cerda.*

107. *Ergo aderat promissa dies.* Promissum tempus advenerat. *S.* — Retulit, quod olim gestum videretur; redit ad caussam et præsentis temporis necessitatem. Venerat, inquit, dies promissa, et dispositionem suam fata compleverant: hoc est, et navigiorum munus expletum fuerat, et Æneas in Italia erat: restabat ut naves deposita forma mortali verterentur in Deas. Hom. Il. P; Odyss. Λ; et alii.

110. Ante ipsam transformationem visa in cælo lux est, et nimbus, in quo inclusi Dea Cybele et chori qui comitantur illam, et circa cymbalis æreis perstrepunt : hic vero ab aurora aerem transcurrit : deinde ex nimbo illo divina quædam vox audita a Trojanis et Rutulis.

114. Admonet primum vox ea Trojanos, ne festinent ad navium suarum defensionem ; nam prius Turnus maria, quam naves exuret : deinde naves vox eadem hortatur, ut se funibus, quibus ligatæ erant, exsolvant, futuræ deinceps Deæ pelagi : idque ad imperium jubentis Cybeles.

117. Hactenus vox e nube ; ac statim navium omnium puppes, hæc enim pars ligatur, abrumpunt vincula; atque in ima maria demergunt rostra, quæ sunt in proris, ad eum modum, quo possent Delphines ; ac tum totidem in mari Nymphæ apparent, quot naves in litore fuerant.

123. Conturbantur omnia ad insolitum prodigium, videlicet, Rutuli, Messapus, equi ejus ; Tybris cursum continuit, immo retro rediit stupore miraculi, raucum quiddam submurmurans. Fit præcipua Messapi mentio, quia is Neptuni filius videbatur nihil debuisse timere ex marino prodigio : ita conjectat Servius.

126. Non idcirco Turnus quidquam de furore remisit, immo audacior et fidentior, animos militum, qui videbantur jacere, cæpit attollere, atque increpare.

110. *Hic primum.* Debuerunt ante conjurationem præire signa, ne casu res facta videretur : deinde vox sequitur, ut conjectura signorum firmetur. *Donat.* — *Nova lux.* Notatur *nimbus*, id est, splendor, qui divina corpora semper ambit. Vide Æn. II, 590 : « Venus pura per noctem in luce refulsit. » *Taub.* — *Nimbus.* Lumen quod capita Deorum ambit. *Serv.* — De choris Idæis vide Apollonii interpretem.

114 *Ne trepidate meas.* Pro *ne festinetis.* Et per hoc significatur, ideo ad navium defensionem egressos non esse Trojanos, quia numen vetuit. *S.* — *Maria ante, etc.* Pulchre a loco in quo erant, possibilitatem sumsit. *Donat.*

119. *Delphinumque modo.* Alia fuit comparatio Apollonii de Nereidibus lib. IV. Delphini autem quum ima maria petunt, primam sui corporis partem mergunt, id est, caput. *Taubm.*

126. *At non audaci cessit fiducia Turno.* In codicibus aliquot antiquis ad cappacismum evitandum, transpositis dictionibus legitur, « at non audaci Turno fiducia cessit. » Sed enim *cessit fiducia Turno* versum reddit sublimiorem validioremque, qui languescere videatur, si *fiducia cessit* legas. *Pier.* — *Audaci Turno.* Ecce ubi confirmat Epitheton, quod Turno semper imponit, et hoc colore futuram orationem ostendit. *Serv.*

128. Callide, quæ facta in gratiam Trojanorum, vult convertere in illorum perniciem; et his prodigiis ait illos peti: nam Juppiter illis *eripuit auxilium solitum*, id est, naves ad fugam; hoc cum ingenti contumelia, quasi semper Trojani fuga sibi consuluerint, non bello et virtute: carpit enim Æneam, qui navibus fugit e Troja; et hæc est solita illius ars.

129. Sententia est; puta illos jam periisse; non opus nostris telis, non ignibus: nam absumptis navibus, non jam nocumentum aliud exspectant: hi sunt, et tales sunt, qui hoc unico malo corruerint.

130. Colligit ex dictis, nihil jam reliquum esse Trojanis ad salutem; nam maria invia; nam nulla spes fugæ: sunt illis *maria invia*, quia *pars altera adempta est;* videlicet absumptis navibus, ademptæ undæ sunt: *nulla spes fugæ,* quia *terra in nostris manibus*. Romani enim *rerum domini* dicebantur propter terras et maria; itaque *pars altera rerum*, est, pars altera imperii, id est, mare. Ergo illis nec mare est, nec tellus: non mare, quia absumtæ naves; non tellus, quia hæc in nostris manibus.

132. Hoc argumento munitus Turnus, non jam tantum Trojanos contemnit, sed ipsa adhuc Deorum responsa, quæ illis Italiam promiserant, et quæ passim Trojani gloriabundi jactabant: immo jactasse eos imponit illis Turnus, notans illorum arrogantiam; aitque eo minus timere se ea responsa, quo majores sibi copiæ; nam gentes Italæ multæ pro se: quasi dicat audacter; illi jactant vanissime Deorum responsa, mihi verissime sunt millia arma, id est, infinita.

135. Acceperat Venus responsum a Jove, venturos Trojanos in Italiam: ait Turnus, satis adimpleri fata, quum venerint: de dominatione, quæ promissa quoque Trojanis fuerat, tacet: deinde ait esse quoque sibi sua fata; sed quia hæc non vere erant, contendit probare hoc argumento, potuisse esse sibi

129. *Non tela, nec ignes Exspectant Rutulos.* Non exspectant Trojani, ut Rutulorum ignibus aut telis pereant, qui jam navium amissione perierunt. *Serv.*

131. *Rerum pars altera ademta.* Id est, naturæ rerum: nam humanæ naturæ duo elementa concessa sunt, mare et terra. *Serv.*

136. *Sunt et mea contra Fata mihi.* Hoc falsum est quod dicit Turnus: sed in arte rhetorica tunc nobis conceditur uti mendacio, quum redarguere nullus potest; ut in hoc loco: quis enim potest scire si Turno vere data sint, necne, responsa? Sane quia scit falsum esse quod loquitur, argumentis probare dicta contendit, dicens esse sceleratam gentem, raptam sibi conju-

fata. Consentaneum est Deorum voluntati, ut puniantur scelerati, qui præripiunt aliena conjugia, quod crimen hæret in Trojanis. An soli Græci ulciscantur hanc injuriam, rapta Helena? solæ Mycenæ contra illos armentur? nonne et mihi Lavinia mea prærepta?

140. Objicit pro Trojanis: perierunt jam semel Græcorum bello; nonne satis est? sed respondet: ita sane, si semel peccavissent; et hujus prioris culpæ luisse pœnam sufficeret: sed quum sæpius peccent, quid mirum, si sæpius quoque pereant? neque dum illi perosi sunt feminas: ergo, qui semel perierunt Græco bello, propter raptam Helenam, pereant iterum Latino, propter raptam Laviniam. Adjicit insultans: a tam nefario scelere nulli muri eos tuebuntur, nullæ fossæ. Discant hoc experimento sui: nonne viderunt Trojana mœnia eversa, etiamsi fabricata Neptuni manu? cur nunc ergo fidunt exiguo hoc vallo, parvisque fossarum muris, qui non longo discrimine illos a morte removent? Argumentum est a comparatione majorum: non texerunt illorum scelus munitissima mœnia, tegent exigui muri?

146. Convertit se ad suos, quos *lectos* vocat grandi elogio: quibus ut ardorem injiciat, se principem fore in invadendo ait; tantum rogat, qui se velint sequi; et indicat καιρὸν, ideo, *dum trepidant:* et notes, illum non ambigere de victoria, adeo est præfidens sui! tantum vult, ut scindatur vallum; de reliquo nihil dubitat.

148. Mox alludens ad Trojam vastatam a Græcis, se et res

gem. In quo facto utitur, Græcorum exemplo, qui ob raptam Helenam gentem delevere Trojanam.

138. *Conjuge prærepta.* Invidiose sponsam *conjugem* vocat. *Serv.* — *Solos Atridas.* Siluerunt pœnas primarum injuriarum in Atridas pulsi patria, luent et istarum in nos jam extorres, et ideo imbecilliores: est ergo mirum exemplum. Deprimit autem omnia illorum gesta apud Trojam, et se Græcis præponit, quod non fraude, sed vi velit adoriri. *Donat.*

140. *Sed periisse semel, etc.* Nonne sufficit ipsis jam semel periisse, propter amorem fœminarum? Certe quicumque alii nondum odissent penitus omne genus fœmineum, iis satis fuisset peccare prius: id est, satis esset peccasse prius; sive satis esset memoria prioris peccati et pœnæ, ut ab amore fœminarum averterentur: non iterum idem peccarent, et novam sibi perniciem accerserent: prius exitium eos ad frugem bonam reducere debuisset: sed *Phryges* semper *Phryges* sunt; raro sapiunt. Locus hic intricatus et dura oratio.

148. *Non armis mihi Volcani.* Bene *arma* generaliter dixit: nam

Italas confert cum Achille, et rebus Græcorum. Achillis arma facta sunt a Vulcano; non egeo, inquit, hoc adjumento : naves mille navigarunt in Trojam; non his mihi opus: addat se illis in auxilium Evander cum suis Hetruscis; nihil timebimus: non enim noctu pugnabimus, ut Græci: non furabimur Palladium; non interficiemus custodes arcis; non condemur præ metu in utero equi, ut illi; vide Æn. lib. II; v. 18 et 259: palam, et sine insidiis rem geremus, ac luce media igni muros circumdabimus.

154. Putant nos Danaos fore; efficaciam ne hoc putent. Danai enim ita languidi fuerunt, ut unus tantum Hector bellum distulerit in annos decem : dictum hoc cum ingenti invidia Æneæ, cui nulla virtus contra Græcos, ex Turni malevolentia; hanc enim gloriam tantum attribuit Hectori.

156. Decernit non jam pugnare, quia transacta prima diei pars, et melior, qua recreari equi et milites solent; remittitque illos ad curanda corpora, ut parati sint ad pugnam diei sequentis.

159. Præcipua cura obsidionis datur Messapo; is præficitur excubiis militum, et excitandis flammis circum muros Trojanos.

161. Deinde assignantur viri quatuor decim, qui muros Trojanos observent: cuique horum dati centum juvenes; hic centuriones et militiam Romanam repræsentat poeta; discur-

et ipse habuit a Vulcano, sed solum gladium : ut, « Ensem, quem Dauno ignipotens Deus ipse parenti Fecerat, et Stygia candentem tinxerat unda. » Per hoc autem quasi latenter dicit se Achille esse meliorem, qui se Trojanos etiam sine divinis armis superare posse confidit. *Serv.* — *Mille carinis.* Vid. supra Æn. II, 198.

149. *Addant se protinus omnes.* Ne timere videatur auxiliorum multitudinem, dicit incrementa esse victoriæ : quidam *protinus* hic pro *licet* accipiunt. *Serv.* — *Tenebras et inertia furta Palladii.* Nam Diomedes et Ulysses noctu Trojam ingressi, simulacrum Minervæ fatalis sustulerunt. Vide Æn. II, 164.

153. *Luce palam.* Propter « tenebras et furta inertia. » Vel *luce*, quod Ilium nocte captum est : *palam*, quia insidiis. *Serv.*

154. *Haud sibi cum Danais, etc.* A natione, ut imbelli, et quæ tecto dolo, non virtute, vincere didicit : quare diserte addidit : *pube Pelasga.* Græcis dolis, et Græca fide.

162. *Centeni quemque.* Centurionum scilicet, ex more Romanæ militiæ; nam ex numero militum, qui eos sequuntur, gradus dignitatis apparet. *Serv.*

163. *Purpurei cristis juvenes.* Hic versus per figuratum ablativum prolatus est. *S.* — *Purpurei;* elegans locutio, pro *purpureis cristis :* ipsi enim a cristis purpurei. Sic

runt hi circum muros variatis vicibus: nam alii excubias agunt; alii vino indulgent per herbam fusi.

168. Vident omnia Trojani e suo vallo, neque aliquid remittunt de cura: portas explorant, an sint tutæ; jungunt pontes, qui esse solent inter propugnacula, ut facilis sit illis transitus ad discursum; *vide notam* 170, vol. IV, p. 18: stant cum telis in muris; illis Mnestheus et Serestus stimulos ad gloriam addunt: hos enim Æneas abiens præfecerat rei gerendæ, ut essent rectores et magistri juvenum, si quid, se absente, accidisset adversi. Omnes itaque variatis vicibus excubias agunt, lecti sorte ad periculum tuendi muri.

176. Inserit poeta historiam Nisi, atque Euryali, quæ maximam libri hujus partem occupat, estque plena multarum virtutum, præcipue fidei inter amicos, fortitudinis inter hostes. Incipit vero rem a Niso, qui, ut armis egregius, ideo præpositus custodiæ portarum: describit illius genus; fuit ejus pater Hyrtacus; mater Ida; montem capio: ipse a matre, quæ venatrix, scilicet venationibus abundans, et venatoribus frequens erat, inclaruit sagittandi arte.

179. Erat juxta illum Euryalus Trojanorum pulcherrimus: juvabat hanc pulchritudinem lanugo; hanc enim intelligit

infra vocat Nisum « jaculo celerem », pro, « jaculo celeri » Iterum, « Vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis Aureus » : pro *armis aureis*.

164. *Variant vices.* Ut invicem potent. — *Vertunt crateras ahenos.* Potantes exhauriunt: et est hemistichium Ennianum. Innuitur largissimum potandi genus; ita enim bibebatur, ut toti crateres verterentur. Sicut ergo « inclinare cadum », erit parce bibere: ita *vertere*, erit largissime: nam, quum eo res devenit, ut cadus vertatur, jam tum fundus hauritur.

166. *Conlucent ignes.* Ad ignem enim agebantur vigiliæ: hinc statim vs. 189: « Lumina rara micant. » Et Hor. lib. I, Od. 10: « Thessalosque ignes, et iniqua Trojæ Castra fefellit. » — *Custodia.* Nota diligenter, *custodiam* non solum dici posse de carcere, ubi vincti; sed etiam de ipsis custodibus: et ita hoc loco *custodia* sunt ipsi milites. Itaque vox una contrariam habet significationem: nam significat et custodientem, et custoditum. — *Insomnem ludo.* Custodes vigilabant, bibebant, ludebant: quæ omnia non refectionis erant, sed fatigationis.

176. *Nisus, etc.* Quam scite dixit nomen patris, locum in quo natus, et quibus esset studiis! *Donat.* — Vide vol. IV, pag. 19, notam 176, quæ de hoc Episodio luculenter disserit.

178. *Jaculo celerem.* Bene inducit Nisum optimum esse jaculatorem: et hanc præmittit armorum peritiam, quia plurimum poterit in Euryali defensione. *Serv.*

poeta per *primam juventam:* et quia lanugo in puero, ideo *ora intonsa*, et *signans*, quasi linea quædam lanuginis excurreret per genas. Duo hic aperio: dicit *Æneadum*, non *Trojanorum*, cum blandimento ad Æneam, qui libris primo, et quarto descriptus est pulcherrimus. Deinde explico, quid sit, *Trojana nec induit arma:* displicet summopere Servius ita enucleans: *nondum bellicosa arma induerat.* Non hoc est: immo; nemo illo pulchrior arma induit: quasi dicat; omnium, qui arma Trojana induerunt, hic fuit pulcherrimus. Nonne statim, *pariterque in bella ruebant?* an sine armis? deinde, *tenebat portam statione*, non certe inermis: et cur non armatus, etiamsi imberbis? an hoc novum in militia Romana, quam sæpe adumbrat poeta? Quin de se postea Euryalus, *Argolicum terrorem inter*, etc.

182. Amabant se unice; nam, *pariterque in bella ruebant:* huic amori sors ipsa faverat; nam quum sorte darentur hæ custodiæ, accidit utrique sors communis et ejusdem stationis.

184. Ardorem animi sui declaraturus Euryalo, dubitat, an is sibi a Deo sit additus, an ipse a se habeat. Sed quis erat hic ardor? pugnam invadere, aut quidpiam magnum; ducitque pro argumento, non se otio illo esse contentum, nec satis quietum: vocat quietem aut otium, inertes illas et segnes vigilias.

188. Sumit Nisus occasionem aggrediendi facinoris ab hos-

183. *Tunc quoque communi.* Supra dixit, sorte singulis curanda loca provenisse: quod ipsum fuerat ad istorum felicitatem, ut neo ipsa sors divisisse videatur, quos tanta familiaritas copulaverat. *D.*

184. *Dine hunc ardorem mentibus addunt, Euryale, etc.* Apud Plotinum philosophum, et alios, quæritur, utrum mentis nostræ acies per se ad cupiditates et consilia moveatur, an impulsu alicujus numinis: et primo dixerunt mentes humanas moveri sua sponte: deprehenderunt tamen ad omnia honesta impelli nos Genio, et numine quodam familiari, quod nobis nascentibus datur: prava vero, nostra mente nos cupere et desiderare: nec enim potest fieri ut prava numinum voluntate cupiamus, quibus nihil malum constat placere: unde nunc hic ortus est sensus; hoc enim dicit Nisus, O Euryale, Diine nostris mentibus cupiditates injiciunt et desideria? an Deus fit ipsa mentis cupiditas? Incendorne hoc ardente desiderio Dei alicujus instinctu? An quisque diram et immensam suam cupiditatem pro Dei instinctu habet? Sed enim de divinis hisce verbis legendus est Cælius II, 9, et J. Parrhasius in Orat. pro Milone p. 159, et P. Victorius lib. VII, cap. ult. et XXVI, 1, et T. Canterus Var. II, 6. *Serv.* et *Taubm.*

188. *Cernis quæ Rutulos habeat*

tium fiducia, quæ ita magna, ut etiam inertes reddiderit, certe parum cautos: nam præ fiducia nec ignes curabant, hi enim rari: nec operi erant intenti; immo soluti vino, et somno: ac tanquam nulli essent vigiles, silebant late omnia. Præmisit verbum *percipe*, non *cape*, aut obvium aliud, ut in re, quæ egeret magna attentione. Sententia horum versuum perplexa est. Interpretes Servius, Donatus, Ascensius in diversa abeunt; alii aut tacent, aut errant. Ita intelligo: adverte porro, et cape quid *dubitem*, quid deliberem facere; nam omnis deliberatio cum dubitatione conjuncta est; cape quod consilium animo meo suboriatur: omnes, et plebs, et proceres, exoptant et *exposcunt* Æneam revocari in castra, et ad eum mitti viros qui certa de illo referant. Si tibi promittunt et dant mercedem, quam petiturus sum pro *facto;* nam gloria *facti* sufficit mihi; ita loquuntur amici, qui sibi unis periculosa, et amatis commoda quærunt; videor posse reperire, juxta illum collem quem vides, iter certum ad urbem et munimenta Pallantei, ubi cum Evandro nunc est Æneas: ibo solus, et, si non salvus evaserim, tentasse sat erit ad meam gloriam. De topographia castrorum et de Nisi Euryalique profectione, vide Excursum I †, vol. IV, p. 83.

197. Admiratur, immo obstupescit Euryalus ardorem Nisi, loquiturque ad illum amore laudis stimulatus.

199. En querelæ Euryali: non oportet divelli amicos in aggressu summorum; innuit extrema pericula; quin potius tunc adjungendi sunt: cur ergo *fugis me socium*, et *in summis?* et, si alius hoc faceret, non certe mecum hoc deberet Nisus: ideo *Nise* ἐμφατικῶς. Sed esto, me ipse fugias; non certe ego *te solum mittam in tanta pericula*, id est, in summas res. Expende verbum *mittam:* non certe ipse missurus, sed Patres: atqui ita vis amoris declaratur; quasi dicat: tu, lege amoris meus es; quem amo, non mittam solum in pericula.

201. Pulcherrima argumenta: natus, inquit, sum inter

fiducia rerum. Ipsius desiderii vult esse rationabiles causas; ne vanum mens agitare videatur: nam et negligentia hostium per fiduciam nimiam ostenditur, et occasio dabatur aliquid strenue gerendi. *Serv.*

194. *Nam mihi facti Fama sat est.* Est hoc, quod Tacitus de Germanico Annal. II, post præclarum confectum bellum, « ratus conscientiam facti satis esse. »

199. *Summis adjungere rebus. Summum* et *extremum* dicimus et *laudabile:* bene ergo in rebus dubiis sermone usus est dubio: nam hoc dicit; non debes me, nec a tua gloria, nec a periculis segregare. *S.*

201. *Non ita me genitor bellis ad-*

arma, eorumque terrorem, quum Græci Trojam decennali bello oppresserunt, eruditusque sum a parente exercitatissimo: en primum. Ecce alterum; edidi tecum magna virtutis meæ experimenta. Ecce nunc tertium; secutus sum Æneam, non ut vitæ studeam, sed gloriæ, ideo *magnanimum;* et cum Ænea *extrema fata:* quasi dicat; si natus sum inter terrorem armorum, cur non tecum ibo in hoc periculum? si Æneam secutus sum, cur non Nisum? si cum illo extrema fata, cur non tecum pariter res summas?

205. Scio ego quoque vitam pro laude contemnere; scio vel vita ipsa honorem emere, ad quem ipse aspiras. Diceret hoc Sen. Rhet. Cont. 8: *Malo gloriam, quam vitam.* Ausim dicere, non posse infinitas aliorum poetarum paginas conferri cum his duobus versibus.

207. En jam excusatio Nisi: absit, ut hoc de te verear! sed melius poeta imperfecto *verebar;* quasi dicat: nec leviter quidem hoc putabam; nec fas, hoc vereri de juvene, qui natus inter arma, qui gessit talia, qui secutus Æneam, et fata extrema: non contentus hoc affirmasse, adhibet juramentum per rem, quæ sibi charissima; quasi nihil magis optet, quam si vivus ipse vivum cernat Euryalum.

210. Sequuntur tria argumenta, cur noluerit secum ducere Euryalum: primum a persona Euryali; alterum a sua; tertium a persona matris. A persona Euryali; nam ejus ætas, et pulchritudo digna est longiore vita, nec temere objicienda periculis, si ipse casu aliquo abripiatur: addit *Deus* cum relatione ad superiora; quasi dicat: si quis Deus non me aspexerit æquis oculis.

suetus, etc. Ipse puer, est necdum probatus: unde se et a belli temporibus et a patris virtute commendat. *Serv.* — Observa in ista amicorum contentione adumbratam aliqua ex parte illam Orestis et Pyladis, quum neuter vellet divelli ab altero, sed una aut servari, aut mori: de qua Eurip. Iphig. in Taur. et illius postea imitatores.

202. *Argolicum terrorem.* Quem Græci inferebant. — *Trojæque labores.* Bene κατὰ τὸ σιωπώμενον annos Euryali ostendit; nam si a cœpto Trojano bello, quod decennium tenuit, septem anni erroris addantur, anni decem et septem sunt: est ergo ætas pæne ad bellum inhabilis; sed exercitium ostenditur, quod inter bella nutritus est. *Serv.* — *Sublatum.* Id est, educatum: ita Horat. Sat. II, 5, « validus male filius in re præclara sublatus aletur. » Infantes olim simul ac nati forent, humi deponebantur: ab humo vero tollebat pater, et in sinum recipiebat. Ita Terent. « Quidquid peperisset, decreverunt tol-

213. A sua persona; sit qui cadaver meum, aut raptum, aut emptum sepeliat: si neutrum, saltem absenti cadaveri det inferias, sepulcrumque erigat plenum decoris; quasi dicat Nisus: pietatis tibi materiam relinquo, ut loquitur Tacitus; vide Annal. lib. II, vol. I, p. 195, nostræ edit.

216. A persona matris; ne illa doleat te amisso, quæ culpa in me hærebit: debes illi vitam tuam; nam sola secuta est, et cum ausu objiciens se procellis maris, quum reliquæ tamen matres remanserint in Sicilia, videlicet in Segesta urbe Acestæ Regis. Hæc late narrata in Æn. V, 767. Expendit Servius voculam *puer* adhiberi, ut dissuadeat: et ego concinnitatem boni poetæ, qui triplici argumento tres versus unicuique assignat æqua portione.

219. Videntur Euryalo argumenta Nisi inania, nec se abiturum ait a sententia: neque dat locum, ut Nisus contradicat; immo urget festinantiam; et excitatis aliis militibus, qui sibi succedant, statim locum relinquit; it cum ipso, et uterque ad Ascanium.

224. Id temporis silebant omnia animantia, quippe detenta somno, qui curas laxat, qui cordibus requiem curarum exhibet, inducta oblivione. Eadem copiosius ornavit Æneid. lib. IV, 522 et seqq.

226. Non ita belli principes, et delecti juvenes; immo, quum quieti alii essent et alto somno impliciti, ipsi consultabant, quo periculo res sitæ essent: nam hæ sunt *summæ res*, id est, extremæ; tum etiam, quis iturus ad Æneam nuntius: hæc summa consilii.

229. Habitus militum hærentium in conciliis: nitebantur

lere? qui autem non tollebatur, pro abdicato et projectitio erat.

213. *Raptum pugna*. Sunt qui explicent *raptum*, id est, interfectum, acie; nam *rapi* dicuntur, qui moriuntur. Sed puto non hoc poetam dicere, imo alludere ad duas nobiles historias, Antigonæ sepelientis fratrem Polynicem raptum e campo; Priami sepelientis filium Hectorem redemptum pretio: nam cum distinctione loquitur ita: sit qui me sepeliat vel raptum, vel redemptum: sæpe enim hostes vetabant sepeliri interfectos; quod fecit Creon contra Polynicem.

221. *Vigiles simul excitat*. Qui vigiliarum officium habebant; hoc est, futuros vigiles; vicibus enim servatis, ea hora, dormientibus aliis, qui fuerant vigilaturi, Nisus tunc et Euryalus vigilabant: proinde recessuri excitabant alios, qui essent ex vigilum numero: illi surgentes *succedunt* Niso et Euryalo, quorum *vices* exceptas *servant*.

229. *Adnixi hastis*. Mira facies concilii; in dubiis non sedent, sed

hastis; tenebant scuta; stabant, et quidem in medio castrorum et campi, qui locus ductorum. Accedunt amici duo; orant admitti; quia res magna, et pretium in mora, id est; quæ vobis proponenda afferimus, magna sunt; et si vestra consilia aliquandiu moramur, certa utilitas hanc *moram* compensabit. Admittuntur statim ab Iulo, qui jubet Nisum dicere, majorem quippe annis. In voce *trepidos* agnosce habitum festinantium.

234. Initium orationis a benevolentia Ascanii, qui dux et princeps. Nisus enim ait, *Æneadæ*, ut subiret puerum patris memoria, qua delinitus, quid non concederet? Pergit, *audite æquis mentibus: cur æquis?* quia dicturus, *quæ ferimus, ne spectentur ab nostris annis:* quasi dicat: estote æqui judices; rem, non annos ponderate, argumenta supputate, quibus movemur, non ætatem: credo, hoc de ætate addi propter Euryalum; nam Nisus semper inducitur ævo grandior: nisi quis de utroque capiat, et rem torqueat ad temeritatem, quæ comes militaris ætatis; ut dicat; ne putate nos temerarios, velut qui in militari sunt ævo.

236. Proponit duplicem occasionem, qua inducti ad consilium. Hæc prima: Rutuli, quibus obsessi sumus, tantum abest, ut vigilent, ut neque dormiant, immo pæne mortui sint; nam *sepulti somno, et vino:* si enim vigilarent, clamor illos proderet; sed hoc non ita, nam *sepulti conticuere.* In hoc illorum simillimo morti silentio *ipsi conspeximus* (facit hoc ad fidem) *locum* struendis *insidiis.* Sed ubi hic locus? ille, inquit, *qui patet in bivio portæ, quæ proxima ponto* Tyrrheno: loquitur de porta muri, quo inclusi Trojani, ad quam portam ait fuisse bivium: itaque locus signatur triplici circumstantia; a bivio; a porta; a propinquitate maris.

239. Occasio altera: nulla est ignium frequentia; nam multi *interrupti*, hoc est exstincti; et ab his magna fumi copia: quo enim major fumus et nigricantior, eo minor est ignis, et parum lucidus. Et nota concinnitatem boni poetæ: sicut supra *sepulti* sunt, quod colligit, quia *conticuere:* sic nunc, *interrupti ignes*, quod colligit, quia *ater fumus erigitur.*

240. Præmissis occasionibus pergit ad consilium, quod est Æneam quærere: sed non proponit nude; immo vestit rebus, quibus facilius voluntatem lucretur auditorum, hunc in mo-

stant. Ostendit ergo jam eos diuturna statione fatigatos: quod autem stant, et Romani moris est, et bellicæ necessitatis. *Serv.*

dum : si per vos liceat, cernetis hic affore cum spoliis, atque ingenti cæde Æneam quæsitum a nobis ad Pallantis mœnia; scimus enim viam qua ituri, qua redituri. Expende hic aliqua : illud, *si fortuna permittitis uti*, ex disciplina militari, qua nihil extra imperium : sunt enim severissimæ leges militiæ : ait, rediturum Æneam cum spoliis et cæde ingenti, ut excitet exultantiam Ascanii. Demum, *nec nos via fallet euntes*, ut impetret facilius.

244. Præmiserat, *nec nos via fallet euntes*, hujus nunc rationem reddit : videte, an possit nos via fallere; nam sæpe quum venaremur, lustrato Tyberi, lucisque, qui circa illum, cognitis, vidimus urbem Pallantis, ubi nunc Æneas : nos itaque via ipsa, et oculi ducent.

246. Ex magno decoro datur exclamatio non puero Ascanio; sed Alethæ; quia ætate, et consilio valens : incipit a Diis tutelaribus Trojæ. Subaudienda vero aliqua, hunc in modum : etiamsi irati sitis, o patriæ Dii, non tamen vultis Trojam aboleri; quia dedistis nobis juvenes egregia virtute præditos, quorum *certa pectora* ad laudem et gloriam; non dubia, non ambigua; vel, ut ait Servius, firma et fortia.

250. Irruit statim in illorum colla amplexabundus, in manus gratulabundus; et rigabat lacrymis tam vultum suum, quam illorum ora. Hæc vera sententia : nam qui capiunt vultum, et ora de uno Alethe, non apte capiunt.

252. Cogitat statim senex de præmiis, quæ digna tanta virtute; et ait, hæc primum exspectanda a Diis, et moribus suis; deinde ab Ænea, et Ascanio. Reddit rationem unius tantum Ascanii, aliorum meditandas relinquit lectoribus; sed has adjungam. Dii, quia hi solum æqui, et recti examinatores virtutum. Mores, quia conscientia benefacti satis ad gloriam est; nam virtus se ipsa est contenta. Æneas, quia Princeps exercitus, ad quem pertinet donare milites præmio, et honore. Ascanius, quia non immemor tanti beneficii. *To actutum*, est statim, sine dilatione.

257. Quum virtus utriusque esset in gratiam Ascanii potissima, ipse pro se jam loquitur, repræsentans; obtestans;

247. *Di patrii*. Maturi hominis matura oratio : recte autem incipit a Diis quorum favore missi tales viri recipiuntur. Lacrymæ autem gratulationis fuerant, quod exstitissent tales : item doloris quod recordaretur tot fortium virorum jam amissorum, quia dixerat, « Non tamen omnino Teucros delere paratis. » *Donat*.

precans : itaque repræsentat primum salutem suam, quæ tota pendet a reducto genitore : obtestatur deinde per Deos Penates, per Assaracum, per Vestam, et omnia exornat; Penates vocat *magnos*, de Assaraco dicit *Larem*, de Vesta *penetralia :* precatur tertio, ut revocent parentem, ut reddant restituantque sibi illius conspectum; quia *nihil illo triste recepto*. Parenthesis hanc habet sententiam. Quæcumque mihi est fortuna, ut qui natus sum Regis Æneæ filius, quæcumque mihi est fides, quam præ aliis servare debet Princeps, in vobis sitas existimate; quasi dicat; absente patre, nulla est mea fortuna, nulla fides ad persolvendum quicquid vobis promisero.

263. In prima divisione ponit pocula, tripodas, talenta auri, craterem : ita vero commendat, ut quemvis invitent; nam pocula sunt *argento perfecta*, id est, tota argentea, explicante Servio : sunt signis asperata, quæ in majore pretio : demum obtenta sudore belli, et victoria patris, non a quo sum adoptatus, sed qui me genuit. Offert deinde *tripodas geminos*, de quibus nihil, quia satis notum, esse illos præmia virorum fortium, et fortitudinis : addunt rationem aliqui,

259. *Assaracique Larem*. Ambitiose ad laudem sui, ostentans scilicet divinitatem unius e majoribus suis, ideo cum Vesta, et Penatibus jungit. Pari ambitione Germanicus apud Tacit. Ann. I, in oratione ad milites : « Tua, Dive Auguste, cælo recepta mens, tua, pater Druse, imago, etc. — *Canæ Vestæ*. Venerabilis, antiquissimæ : ipsa enim antiquissima Dea est Terra. *Obtestari* autem est, ob aliquam causam Deos testes adhibere.

260. *Quæcumque mihi fortuna fidesque est*. *Fortuna* in eventu est factorum, *fides* autem in potestate : quæcunque, ait, in me fuerit *fortuna*, hoc est, si melior me *fortuna* respexerit, et si qua in me *fides* est, hanc servabo meritis vestris, in tantum, ut in vestro arbitrio sit, quid rependi vobis pro meritis debeat. Servius per *fortunam* opes, per *fidem* consilia intelligit.

264. *Devicta genitor quæ cepit Arisba*. Atqui secundum Homerum *Arisba* misit Trojanis auxilium, et ab Achille subversa est. Sed accipimus aut ante bellum Græcorum *Arisbam* a Trojanis captam, et in amicitiæ fœdus admissam : aut certe pocula hæc data ab Heleno, qui in Achillis bona per Pyrrhi successit hereditatem, ut sit, *quæ cepit*, pro *quæ accepit*. Serv. — Alii Servio non adsentiunt, et ex Strabone lib. XIII, adfirmant fuisse Arisbam urbem Troadis circa Abydum et Lampsacum, versus Propontidem; addunt hujus oppidi Homerum meminisse Iliad. XII, et XXI; Plinium lib. V, 30 : Æneam paulo ante obsidionem Trojæ illud expugnavisse, et post victoriam inde multa maximi pretii sustulisse, inter quæ *bina* hæc *pocula*. Confer ea quæ narrantur Excursu I°, vol. IV, pag. 84.

quia firmiora, quæ triplici pede sustinentur: tertio, *duo talenta auri*, et hæc *magna:* quarto, *craterem*, quem commendat ab antiquitate, et ab Didone, quæ dedit. Et nota, bina esse omnia, præter unum craterem Didonis; nota etiam varios flexus, *bina, geminos, duo.* O quot poetæ insulse repeterent eadem!

267. In secunda divisione, Turni equum; arma, quæ tota aurea; clypeum, et ejus cristas: quæ omnia, capta Italia, si id Dii annuerint, dicit jam tum excipi ab omni sorte, et servari Niso. Quid vero majus potuit promittere, quam equum ducis et arma? et notetur ostentatio muneris à persona Turni.

272 In tertia divisione, duodecim mancipia, feminas videlicet duodecim, et has lectas, immo *lectissimas*, et *matres*, id est, fœcundas; ideo sequitur, *captivosque dabit*, id est, duodecim, explicante Servio, nimirum filios illarum matrum: neque vero inermes; nam omnibus sua erunt arma. Ad hæc campum Latini: quæ continentur extera hac divisione, audet polliceri Ascanius patris nomine: neque enim dubitat, quin ille concessurus, quæ ille promiserit.

275. Tenerrima omnia, ut a puero, et ad puerum; nam his ætas ferme similis, ideo *spatiis propioribus:* confirmat vero amorem verbis, et re: verbis, nam *te pectore toto accipio:* re, nam *comitem casus complector in omnes:* admovit quippe illum suo pectori. Itaque non frustra *accipio te pectore*, quum sequatur *complector;* nam hoc est, pectore accipere. Cur vocet *venerandum*, dico infra in Notis.

278. Quid vero jam illi in futurum promittit? parem secum pace et bello gloriam, quam sine illo nullam quæret: deinde ait, neminem sibi fore fidentiorem seu rebus, seu verbis: rebus, in bello; verbis, in pace: nam τὸ *rerum* refero ad bella; τὸ *verborum* ad pacem.

280. Quid vero Euryalus? Tu me, Ascani, socium accipis

274. *Insuper his.* Super hæc; mos mirandus in poeta: ubi enim multa narranda sunt, ne continuatio fastidium pariat, dividit, interponendo aliquid, quod tamen non sit alienum. *Donat.*

276. *Venerande puer.* Refero ad pulchritudinem, quæ prædicata de Euryalo: nescias enim quo cultu et religione colantur, qui pulchri sunt: et quidem visa pulchritudo statim ingenerat reverentiam sui. Propter formam hanc augustam et dignam Deo, credo dictum a Virg. in Ciri; « Octavi venerande meis adlabere cœptis Sancte puer. » Iterum: « Et te sancte puer venerabilis. » Claudianum quoque ita accipio loquentem de Stilicone, quum is puer, « Jam tum conspicuus, jam tum venerabilis ibas. » *Cerda.*

280. *Contra quem talia fatur Eu-*

gloriæ tuæ et pace, et bello, ego tibi ipsissimus semper ero et in adversis, et in secundis; et nunquam ab hac virtute, quoad vivam, degenerabo. Illud *tantum* ita explica; semper ero fortis, memor et fidus tibi; hoc tantum de me possum promittere; fortuna, quod velit, faciat.

283. Pungebat puerum maternus amor, nec in tanto ardore belli dissimulare potuit. Itaque, sui impos et gloriæ, quæ par Ascanio promittebatur, ait, unum se præ omnibus orare: sed prius quam oret, narrat sibi esse matrem, immo *genitricem*, quod efficacius ad affectum, quæ nobilissima, quæ filium perdite amaret: nobilissima, nam *Priami de gente vetusta:* quæ filium perdite amaret; nam nec Troja illam retinuit, nec urbs Acestæ in Sicilia, quin me excedentem sequeretur: illud *miseram*, ad perditum et flagrantissimum amorem Servius refert.

287. Pergit narratio, in qua magnus affectus: illa noluit me relinquere; nam mecum excedente excessit: ego illam relinquo ignaram mei periculi, insalutatamque: ne vero tibi crudelis videar; nam nequeo perferre ejus lacrymas. Parenthesis hanc habet sententiam: ne putes me non pium erga matrem, et ingratum; testis mihi nox est, testis tua dextera, abire me ab illa insalutata, tantum quod nequeam perferre ejus lacrymas.

290. Post narrationem sequitur petitio: solare illam, nam inops: succurre illi, nam relicta a me: feram mecum spem, te meis precibus non defuturum. Hoc si feceris, quos mihi animos, Iule, dabis ad omnes casus? immo, quam audaciam?

292. Perculit omnes Euryali oratio, Ascanium inprimis: nam, quum illi lacrymas dederint, hic non solum effudit la-

ryalus. Cur, quum duobus sit locutus Ascanius, et unus illi respondit, id est, Euryalus; et minor? quia Euryalo et familiarius, et posterius est locutus: deinde quod Euryalus matrem commendare debeat. *Serv.*

284. *Genetrix.* Magnum pondus in his verbis: maternum enim nomen omnes affectus transit. — *Priami de gente vetusta.* De familia; et bene eam etiam ex cognatione commendat: nam Ascanius nepos est Priami per Creusam. *S.*

288. *Inque salutatam linquo.* Insalutatam: et est Tmesis, ut « inutilis inque ligatus Cedebat. » — *Salutatam.* Verbum *saluto* dicitur non solum de primo sermone, sed etiam de extremo, quo alicui valedicimus. — *Nox.* Quia scilicet illorum, quæ geruntur in die, testis est dies; illorum, quæ in nocte, nox: talis hæc Nisi et Euryali adgressio. — *Et tua testis Dextera.* Quia loquitur cum illo, ideo ejus dexteram jurat, et obtestatur. Hunc morem servat Sallustius, et alii.

crymas, sed altius paternæ pietatis imagine commoveri animo cœpit: quippe Euryalus, ait Scaliger, repræsentavit charitatem erga parentes.

296. Spondeo tibi omnia, quia omnia digna tuis ingentibus cœptis: genitrix tua mihi quoque erit genitrix, et pro Creusa habebo; nomen tantum aberit: nam, quæ te peperit, digna est hac gratia, hoc favore; idque quocumque eventu, id est, sive moriaris, sive vivas.

300. Firmat sui capitis juramento, quod sibi solenne; nam per illud quoque pater solitus jurare. Quid vero jurat? quæ tibi redituro pollicitus sum, matris tuæ erunt, et generis tui: in his cautissimus fuit Ascanius; dicendum enim fuit: si moriare in hoc conatu, erunt nihilominus matris tuæ, et generis tui, quæ jam promisi: sed noluit mortem nominare, cavens vel omen, vel invidiam; et tantum, erunt matris tuæ, quæ tu redux habiturus.

303. Confirmat, quæ dixerat, tum lacrymis, quas fudit; tum dono, quod obtulit: itaque præbet illi ensem, quem varie commendat; primum a materia; nam ensis auratus, vagina eburnea: deinde, ab arte; nam ita aptatus vagina, ut habilis et commodus gestando esset: tertio, ab artifice, et artificis patria; ille Lycaon, illa Gnosos: quarto, a possessore, id est, a se ipso, quia se illo exuit, amico gratificans.

306. Visa liberalitate Ascanii in Euryalum, Mnestheus et Alethes liberales quoque in Nisum sunt. Prior dat illi τὴν λεοντῆν; posterior galeam cum illo permutat: notetur πρέπον. Ascanius puer liberalis in puerum; grandævi alii in Nisum ma-

298. *Nec partum gratia talem Parva manet.* Debet ab omnibus coli quæ talem filium creavit: non ergo a te tantum, sed per te commendatur. *Serv.*

299. *Casus factum quicumque sequetur.* Satis congrue: præmia enim non debentur eventui, sed voluntati: hoc est, quicquid evenerit, præmia dabo. *Serv.*

301. *Reduci rebusque secundis.* Mira arte moratur in prosperis, et ea iterat: tacet adversa, et magis intellectui et subauditioni relinquit. *Serv.*

302. *Hæc eadem matrique tuæ generique manebunt.* More Romano, quo præmia decernebantur, Illi Liberisq. Eius: ut darentur liberis, quæ accipere non potuissent parentes. Cic. Philipp. XIV.

303. *Humero simul exuit ensem.* Notetur mos plenus charitatis: eunt juvenes ad bellum, et armantur a suis, quasi omnes illis salutem velint. — *Lycaon Gnosius.* Cretensis; et est laus ab artifice: hunc autem gladium Euryalo datum intelligimus, nam Nisus accepit galeam et pellem. *Serv.*

jorem ævo: notetur etiam locutio illa, *pellem, horrentisque leonis exuvias*, ubi non bis idem, ut male Servius; sed thoracem factum ex leonis exuvio: sic enim dixit *pellem* pro thorace, ut Homerus γαλέην pro galea, a materia, et μελίην pro hasta Achillis.

308. Fit discessio cum magnis notis amoris: nam quum jam armati abirent, turba omnis Principum, senum, et juvenum illos comitatur, illorum reditum precantes; id enim est, *prosequitur votis*. Enituit inter omnes Ascanii pietas, qui etiamsi puer, vir tamen cura, multa ad patrem dabat mandata; sed, en πάθος! irrita omnia sunt, et vanescunt per auras; quia videlicet non ea mandata ad Æneam pervenere.

314. Verba omnia spirant audaciam adolescentium, *egressi*, et, *superant fossas*, et, *noctisque per umbram Castra inimica petunt*. Ab his animis procedit, quod sequitur, *multis tamen ante futuri exitio*.

316. Describitur militaris disciplina Rutulorum ignavissima. Notæ hujus ignaviæ multæ: primo, fusi erant omnes per herbam somno, et crapula ebrii: deinde currus arrecti erant, ut solet fieri, quum equi ab jugo absunt, depresso in terram curru, et sublato in altum jugo: tertio, jacebant multi temere inter lora, et rotas, ut in summa pace: quarto, arma etiam jacebant, et cum illis una vasa vinaria. Expende illud, *corpora fusa*, quasi exsanguia, et marcida; vere νεκρούς, non homines.

307. *Galeam fidus permutat Alethes.* Galeæ enim sunt explorantum arma, sicut etiam Homerus ostendit. *Permutat* autem compositum est pro simplici. *Serv.*

312. *Multa patri portanda dabat mandata.* In antiquis exemplaribus, « multa patri mandata dabat portanda. » Sed quamvis idem numerus sit quoquoversum, atque eadem pæne vocalium et syllabarum vis, nitidior tamen structura ea videtur, quæ in vulgatis habetur exemplaribus. « Multa patri portanda dabat mandata. » *Pier.*

315. *Castra inimica.* Non tantum hostilia, sed et perniciosa; nam cum dolore dictum est *inimica*: unde scilicet redituri non erant, quod ex sequentibus comprobatur; dicendo enim, « multis tamen ante futuri Exitio », id est, antequam ipsi perirent, ostendit perniciosa castra esse, quæ ipsis mortem fuerant adlatura: et bene cito dictum est exitio, quum castra mortifera dicuntur. *Serv.*

319. *Vina simul.* Hoc est, vasa vini, scil. in quibus vina ponuntur. *Serv.* — Quid si reliquias vini in poculis intelligas; vel etiam vomitu regurgitata vina? ut vs. 350. *T.* — *Ore locutus.* Non est Perissologia; nam secundum Homerum, exploratores, quæ volunt, plerumque sibilo significant. *Serv.*

320. Visa præclara occasione, Nisus Euryalum primo ad audaciam hortatur : deinde præcipit, ut a tergo custodiat, ne quis sit aggressus hostilis : ipse sibi assumit anteriora, facturus gladio limitem vastum, et latum cum exitio hostium.

324. Incipit Nisus cædem a Rhamnete augure, quem vocat *superbum*, ut cubantem in *altis tapetibus*. Notat ejus socordiam ; nam *toto proflabat pectore somnum*. Mire hoc ! noluit enim *stertere*, ne quid humile heroico operi adjungeret : demum movet κῆδος, quod augur quum esset, nescierit augurio depellere a se exitium.

329. Sequuntur cædes multæ confusim : abripiuntur Nisi gladio tres famuli, qui *temere*, id est, nulla cautione, *jacebant inter tela ;* quasi et tela quoque jacerent solo ; illa quoque

320. *Audendum dextra.* Quia audemus et cursu et animo. *Serv.* — *Audendum.* Græcanicum : nam Eurip. Iphig. τολμητέον. — *Nunc ipsa vocat res.* Id est, somnus et vinum ; occasio invitat.

321. *Hac iter est.* Per hostium cædem et audaciam nostram. *Serv.* — *Attollere.* Adsurgere. *Custodi et consule :* vigila et provide. Sen. epist. 75 : « In hostili regione versantibus huc et illuc circumspiciendum est, et ad omnem strepitum circumagenda cervix. »

326. *Toto proflabat pectore somnum.* Quod ait de Rhamnete, eum toto pectore somnum proflare, quum supra universe de Rutulis dixerit, « passim vino somnoque per herbam Corpora fusa » jacuisse ; haud dubie de quiete minime tacita, sed ronchos egregie trahente, stertenteque accipiendum est. Quem soporem Cælius Aurelianus medicus, elegantissime *sorbilem* nuncupavit : et Plautus in Milit. « L. Sorbet dormiens. P. Quid sorbet? L. Illud stertit volui dicere, sed quia consimile est quid stertas : quasi sorbeas. » *Pont.*

327. *Rex idem, et regi augur.* Ostendimus alibi et reges antiquitus sacerdotio fungi solere : et postea, urbe condita, tanta dignitas augurandi scientiæ accessit, ut reges in eorum collegium adscribi voluerint. Talem poeta facit hic Rhamnetem et regem et augurem. — Præludit ad morem Romæ inductum post reges exactos : e patriciis *sacrorum rex*, vel *sacrificulus rex* eligebatur ab auguribus et pontificibus ; sed summo pontifici subditus.

328. *Sed non augurio potuit depellere pestem. Augurio* hic pro scientia augurii, et ostendit per transitum fati necessitatem nulla peritia posse depelli. Est autem Homericus versus, Ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσατο κῆρα μέλαιναν. *Serv.* — *Pestem ;* rem quamlibet exitialem : hic mortem ; alibi incendium, Æn. V, 683.

329. *Temere.* Passim, fortuito, negligenter, vel humi, vel periculose ; ut in consuetudine solemus dicere, temerarios homines. Ostendit hos ita vino fuisse oppressos, ut cecidisse potius, quam corpora ad quietem tradidisse viderentur. *Temere*, significat etiam facile, subito, sine causa.

inertia, ut domini: deinde Rhemi armiger, tum etiam auriga: postremi caput ab equis pendebat, est hic habitus dormientium, atque ita sectum est. Post tres famulos, post armigerum, post aurigam, demum Rhemus ipse passus idem malum, cui quum caput auferretur, animam cum singultu efflavit; atque ab tot cædibus terra torique madent cruoris plena. Nota, ut explicuerim; neque enim tres illi famuli Rhamnetis sunt, sed Rhemi; atque adeo *juxta*, non est, juxta Rhamnetem: tantum significat, illos junctim fuisse.

334. En cædes aliæ Lamyri, et Lami: sed præcipua mentio, et plena πάθων Serrani; nam hic juvenis; nam insignis facie, nam plurimum luserat ea nocte. Hæc enim omnia nata sunt ad conquestionem, excitandosque affectus: jacebat ille victus Baccho, fuissetque felix, si ludum continuasset usque ad diluculum!

339. Comparatio aptissima: leo, est Nisus, cujus eximia est virtus: pecus, Latini, qui egregie ignavi; et quia illi somno oppressi, ideo *pecus metu mutum*. Vide vero ferocitatem leonis, qui turbat, mandit, trahit, fremit; quia *impastus;* quia summe famelicus; summe, inquam, quia pæne ad vesaniam præ fame.

342. Exemplo Nisi furit etiam Euryalus, sed longum discrimen: nam Nisus Rhamnetem, Rhemum, principes alios: Euryalus vulgus, et plebem interimit: itaque ille bellator peritus; hic tyro inconsideratus, ac tantum cædium avidus. Nominat poeta aliquos, etiamsi ex vulgo, et quia illos Euryalus occupat somno oppressos, ideo *ignaros*, quasi nescios sui fati: unum excipit Rhetum, qui vigilabat, et videbat cuncta: tamen ignavus vigil, et cum majore dedecore, quam ignari; nam præ metu se post craterem occultabat; aptius, *tegebat;* quasi ignavo homini crater esset pro clypeo.

347. Persequitur cædem Rheti, hac varietate poesin ornans:

337. *Deo.* Vel vino, vel somno. Ambigue Servius; de vino explicat Donatus, Scaliger IV, 16, et alii; sed videtur potius accipiendum de somno, et præcipue quidem, quum felicem dicat fore, si vigilasset. Certe de somno jam olim accepit Lactantius Statii interpres ad Theb. lib II, ubi Statius plane Virgilii locum superiorem vs. 166 et 316, imitatus, *somnum* similiter *Deum* vocat; « effusi per agros, anhelum proflabant sub luce Deum. »

339. *Inpastus.* In hac Comparat. multus decor est, multus affectus, multus impetus. Leo enim prætorquam quod *vorat*, etiam *trahit:* sane quum iratus est, quod ore apprehendit, succutit, atque inter mandendum fremit, etc. Scal. V, 3.

ut ille prope se Euryalum vidit cum gladio, assurrexit : sed puncto temporis obviam habuit mortem ; ideo *recepit*, dira hospitalitate, ubi miserandum πάθος ; et *multa*, propter copiam sanguinis : quam copiam explicans, ait vomitam animam purpuream, quia una cum sanguine vina quoque relata, quæ paulo ante ingurgitaverat. Addit, *hic furto fervidus instat*, quia Euryalus successu prospero magis ac magis incumbebat nocturnis cædibus.

351. Hoc ad gloriam Euryali, qui non contentus cædibus e media plebe, aspiravit ad socios Messapi : invitavit quippe illum tum ignis jam pæne deficiens, tum equi soluti jugo, et carpentes gramen. Ex utroque enim facile potuit conjicere, nullam ibi curam, et facilem aggressum. Equi *religati*, sunt fortiter illigati : *rite*, id est, militari ex more, ne abirent ; cum quo tamen stat, solutos jugo fuisse, nam libere pascebantur. Sed tum Nisus Euryalum revocavit, quem sensit intemperanter ferri in cædes. Ratio triplex : appetit jam lux, quæ inimica nocturnæ aggressioni ; pœnæ jam exhaustæ, et quidem ad satietatem : facta est via et quidem per hostes : itaque, et satiata est iracundia, et parta gloria.

357. Ea fuit abeuntium præcipitantia ad apparentem lucem, ut multa reliquerint, etiamsi pretiosa, vel ex materia, vel ex arte : ex materia ; nam ex *argento solido :* ex arte ; nam *perfecta :* itaque omnia in pretio, ars, et materia, ut loquitur Plin. lib. XXXIII, cap. 1. Quæ vero relicta ? *arma, crateres, tapetes :* hos quum vocat *pulchros*, explico, acu pictos.

359. Sed in tanta tamen præcipitantia, Euryali aviditas notatur, qui secum abstulit Rhamnetis phaleras, et cingula. Narrat vero poeta, unde hæ phaleræ, et cingula pervenerint ad potestatem Rutulorum, hunc in modum : moris fuit, ut inter se homines hospitii jura mutuis muneribus conjungerent, etiam absentes : ergo, Cædicus ditissimus, absens quum esset, misit munera Remulo Tyburtino, ut illum sibi adjun-

348. *Condidit*. Notat Germ. dictum imitatione Hom. qui Iliad. XVI et XX, πᾶν δ' εἴσω ἔδυ ξίφος. Itaque ut Hom. *totum gladium*, Virg. « ensem condidit. » — *Adsurgenti*. Impetus adsurgentis ictum juvit ; sicut aper saltu aut pondere venientem ictum adjuvat. *Taubm.*

350. *Hic furto fervidus instat*. Scilicet Euryalus, qui furebat latenter : ut sit *furto*, nocturno prælio : nam *fures* ideo dicti sunt, quod furvo, id est, nigro tempore furta committunt : aut re vera « furto fervidus », quia Messapi galeam sustulit, et Rhamnetis phaleras. — Curt. lib. IV, etiam furtum adhibet nocturno bello : idem Plutarchus.

geret hospito: Remulus moriens nepoti suo ea reliqui nepotis mortem, qui obiit bello conflato inter Tyburt Rutulos, potiti sunt Rutuli ea præda: ex Rutulis perver prædæ ad Rhamnetem; hunc occidit Nisus, ac tunc Eu abripuit, sibique adaptavit, sed *nequicquam;* nam no turus; instabat videlicet fatum misero.

365. Messapi quoque, ad quem tetenderat, quum r tus est a Niso, galeam sibi aptavit, cui cristæ decora facto abeunt.

367. Venit id temporis Volscens ab urbe castra cum tibus trecentis, et omnibus erant arma; ferebantque m quæpiam Latini ad Turnum; potius responsa: nam Turnus a rege (hæc κατὰ σιωπώμενον) aliquid quæsisset, ferebant responsa. Cur hi dicantur *præmissi*, hæret S neque explicat: sed sententia est: legio integra venie castra; constat hæc equitibus, et peditibus; præmit equites, qui velociores; nam *legio cætera*, id est, pedit huc morabatur campis instructa: itaque hic, *cætera l structa campis*, non sunt illi milites, qui cum Turno era pedites, qui de novo mittebantur, et ante hos præmittel equites; nam pedites tardiores.

371. Ergo, quum jam appropinquarent, essentque muros Trojanos, cernunt Nisum, atque Euryalum, q hostes fallerent, flectebant lævo tramite. Visi autem prodente illos galea Euryali; nam tametsi nox esse umbra tamen sublustris erat, appetente jam luce: galea refulsit adversa radiis: sic mihi visum de mente l nam ipse supra, *lux inimica propinquat:* ergo radii is lucis appetentis, non Lunæ, ut explicat Servius; neque

363. *Post mortem.* Scilicet Remuli, secundum supra dictum sensum: nam Donatus dicit, post mortem Nisi et Euryali, bello potiti sunt Rutuli: quod non procedit, si diligenter advertas. Sane sciendum hunc locum unum de XIII Virgilii, sive per naturam obscuris, sive insolubilibus, sive emendandis, sive sic relicti sunt, ut a nobis per historiæ antiquæ ignorantiam liquide non intelligantur. *Serv.*

365. *Galeam Messapi.* Non occisi Messapi abstulit galeam, (micaturus est paulo post) venit jacentem, et sustulit. *tisque decoram.* Bene p dicens *decoram:* nam ejus dore prodente, Euryalus Denique Nisus hac ratio proditur, cui habenti inf galeam, habiliorem galeam permutavit. *Serv.*

366. *Excedunt castris;* rum scilicet; nam supra « castra inimica petunt. » S

hoc est, orationem Nisi postea dirigi ad Lunam apparentem; nam illo temporis crepero etiam Luna cernitur.

375. Non otiose et segniter res notata; nam statim Volscens cœpit clamare, ut starent; rogare causam viæ; qui essent? quo iter? illi nihil responderunt; tantum se fuga in sylvas abdunt quam celerrime, fidentes illis et nocti. Occupant statim hostes vias omnes et diverticula, quibus exitus inde esse posset, ne abirent.

381. Descriptio silvæ, tum a tenebris; nam tota *dumis horrida, et nigra ilice:* tum a densitate; nam *sentes undique complerent:* inde natum, ut rara esset semita, quæ duceret euntes per occultos calles.

384. Ergo his ramorum tenebris, deinde præda, quam secum gestabat, impeditur Euryalus: accedit timor ab ignotis locis: considerate hic ponitur, *fallitque timor regione viarum,* ut insultet præteritæ exultantiæ, *nec nos via fallet euntes;* certe fefellit.

386. Erat jam Nisus extra periculum; nam et perplexam sylvam, et hostes evaserat, imprudens remanentis Euryali: erat etiam extra lacus illos, qui postea dicti Albani, ubi tum stabula equorum Latini.

389. Ut vero *stetit;* et *amicum respexit,* sed *frustra,* quia *absentem,* vide quot πάθη! rediit, quia *pudujt sine fratre reverti,* ait Stat. IX, Theb. et Nisum sine amico. Tum vero clamabundus: o infelix ego, o tu infelix, Euryale! referri vox ad utrumque potest; ubi reliqui te? se auctorem facit ex vi doloris! qua sequar te? Hæc ita breviter, ne tempus terat, et interim periclitetur Euryalus. Consumeret hoc loco aliquis incogitanter plures versus in jactandis querelis: itaque statim ad periculum redit; neque horret iter perplexum; sylvam fallacem rursus revolvit; legit retro vestigia, quæ abiens observaverat: errat per loca senticosa, et dumis horrida.

394. Præcesserat, errasse Nisum per silentes dumos; cui

381. *Silva fuit, etc.* Brevis descriptio, et qua ea sola continentur, quæ errorem Euryalo facere possint. Huc separati sunt, quos discerni non oportuit. *Donat.*

385. *Regione viarum. Regionem* hic rectum iter dixit, ab eo, quod regat tramitem. — *Nisus abit.* Bene meminit velocitatis, quam ei in quinto Æneid. dedit: ut, « Primus abit, longeque ante omnia corpora Nisus Emicat » *Serv.*

390 *Infelix qua te règione reliqui.* Se infelicem dixit, qui dolet: non illum, propter quem dolet. *S.* — Duplex est lectio: vel infelix Euryale, vel, Euryale, ego infelix qua regione reliqui te? Sed magis ad se refert, cui labores et pericula jam peracta, repetenda sint. *D.*

silentio jam nunc opponit auditum, non post multum temporis, clamorem; equos; strepitus; sequentum signa. An vero solum audit? immo *videt*, hoc ad incrementum doloris! amicum miserum oppressum hostili multitudine, in quem omnia simul conjuraverant, fraus loci, noctis tenebræ, tumultus hostium : at inter tot hostes unus *conatur plurima*, animo non degenere, sed *frustra;* nam quid unus inter tot oppugnantes?

399. Quo putas tum dolore Nisum transfixum? satis indicat poeta, quantus sit ille dolor, adhibita aporia? sed quæ hæc aporia? Duo dubitat; primo occurrit; inclinat in alterum : ergo dubitat, an audeat juvenem eripere? sed statim, *qua vi, quibus armis?* quasi dicat: vellem eripere; sed quæ vis, quæ arma mihi? id est, quæ mihi vis armatorum, et militaris copia? ergo dejectus ab hoc consilio, proponit alterum, *an moriturus inferat sese in medios hostes?* in hoc inclinat; nam statim, *et pulchram properet per vulnera mortem?* quasi dicat : pulchrum et honestum, ac plenum laudis sic interire. Expende obiter verbum *eripere:* manus hostium Euryalum *rapit;* amicus vult *eripere*.

402. Dubitaverat primo, an posset eripere juvenem; et tametsi non vis idonea contra tot hostes, tamen conatur quod potest; inde sequens contortio hastarum ; sed quum hoc non succederet; nam Volscens Euryalum interfecit; infert sese in hostes moriturus, quod secundo loco, ut pulchrum, probaverat. Hæc profecto mens Virgilii in toto hoc tractu, hactenus non expensa. Sed jam ad rem : adducit Nisus retro lacertum, ut majore vi hastam torqueat, et prius venerabundus ad Lunam : nam *suspiciens* est, et in altum oculos tollere, et venerari; atque utrumque hic quadrat.

404. In primo et extremo versu est summa petitionis, *succurre meo labori; permitte, ut conturbem globum hostilem*, qui circumdat Euryalum, *rege tela per auras :* hæc, inquam, summa petitionis ad Lunam : quam ut moveat, vocat decus astrorum; custodem nemorum: proponit, quæ pro se pater Hyrtacus illius aris dona attulerit; quæ ipse auxerit suis venatibus, suspendens in tholo, figens ad sacra templorum fastigia : dirigit videlicet Nisus preces ad Lunam, quæ eadem cum Diana ne-

397. *Fraude loci et noctis. Fraude loci*, difficultate loci; *noctis*, pro tenebris et obscuritate, fraudem appellat. Quidam, « noctis subito turbante tumultu » legunt, ut sit, *noctis tumultu*, nocturno tumultu explorantium. *Serv.* — *Fraude loci.* Est Euryali capti defensio, ne per inertiam videatur factus esse captivus. *Donat.*

morum præside, venationis Dea. Adhuc observa, in illis, *hunc sine me turbare globum*, inesse Nisi mentem totam; nam forte in illa militum turbatione ipse posset amicum eripere.

410. Preces sequitur tortio; et quia *toto corpore*, ideo *connixus*, et, *conjicit*; non, nixus, et, jacit. Ab eadem vi, *hasta volans;* quia enim toto corpore, et toto nixu, non it, sed volat. *Umbras diverberat*, quia per medias umbras: *di* enim hanc habet vim, ut, *diduco*, *dimoveo*, etc. Erat Sulmo aversus a Niso, conversus ad Euryalum; ideo hasta in tergum venit, quia aversus: lego enim, *aversi Sulmonis*, non *adversi*. Hasta frangitur in ejus tergo; ita tamen, ut non solum ferrum, sed magna pars ligni penetraret præcordia, quod necessarium ad magnum nixum, quo torta. Aliqui hic legunt *fisso ligno:* possunt: nam, quia *frangitur*, ideo *fisso;* vel *fixo*, quia *transiit:* itaque insolubilis non est locus, ut male Servius, qui etiam in mentione clypei blennus est. Cadit statim Sulmo convolutim, non porrectim: vomit vere *flumen;* adeo magnum, et patens vulnus; et illud *calidum;* ipse jam morte *frigidus:* nota miram oppositionem: quum vero jam in terra esset, *pulsat ilia longis singultibus;* sic mire expressa divulsio animæ.

416. Statim ad hoc spectaculum turbati omnes; *circumspiciunt diversi*, id est, in diversa. Ille animosior, ut cui probe ictus successerat, *librat telum aliud:* itaque in illa omnium trepidatione hasta stridens labitur per Tagi tempora: nota concinnitatem; ipse *ab aure librat*, et hasta penetrat Tagi *utrumque tempus:* hæret in cerebro, quod trajecerat, tota jam tepens sanguine.

420. Ad obitus Sulmonis et Tagi sæviit Volscens, neque habuit tamen, auctore non conspecto, in quem sese ardor ille irarum effunderet, nisi Euryalum: et tunc illo irarum æstu, quo ardebat, ab eo pœnas se expetiturum clamat; et quidem *sanguine calido*, id est, vita. Est *interea*, dum auctor invenitur. Τὸ *amborum* referri tantum potest ad Sulmonem et Tagum:

409. *Turbare globum*. Sana petitio; nam quia tot vincere impossibile fuerat, petit ut saltem eos perturbet telorum beneficio. — *Rege tela per auras*. Per noctem, in qua sine auxilio numinis recti jactus esse non possunt. *Serv*. — Homer. Iliad. E, βέλος δ' ἴθυνεν Ἀθήνη.

414. *Calidum de pectore flumen Frigidus*. Recedente enim eo, quod in corpore calidum est, frigus repente succedit. *Singultus* vero sanguinem sequens, animæ luctantis argumentum erat: nam hic plena descriptio est morientis ex magno ictu. *Taubm*.

sed vide, ut omnia hic tragica sint; et magna puncto temporis rerum turbatio : sævit, et clamat contra Euryalum Volscens; dolet, et clamat pro Euryalo Nisus : nam Volscens nudo jam gladio in illum ruebat : Nisus *exterritus* illo spectaculo, et *amens* dolore, e tenebris arborum prosilit; transfixus acerbitate rei, quam videbat, fatetur se esse cædium illarum auctorem : hortatur, ut in se ferrum, non unus Volscens, sed omnes convertant : amicum excusat, primo quia *non ausus,* deinde, quia *non potuit;* advocatque, ut credatur, cælum et sidera, quæ adhuc apparebant, non omnino nocte evanida. Non expendo illa, *Me, me : adsum, qui feci;* quia hoc nemo queat : adeo poeta supra vires, certe meas, fortasse omnium! Absolvit versu illo, *Tantum infelicem nimium dilexit amicum.* Hujus sententia ex conceptu Servii hæc est : si roges a Niso, cur prosiluerit e tenebris, quum nihil prodesse potuerit amico morienti, respondebit, quia amicum perdite et misere amavit. Sed non video, cur esse non potuerit epiphonema : *tantum,* id est, tantopere amicum miserum deperiit!

431. Clamante ista Niso, jam gladius costas et pectus ruperat, et quidem candidum, ad conquestionem : cadit Euryalus; cervix collabitur; perfundit cruor artus pulcherrimos. Excitant ista lacrymas post tot etiam sæcula!

435. Servius hyacinthum capit in hac comparatione; nam et purpureus ac pulcher : ac deinde, quia puer ille versus in florem est, atque adeo nonnulla ad illum allusio. Ergo ait, ita Euryalum collapsum, ut solet languescere et mori hyacinthus, quum aratro succiditur; ut solent papavera caput demittere gravante pluvia. Nota, primam comparationem respondere cruori, quo perfusus puer : inde quia *pulchros artus, flos purpureus;* et quia *volvitur letho, languescit moriens :* alteram cervici collabenti; ideo, *quia cervix collapsa, lasso collo papavera demisere caput.*

438. Quis explicet Nisi furias? *ruit in medios,* et *per omnes* unum *solumque Volscentem petit;* alios nihil moratur, sed tan-

427. *Me, me.* Subaudis *interficite,* et est interrupta elocutio dolore turbati. — *Me, me, adsum qui.* Voces sunt perturbati, qui quod animo tenebat, non potuit semel effundere. Ait ergo, *Me :* ut quum deesset continuatio verborum sequentium, ait iterum, *Me.* Tertio ubi se paulatim colligere cœpit, adjunxit; « Adsum qui feci. » Quarto, « In me convertite ferrum. » Certe magna subtilitate dispositum est.

439. *Volscentem petit.* Appetit :

tum *moratur in solo Volscente:* efficit poeta tragœdiam efficaciorem geminatione nominis.

440. Agglomerant se statim hostes, ut unum tueantur Volscentem, ut unum proturbent Nisum: ille vero *instat non segnius;* ita autem ensem versat, ut potius in omnem partem rotet; et quia *rotat,* ideo statim luculenter, et etiam proprie *fulmineum,* quia rotatus ille celerrimus triplicem reddebat ensem instar fulminis tricuspidis. Non est inanis tanta vis: nam hominem conficit miserando mortis genere; quippe gladio immerso in os clamantis, et ita *moriens* ipse *hosti animam abstulit.*

444. Accedit nova, et miseranda tragœdia; nam quo impetu in hostem ruerat, eodem, sumpta jam vindicta, ruit ad infelicem amicum jam exanimem, super quem sese projecit, et quasi jam adeptus finem votorum, *quievit ibi morte placida,* quia cum amico. Ait poeta *confossus,* sed non explicat a quo: an ab hostibus? credi hoc potest: illos enim, sumpta jam gloriosa vindicta, nihil curavit, et se confodiendum permisit supra amicum: an se ipse gladio suo confodit, ut qui nollet esse superstes, nec pro se pugnare, adempto amico?

446. Aureum elogium, quo fortunatos vocat: nam fortunatius nihil glorioso exitu: addit duraturos illos in omnem æternitatem virtute suorum carminum, et modestissime loquitur, *si quid possunt mea carmina.* Si non tua; quænam, o Maro? hanc æternitatem ut explicet, adducit ἀδύνατον, ut ipse putabat, de Æneæ posteris semper in eodem imperio duraturis. Vere hoc ad assentationem Augusti; nam Juliam familiam intelligit.

sermo hic sumitur a gladiatoribus. Omnia sunt gladiatorum, petitiones, vitationes, declinationes, effugia. Notum illud, « Non te peto, piscem peto. » Græci ὁρμᾶν, et, ὁρμὰς, *petere, petitiones.* Itaque *vitatio* et *petitio* directe oppositæ in hoc ludo.

442. *Fulmineum.* Explicui jam, et addo, visum mihi indicari a poeta vim Nisi esse supra mortalem, ut qui non tam gladium, quam fulmen versaret.

446. *Fortunati ambo.* Prosphonesis est. Mire horum mortem non luctu aut misericordia, sed felicitatis testimonio prosequitur. *Serv.* — *Fortunati ambo, etc.* Divinum est elogium summi poetæ: quod cum aliis comparat Scalig. V, 16.

448. *Domus Æneæ.* Familiam Juliam significat, e qua Augustus erat: cui prærogativa quadam concessa erat ad Capitolium habitatio, Patriciis omnibus denegata, auctore Victore et Plutarcho: unde non, *incolet,* sed *accolet,* dixit; ad domum autem Augusti locus erat, qui « sedes Imperii Romani » dicebatur.

449. *Pater Romanus.* Romanum Imperatorem capit Turneb. XXII,

450. Redit ad filum historiæ; Rutuli pergunt ad castra, hinc gloriosi spoliis, hinc lacrymabundi interfecto Volscente.

452. Sed vide quæ seges tragœdiarum! cædibus Volscentis, Sulmonis, Tagi accedit miserum spectaculum tot principum interfectorum. Quis hic omnium concursus? poeta omnia ad horrorem, quum signat *locum tepidum recenti cæde; rivos plenos sanguine* et *spumanti*: agnoscunt ibi etiam per otium spolia, Messapi galeam, et phaleras. An tu quidquam, Lector, hoc triplici tractu, aut luctuosius, aut magis varium, ubi tot cædes ad luctum, et tanta varietate connexæ? perlustra poetarum omnium Græcorum et Latinorum paginas, et nihil simile cum exitu Nisi, atque Euryali. Putidum cum istis duobus, quidquid Græci evanide blaterant de suo Oreste et Pylade.

459. Describit adventum diei ab circumstantiis personarum; illustrantis lucis; illustrati orbis: personarum; Tithoni mariti, Auroræ conjugis: lucis illustrantis; nam novum lumen, Sol infusus: orbis illustrati; nam terræ sparguntur lumine; res luce reteguntur, quæ nocte ipsa unicolores. Omnia sunt bina ex mira consecutione: Aurora, Tithonus; lumen, Sol; terræ sparsæ, res retectæ. Quis putas, hanc diligentiam haberet? amplector et hic notam Servii, morose describi diem, quippe visurum cædes et bella. Jam ergo claro die Turnus suos ad bellum excitat; immo *suscitat* dormitabundos; duces reliqui suos cogunt ad Turni exemplum: omnia rumore perstrepunt, sæviunt furoribus.

465. Fuit et in hoc apparatu miserum spectaculum; videlicet capita Nisi atque Euryali hastis præfixa, quæ milites sequebantur magno clamore lætabundi, velut insultabundi Trojanis.

15; quum præsertim omnes *Patres patriæ* dicerentur, et hoc inprimis titulo affectus Augustus, in cujus gratiam hæc poeta. Alii Senatum Romanum, alii Romulum gentis Romanæ conditorem ac patrem intelligunt. Auson. sic compellat Theodosium, Pater Romane.

450. *Victores*. Irrisorie, tanquam qui magnum putarent, si trecenti duos vicerunt, quum duo tres intéremissent. *Don.* *Præda Rutuli spoliisque potiti*. Non solum suis eos armis exuerunt, sed etiam illa præda, quæ Rutulis fuerat ante detracta. *Serv.*

464. *Quisque suos*. Est hoc, quod Homerus Il. III: κέλευσε δ' οἷσιν ἕκαστος Ἡγεμόνων: *Quisque ducum suis imperavit.*—*Acuunt rumoribus iras*. Quia duo ausi sunt per eorum castra transire, et stragibus implere: quisque dux indignatur et invehitur in tantam Nisi et Euryali audaciam. — *Acuunt rumoribus iras*. Ex Euryali et Nisi audacia motas. *T.*

466. *Præfigunt capita*. Hoc genus contumeliæ hostilis frequentissi

468. Quid jam Trojani? quum videant hostem admoveri, ipsi suos opponunt a sinistra muri parte; nam dextra tuta erat, cingente eam Tyberi: *tenent fossas;* id est, tuentur; defendunt; stant in turribus: sed quidem etiamsi fortes, certe mœsti diro capitum spectaculo, a quibus tabus fluidus, et ille ater manabat.

473. Fama statim urbem complet, ut *volitans*, ut *pennata;* ideo non it, sed *ruit:* necesse fuit, ut inter reliquos, una etiam mater Euryali rem acciperet: ea subito tam diro nuntio perculsa, tota pulso calore diriguit; atque nescienti tum radii e *manibus excussi* sunt, non projecti; est enim scientis projicere; *revoluta pensa* anilia. Mox tamen eodem impetu ad se reversa; impatienter clamitans, comamque abscindens convolat; petit prima agmina; præ doloris amentia nihil verita pudorem, ideo *immemor virorum;* nihil verita salutem, ideo *immemor telorum ac periculi:* itaque *amens*, ratio est, cur pudorem et salutem contempserit: et præclare *immemor*, quasi non fuerit fortitudo ire ad tela: vir enim fortis periculum agnoscit, et capessit; at imbellis audet, quia ignarus. Cœpit deinde querelas suas jactare; potius (mira αὔξησις) cælum implere, quasi Deos incusans.

481. Prima pars hujus orationis, quæ plena magnorum affectuum, continet querelas matris, quod relicta a filio: erumpit in has querelas ab diro spectaculo, quod ante oculos; ideo præmittit, *hunc ego te, Euryale, aspicio?* qui futurus eras

mum fuit, sive poetas, sive scriptores alios consulas; sive Græcos, sive Latinos; sive barbaros, sive cultos homines.

476. *Excussi manibus radii.* Bene *excussi*, quasi nescienti: melius quam si diceret *projecti*. Scaliger V, 3, confert Andromachæ fletum ab interitu Hectoris, in Il. XXII, cum Euryali matre: « Et hujus », inquit, « anus Virgilianæ conquestio adeo sublimis est, adeo rara, ut sapientibus sustulerit audaciam imitandi: « Hunc ego te, Euryale, adspicio? » et quæ sequuntur: affectus tot, tanti, tam frequentes, ut excutiant animum potius, quam lacrymas mihi. Summa, nihil omissum cælesti poetæ illi: omnia signate, ex natura, ex arte, ex eruditione: sententiæ, numeri, figuræ, simplicitas, candor, ornatus, incomparabilia; atque, uno ut absolvam, Virgilii. » Vide plura ibidem.

481. *Hunc.* Talem: et est conquestio matris Euryali plena artis Rhetoricæ: nam pæne omnes partes habet de misericordia commovenda a Cicerone in Rhetoricis positas. *Serv.* — « Octavus locus, ait Cicero, per quem aliquid dicitur esse factum, quod non oportuerit, hoc modo; Non affui, non vidi, non postremam ejus vocem

requies senectæ meæ, cur me ut solam relinqueres, in animum tuum induxisti? crudelis! cur non saltem consolabundus affatus es me, quum ires in extremum periculum missus a tuo principe? cur non data copia tui conveniendi?

485. Sequitur pars altera : deploravit solitudinem suam; jam nati infelicem exitum : hoc vividius, efficacius, luctuosius, ut quæ natum potius, quam se amaret. Pendent omnia a circumstantiis : nam jacet mortuus in terra ignota, datus canibus in prædam; sine apparatu funeris; non clausis oculis; non lotis vulneribus; non tectus veste, quam mater dies noctesque anxie et sollicite texebat; immo *urgebat;* efficacius.

490. Hæsitat, quid factura in tanto malo; et quia dispersa membra ac funus lacerum nullam dant copiam reliquiarum colligendarum, iterum incusat natum, quod se benignissimam parentem, laborumque terra et mari tolerantem abiens reliquerit. Illud, *hoc mihi de te, nate, refers?* interpretor de capite, quod oculis spectabat : quasi dicat; disperso reliquo corpore tantum mihi caput spectandum refers? e tuo corpore caput tantum restituis? et hoc cernendum solum oculis, non exosculandum, non amplectendum?

493. Pars ultima ethopœiæ, in qua inest deliberatio mortis : hanc petit aut a Rutulis, si velint esse pii; aut a Jove, si mi-

audivi, non postremum ejus spiritum excepi. » Item, « Inimicorum in manibus mortuus est : hostili terra turpiter jacuit insepultus : a feris diu vexatus, communi quoque honore in morte caruit » : qui loci omnes hic a Virgilio tanguntur.

483. *Crudelis.* Qui potuisti linquere solam, quum pius esses. *S.* — *Crudelis!* Scalig. IV, 48. Mirum, quantum afferat affectus vox, quæ in principio carminis ponitur, post expletam sententiam : quæ vox illi tamen apposita apponit et sensum : neque post τὸ *crudelis* nota interrogationis ponenda, sed post τὸ *solam*. Enimvero plus placuit additamentum illud illius vocis, *crudelis*, gestu sustineri. Ita Æneid. IV : « Et mediis properas Aquilonibus ire per altum, Crudelis! » *Taubm.*

486. *Jaces.* Proprie : insepulti enim dicebantur *jacere*. De Priamo, qui nec sepultus, nec crematus, « *jacet* ingens litore truncus. » — *Nec te tua funera mater.* Id est, funerea : nam apud majores *funereas* dicebant eas, ad quas funus pertinebat, ut sororem, matrem : nam præficæ, sunt planctus principes, non doloris. *Funeræ* sunt doloris participes : ut ad quas funus consanguinitate pertinet : *Præficæ*, planctus alieno in funere ministræ, quæ mercede conducebantur. *Funeræ* producebant cadavera : *Præficæ* sequebantur. *Funerarum* questus parietibus continebatur : *Præficarum* clamor ad Libitinam et in publico personabat.

sericors : vult ut illi absumant telis, hic fulmine. Ratio ; quia nequeo aliter vitam abrumpere, et hoc optat : et præclare *abrumpere*, quasi vellet abrumpi ipso dolore. Hactenus explicatio nostra : præclare ait Julius Scaliger hac oratione ademptam sapientibus audaciam imitandi : et postea ; « nihil addendum, nisi ab ineptis; nihil immutandum nisi ab impudentibus. »

498. Ad fletum feminæ commoventur Trojani, gemunt, franguntur; omnia ex mira consecutione : bellum enim lætos vult milites; nihil ergo mirum, si frangerentur torpore in tanta animorum mœstitia : quo vero ardentius femina, eo magis accendebantur ad luctus : in hoc reliquorum dolore, apparent unius tantum Ascanii lacrymæ, quippe pueri : tandem femina inde rapitur, referturque domum duorum jussu, Ascanii et Ilionei; duorum ministerio, Idæi et Actoris. Elucet in his minimis diligentia poetæ; duo jubent, duo exsequuntur jussa. Duo etiam nota : primum est, commoveri milites ad questus feminæ ex decoro; nam hic sexus, ut imbecillis, a duris etiam elicit misericordiam : alterum, illam inde amotam ex militari doctrina, ne militibus languorem induceret.

503. Apta peripetia ad commovendos animos : ecce a fletibus ad tubam; ab ejulatu ad terribilem sonitum; a gemitibus feminæ ad bellicum clamorem et mugitum cæli. Expende verbum *increpuit;* quasi tuba ipsa torporem Trojanorum increpitaret, qui tamdiu cesserant attenti fletibus. Sed de versu toto Jovianus in Actio : « An non audientibus nobis capillus ipse subrigitur, animusque concutitur, et pæne horrescit? »

505. En primus aditus ad oppugnationem urbis : ratio oppugnandi duplex : alii facta testudine volunt accedere ad mœ-

496. *Invisum hoc detrude caput sub Tartara telo. Invisum* quidem est, hoc est, odiosum caput : ergo deest *tibi*, et si *invisum*, quomodo *miserere?* verum misericordiæ genus est, si me etiam iratus interimas. *Serv.*

500. *Incendentem luctus.* Vix est ullus humanus affectus, qui non per flammas aut ignes exprimatur et augeatur : serviunt iræ, dolori, spei, invidiæ, amori; et quibus non? — *Incendentem luctus.* Augentem, incitantem animos ad lugendum. — *Idæus et Actor.* Ex nominibus personarum et finem et dignitatem rei addit. *Serv.*

501. *Lacrymantis Iuli.* Puero dat lacrymas, cui potest sine pudore : viris fortibus, tantum dolorem. — *Sub tecta reponunt.* Honorifice : quod autem dicit *corripiunt*, non injuriæ est, sed celeritatis : id est, raptim tollunt. *Serv.*

505. *Acta testudine. Testudo*, Græce, *συνασπισμὸς*, *conscutatio*, scutorum est connexio, curvata in modum et similitudinem testudi-

nia; et, ut ingressus ad urbem sit, parant fossas implere lum vellere: en prima ratio. Altera est aliorum, qui i scalas admovent, ut ita aditum inveniant, præsertim qua et minus densi propugnatores.

509. Ab Trojanis duplex quoque defensio; nam tela o advocant contra ascendentes in murum; contis detru docti jam hoc facere longissimo bello, quo pressi a Græc prima defensio. Altera est illorum, qui volvebant saxa a rumpendam testudinem; nam hæc est *tecta acies*. Hostes t obstinato sunt animo ad saxa omnia, donec Trojani imm quamdam molem, instar ruinæ, devolverunt in misero magna pars illorum strata est, et resoluta testudo. Igitur nihil proficerent ea re, oppugnandi ratio commutata e cœptum geri missilibus, ut ita e vallo proturbarent Troj Nota τὸ *audaces*, quasi jam fortiores, ut qui aperto Mart gererent, non in tenebris testudinis.

521. Quum Epica omnis auctore Aristotele, constet successibus Tragicis, hos poeta in his libris passim in neque hoc solum, verum personas ipsas ad Tragicam os tionem. Ergo Mezentius *horrendus visu* propter magnitud *quassabat* non hastam, sed *Etruscam pinum*, conformem corporis. Quid, obsecro, magis ostentabundum? quid, s sideres illum manu altera inferentem *ignes fumiferos?* hac persona τραγικώτερον, et horribilius: vide adhuc et in horrore inane studium; nam de imperfecto *quassabat*, e tam ignem, quam fumum.

nis, quum a militibus aliqua civitas obsidetur, et fit, ut murus ejus subruatur: namque in armorum generibus milites sumunt ab animalibus nomina, ut aries. Sallustius, « In modum ericii militaris. » Inventor autem testudinis Artemon Clazomenius fertur, idemque arietis repertor dicitur. Scuta gestare Curetes primi invenerunt. Galea Thracicum tegmen est. Thoraces Thorax quidam rex dicitur invenisse; Lycaon Arcas gladium longiore lamina produxisse narratur; Peleus primus macheram dicitur invenisse: Arpen, id est, curvum gladium in modum falcis, a inventam multi dixerunt. S

509. *Telorum effundere Omne genus*. Proprie: tel non jaciuntur in subjecto, s duntur: et dicendo « Omn telorum », ostendit telum omne quod jacitur. Græci ἀπὸ τοῦ βάλλειν: sicut Lati ἀπὸ τοῦ τῆλε, id est, longe. *Effundere*. Plus est quam n ille enim effundit cui ma copia, nec mittendi prop piam metuit finem: pretere quæ emitti non possunt, fun et fusa proficiunt, ut est a

523. Ecce parem alium non minore ostentatione: nam Messapus *equorum domitor, proles Neptunia*, id est, filius, jam hinc *vallum rescindit;* jam inde *poscit scalas in mœnia.* Itaque unus ambit militiam utramque, planam et arduam: diviserant, ut vidisti, multi duplex bellandi genus: nam uni planum aditum quærebant, *implere fossas, vallum vellere:* alii arduum, videlicet *scalis ascendere muros.* Sed ecce unus Messapus pro multis; nam et in vallum, et in mœnia: et signate hic *proles Neptunia*, quum muros diruit; nam paternas inimicitias conservabat. Neptunus enim muros Trojanos diruens inducitur, II lib. Æneid. vers. 610.

525. Quum post Mezentium et Messapum velit ad res Turni pervenire, invocat Calliopem Deam Epici carminis: ad quam vero rem? ad Turni strages canendas, funera, mortes quas edidit; ad ingens hoc bellum evolvendum, id est, perfecte et exacte narrandum; ideo *oras* ad signandam eamdem perfectionem; nam oræ sunt primæ et extremæ partes rerum: atque ita poeta intelligit, principia, fines, ac proinde media spatia, utique omnia: demum adhibet rationem, cur invocet Musas; nam filiæ Mnemosynes, id est, Memoriæ, ideo quæ scite *meministis, et potestis memorare:* observa syllepsin per numeros: nam unam nominans Calliopen, de multis loquitur, *aspirate, evolvite, meministis, potestis.* Quasi dicat: vos, o Musæ, omnes aspirate; et tu inprimis, o Calliope: sed *vos*, et *Calliope*, possunt vere annecti.

530. Incipit post invocationem a re plane tragica, et luctuosa, a ruina turris: meminit ejus altitudinis, quæ vasta, et

lida, pix fervens et soluta, et oleum candens. *Donat.*

525. *Adspirate.* Hoc verbum plurale refertur ad singularem Calliopen, hunc in modum; « vos, o Calliope, aspirate. » In usu hoc Græcis et Latinis, ne quis insolentem putet Virgilii locutionem. Demosthenes apud Plutarchum loquens cum Stilpone, ἐλευθέραν ἡμῶν, ὦ Στίλπων, ἀπολείπω τὴν πόλιν. Tibull. « Perfida, nec merito nobis inimica merenti »: ubi « nobis merenti. » Sic et Catull. « inspirantique ipsa refers te nobis »: ubi, « inspiranti nobis. » *Adspirate;* favete: metaphora a prospere navigantibus, quibus ventus dicitur ex οὐρίων spirare: vide Sophoclem in Ajace.

529. *Et meministis enim, divæ, et memorare potestis.* Differt *meminisse* ac *memorare:* quum illud sit memoriter tenere, *memorare* vero exponere et narrare.

530. *Turris erat vasto suspectu.* Vide Cæsarem Bel. civ. lib. II, ubi turris Massiliensis admirando opere constructæ meminit; quam accurate descripsimus, pag. 335, et seqq., vol. II nostri Cæsaris.

magna; pontium, qui alti, per quos Servius tabulata accipit; situs, qui opportunus : ideo illam Itali evertere; Trojani servare anxie laborabant : illi summis viribus, summis machinis; nam τὸ *opum vi* machinas notat; isti saxis et telis per fenestras intortis. Τὸ *densi* est, aut vere ipsi conferti; aut hypallage, pro, densa tela.

535. Sed gloria hæc Turno servata, ut principi omnium : conjecit ille ardentem lampada, affixitque lateri turris, et secundo vento grassata est in tabulas, hæsitque exedens postes, et quicquid ibi ligneum.

538. Qui erant intus, trepidare statim turbatione ipsa : fugere glomeratim, et retro abire in locum, ubi non hæc pestis : sed frustra omnia : tandem turris procubuit subito pondere, ac tum cælum veluti frangi fulmine et tonare visum : adeo ingens sonitus ruentis machinæ!

542. Dixerat turrim procubuisse, at non quidem sine noxa propugnatorum; nam una cum turri ipsi quoque : itaque, suis telis confixi cadunt, suis lignis transfossi, (excellentissimum hoc ad πάθος excitandum) et omnes quidem semimortui : duo tantum Helenor, et Lycus elapsi sunt ab ea clade vivi.

545. Ætate major Helenor erat, Mæonii Regis, et Licymniæ servæ filius; ideo furtim sublatus, quia videlicet ex serva, et

533. *Certabant.* Zeugma, potest et ad Latinos et ad Trojanos referri. — *Fenestras.* Cæsar : « fenestras, quibus in locis visum est, ad tormenta mittenda in struendo reliquerunt. » *Germanus.*

537. *Adesis.* Aut, carie jam ante consumptis : aut certe, quos flamma exedit adhærendo. Verum de hisce πυροβόλοις, sive *Ignijaculis* accuratissime, ut solet, tractavit J. Lipsius Poliorcet. lib. V, Dial. 4 et 6. *Taubm.*

545. *Primævus.* Satis indicat, hos duos fuisse fratres, et majorem ævo Helenorem, ut habitum ante legitimas nuptias; sicut solet sæpe fieri. — *Serva Licymnia.* Hominem non legitimo toro natum Helenorem prædicat fortissimum, et gloriose pugnantem pro vita, pro patria, pro honore, antefertque Lyco legitimo filio, sed imbelli et ignominioso : vult ergo poeta, ut est eminentissimus, indicare sæpissime non tam natales attendendos, quam cujusque facta : dant ista veram gloriam, non vetustus sanguis; et cuique sua dextera vera est mater. *Cerda.* — *Furtim sustulerat.* E stupro educaverat : hinc est, « Et dulcia furta. » *Serv.* Vide supra, vs. 203 : condivit autem hoc scientia Legum militarium: dixit, « vetita arma. » Neque enim licebat servis militare : Scalig. V, 3. Vide Godescal. Stewech. ad Veget. lib. I. Hunc sensum pace Heynii tueor; nam Virgilium novimus trahere aliqua de historia : servos sane nunquam militasse constat, nisi servitute deposita, excepto

non legitimo toro : ideo etiam missus ad Trojam *armis vetitis;* nam servis interdicta militia.

548. Erat Helenor e numero militum levis armaturæ, ideo tantum cum ense et parma : itaque hoc versu definit, quæ sint arma levia militum : addit vero inglorium adhuc fuisse, ideo *parma alba*, id est, non picta, quia nullum hactenus præclarum facinus, quo pinxisset clypeum.

549. Adhibet jam discrimen inter Helenorem et Lycum. Helenor gloriosus in hoc bello, Lycus inferior : sed prius de Helenore; hic, ubi se vidit inter infinita hostium agmina, et adversum se tot millium prætentas cuspides, statuit vitam præclare divendere. Itaque, qua densi hostes, illuc ruere, immo *irruere*, nam cum illorum clade : qua tensa tela, illuc tendere; ut nobilis fera, quæ consepta undique venatorum turba, furit contra tela; insilit contra venabula, mortis suæ scientissima : nulli enim acrius pugnant, quam qui se mori certo sciunt.

556. Pergit narratio ad Lycum, qui melior Helenore, pedibus scilicet, non virtute : itaque statim fugam capessit, elapsus inter arma et hostes, ad murumque accedit, si possit fastigium prendere, sociorum dextras attingere; id optat, id certat : sed fortuna non adfuit imbelli homini; nam Turnus secutus illum et cursu et telo, voce primum increpat, quod dementer sperasset posse se evadere hostium manus, inter tot hostes : nam quid dementius hac spe? deinde ipsum manu arripit pendentem e muro, et ita aspirantem ad salutem, atque inde illum revellit una cum muri parte, adeo uterque fortiter arripuit, Lycus murum ad salutem, Turnus Lycum ad exitium!

563. Sequitur comparatio, ut in Helenore ad gloriam, ita in Lyco ad infamiam : nam comparatur lepori, cygno, agno, feris imbellibus, Turnus aquilæ et lupo : ut ergo aquila leporem, aut cycnum, ut lupus agnum : ita Turnus abripit mise-

Hannibalis tempore : quum post Cannense prælium in tanta necessitate fuit urbs Roma, ut ne liberandorum quidem servorum daretur facultas.

558. *Prendere tecta manu.* Quia tunc alti non erant muri, sed ad impetum tantum repellendum : ut etiam Sallustius ostendit, ubi Sertorium humeris per muros ascendisse commemorat. *Serv.*

559. *Cursu teloque secutus.* Nimiam ejus ostendit celeritatem, qui potuit telum missum consequi : nam hoc dicit, cum præmisso telo ad hostem venit. Statius, « Et emissum cursu comprendere telum. » *Serv.*

563. *Qualis ubi aut leporem.* Pro *qualiter.* Committit hæc Macrob. V, 12, cum Homericis Il. XXII. At Scaliger. V, 3, docet, poetam

rum Lycum. Ad quod spectaculum clamor tollitur tot millium spectantium : quin jam audaciores facti, invadunt omnes agminatim; et fossas complent aggesta terra; vi expeditior fit aditus ad muros.

568. Secuti videlicet exemplum Turni, qui primus omnium ardentem lampada conjecit: et nota proprietatem; Turnus *conjecit;* hi plures *jactant,* verbo frequentativo, quo intelligas δαλοὺς θαμειούς, ut loquitur Hom. *frequentes faculas.*

569. En jam varia genera cædium, et quales credibile est fuisse in obsidione pertinaci. Ferebat ignes Lucetius Rutulus; et jam urbis portam ascendebat; sed tum sternitur ab Ilioneo ingenti lapide, quem ad incrementum vocat *saxum,* immo *fragmen montis.*

571. Ludebat fortuna in hoc bello : straverat Trojanus Ilioneus Rutulum hominem; en jam Rutulus Liger sternit Trojanum Emathiona, sicut et Asylas Trojanum quoque Chorinæum: arma si quæras, Ligeri fuit jaculum; Asylæ sagitta, de qua mire dictum, *longe fallens.* Vide notam infra.

573. Redit fati vicissitudo: nam Trojanus Cæneus Ortygium Italum sternit: sed Cænei momentanea fuit victoria; nam illum Turnus, qui tamen hac cæde non contentus, alios adjun-

nostrum comparationi suæ, præ illa, non solum sonum et majestatem, sed etiam animam addidisse, nulli Græcorum imitabilia, etc. *T.*

664. *Sustulit.* Similiter *tollere* de raptu avium, quia quod rapiunt secum in aerem tollunt, utitur Phædrus Fab. I, 28: « Vulpinos catulos aquila quondam sustulit. » *Emm.* — *Jovis armiger.* Quia dicitur in bello Gigantum Aquila Jovi arma ministrasse, quod tamen fingitur. Horat. lib. IV, od. 4, v. 1, pariter dixit, *ministrum fulminis alitem.* — *Rapuit;* quæsite; nam lupi proprie sunt raptores.

570. *Lucetium.* Solum hoc nomen est, quod dictum a Virgilio, a nullo alio reperitur auctore. Sane lingua Osca *Lucetius* est Jupiter, dictus a luce, quam præstare dicitur hominibus. Ipse est nostra lingua *Diespiter,* id est, diei pater. Horatius, « Namque Diespiter plerumque per purum tonantes Egit equos. » *Serv.*

572. *Longe fallente sagitta.* Mire dictum, quia *longe,* ideo *fallens:* quum res agitur cominus, non est locus fraudi; nam vides cuspidem contra te dispositam: quum eminus, tum te fallunt arma hostis: fallunt etiam, quia is, qui longe est a jaculante, putat sæpe se non assequendum. Ad eum modum Statius Theb. VII : « Itys insidiante sagitta. » Non multum abit illud Prop. III, 14: « Cum pila veloces fallit per brachia jactus. » Id est, pila, quum jacitur, longius procedit, et it velocius, quam jactator putarat. Ita et Valerius tertio Argon. « fallere nervo Tum primum puer ausus Hylas. » *Cerda.*

git : hoc enim κατ' ἐξαίρετον de Turno Virgilius, ut illius supra alios virtutem attollat : itaque quum alii unum, aut alterum, ipse acervos : τὸ *stantem pro turribus*, explica, pro defensione turrium.

576. Consumit versus quinque in Priverni Itali cæde. Sententia hæc est : Themillas Trojanus Privernum percusserat; immo potius strinxerat; nam levissimum fuit vulnus, et tantum degustata cutis : ille ad sensum doloris, scutum, quo se debuisset tegere, per summam dementiam projecit, ut manum vulneri applicaret; ac tum Capys sagittam in eum direxit, quæ et manum applicatam vulneri transfixit; et altius penetrans pulmones rupit, quibus spirabat, ac proinde lethale fuit vulnus. Itaque cædem, Themillas inchoavit, perfecit Capys : sed poeta, ut vides, aliter condivit ad gustum lectoris : nescio, cur interpretes ista et similia negligant in suis explicationibus.

581. Post cædem Priverni Itali, sequitur cædes Arcentis Siculi, qui erat in Trojanis partibus : præmittit vero descriptionem illius, plenam pompa, eamque agglutinatam ex variis circumstantiis : adhibet nomen ipsius, et patris : arma ejus, et ornatum armorum : pulchritudinem, et locum natalitii. His sex rebus tota continetur descriptio : ipse Arcens vocabatur, et pater Arcens : en duo prima : arma fuere egregia, et illorum ornatus pulcherrimus; nam chlamys picta textorio

576. *Levis hasta Themillæ. Themillas Themillæ*, ut *Æneas Æneæ*. *Levis* autem *hasta*, pro leviter veniens : ut et *Strinxerat* dixit, id est, paulum vulneraverat. — *Tegmine*. Ita in X, « æratam circumfert tegmine silvam. » — *Demens :* qui scutum quo se tegebat, abjecit.

578. *Alis*. Pinnis. — *Alis adlapsa sagitta*. Creberrima αὔξησις ad summam celeritatem indicandam. Sallust. Jugurth. « tela utrimque volare. » Inf. Virg. « volat Itala cornus. » Hom. sæpe, πτερόεντας ὀϊστούς. Est egregius locus Plin. XXXIV, 14, quem velo hic audias, de ferro ita loquentem : « Eodem utimur ad bella, cædes, latrocinia, non cominus solum, sed etiam missili, volucrique, nunc tormentis excusso, nunc lacertis, nunc vero pennato, quam sceleratissimam humani ingenii fraudem arbitror. Si quidem ut ocyus mors perveniat ad hominem, alitem illam fecimus, pennasque ferro dedimus. » Notabis dici a Plinio de ferro alato, « humani ingenii fraudem », quæ verba adjunges his, quæ supra attulit ad illud, « longe fallente sagitta. » *Cerda*.

582. *Pictus acu chlamydem*. Hoc est, habens chlamydem Phrygiam; vestem militarem, more Phrygum, acus labore variegatam; Gallice, *casaque enrichie de broderies*. — *Ferrugine clarus Ibera*. Male Servius interpretatur *Ponticam*, quum

acus opere, et deinde conspicua subnigricante Hispanorum purpura : en duo altera; pulchritudo in facie insignis fuit; *eductus* vero, id est, natus, aut nutritus in loco Martis ad Symæthum fluvium Siciliæ, ad aram Dei Palici : en ultima.

586. Hunc Mezentio interficiendum attribuit : signat modum mortis : ergo Mezentius arma reliqua deposuit, et unam fundam ita valide rotavit, ter circumactam ad vigorem, ut miserum Arcentem unico statim ictu moribundum solutis membris porrigeret : incutit quippe plumbum illius temporibus, ita fortiter rotatum, ut in medio cursu ardorem conceperit, perveneritque ad Arcentis tempora jam liquefactum. Multa hic expendi possunt; ego hic tria tantum : primo, notat magnitudinem corporis Arcentis, nam jacuit ille *multa arena :* deinde quum ait *temporibus*, proprie loquitur; nam ab uno in aliud tempus transfosso toto cerebro plumbum pertransiit, quod non incredibile ab ardore concepto : tertio, vide diligentiam poetæ : nescio, an fallar : reliqui Rutuli Trojanos interficiunt, et Trojani vicissim Rutulos : unus Mezentius, qui non Rutulus, sed Etruscus, interficit Arcentem, non Trojanum, sed Siculum, utique auxiliator auxiliatorem. Si quis mihi reprehendat, quod ita accurate, videat aliorum interpretum inopiam.

590. Memineris superiore tractu interfectum Arcentem Trojanorum partium : nunc jam vicissim Numanus interficitur ab Ascanio, ut ita fortuna referat par pari : quia vero Ascanius

Hispanam debuisset; inprimis sibi ipse contrarius : nam Georg. I, ad illud de Sole; « quum caput obscura nitidum ferrugine tinxit », ita ait : « Ferrugo est purpura nigrior, et, Hispana : alibi et ferrugine clarus Ibera. » Quum *ferrugo* dicatur a *ferro*, quis nescit ferri venis Hispaniam claruisse? Hujus metalli primam gloriam Plinius dat Bilbili (fuit hæc patria Martialis), XXXIV, 14. De ferro Iberi Pontici nulla, quod sciam, mentio. Ac proinde « ferrugineus color » referendus est ad eam orbis partem, in qua metalli hujus gloria. — *Clarus*. Dat splendorem Iberæ ferrugini, ut etiam lib. XI : « Ipse peregrina ferrugine clarus et ostro. » Si ferrugineam (*brunissure*) alibi dixit *obscuram*, et hic *clarus*, non est difficilis conciliatio : nam purpura cum splendore nigricat, cum nigrore splendet. *Cerda*.

590. *Tum primum bello*. Hoc loco puerum ideo postea fecit armari, quia legit in historia pueros de bellis gloriam reportasse. Filium Marci Drusi annorum sexdecim : Crispini filium Crispinum in Corsica, quum fugeret exercitus Spurii Carvilii Consulis, bellum restituisse. Apud Soram, bello Italico, ab Herennio puerum in aciem eductum, a quo hostem occisum spoliatumque; Lucii Tarquinii filium,

filius est Æneæ, atque etiam puer, oportet ut gloriosa sit mentio ejus facinoris: inde tot versus præmissi, tot secuti: itaque attentionem captat a personis Ascanii et Numani, admiscens magnitudinem rei, quam narraturus: fuit enim magnum, interfici virum fortem a puero, qui in feras tantum arma hactenus exercuisset. Juvatur attentio nobilitate Numani, qui minorem germanam Turni sibi nuptiis copularat.

595. Describitur Numani superbia ab loco; a verbis; ab modo: a loco; nam *ante primam aciem*: a verbis; nam *digna atque indigna*: a modo; nam *vociferans*, ideo postea *ingenti clamore*: hæc vero omnia a tumore, quo inflatus ex novis nuptiis: nota in verbo *ibat* arrogantiam incessus.

598. Objicit inprimis Trojanis impudentiam, qui non vereantur, bis capti quum fuerint, semel ab Hercule, deinde ab Græcis, nunc denuo cingi obsidione, nec se aperto Marti committere; sed teneri vallo, muros morti prætendere; ut qui nulla alia ratione valeant exitium depellere, nisi in latebris, qui summus est pudor.

600. Objectavit impudentiam; jam nunc irridet, et vocat dementes: est plane ridiculum ignavissimos homines velle sibi matrimonia armis quærere: est dementissimum Italiam advenisse pugnacissimam terrarum.

602. Pergit jam ad gloriam Italorum, quos laudat ab omni ætatum gradu, ab infantia, pueritia, juventute, virilitate, senectute; deturpatis prius Græcis, quibus hostibus Trojani assueverant. Argumentum est optimum: nam, si neque victores vestri conferendi nobiscum sunt, quid vos victi? Ergo ait: non hic res geritur cum Atridis, (Agamemnonem intelligit et Menelaum,) non cum Ulysse, qui mendax, non pugnax. Laudat itaque primam ætatem a consuetudine, quæ in Italia vigebat: ferebantur enim infantes recens nati ad flumina, ubi

quem ob hoc pater aurea bulla prætextaque donavit. *Serv.*

596. *Novo regno.* Aut nova regii generis affinitate: aut quia ipsi per regis filiam portio debebatur imperii: aut partem regni a Turno acceperat. *Serv.*

603. *Durum a stirpe genus.* Italiæ disciplina, et vita laudatur: quam et Cato in originibus, et Varro in gente populi Romani commemorat. *S.* — *A stirpe.* Non arte, sed natura. — *Natos ad flumina primum, etc.* E Germanorum consuetudine tractum censet Turneb. XXII, 5, qui prolem natam ad Rhenum ferebant, clypeoque imponebant. Si undis abriperetur, notham censebant: si innataret, vere suam. Claudianus in Ruffin. « Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus. »

[illegible] tam bellorum usui idonei fierent. [illegible] equitant; tendunt spicula : is est illo[illegible] exercitatio. *Venatu*, pro, venatui.

[illegible] sunt, et parcissimo victu contenti, [illegible] bellum tractant : itaque, aut terram do[illegible] oppida : noluit *colunt*, sed *domant*, quod [illegible]

[illegible] ævum, (credo virile indicari, tum quia non [illegible] præcipuam ætatem, tum quia redit ad agri[illegible] bis dicturus idem de eadem ætate :) ergo, reli[illegible] est, virile, ferro teritur; neque illud deponi[illegible] cultu : nam nobis loco stimuli hasta est, qua [illegible] boves pungimus.

[illegible] senectus, quæ, tametsi tarda sit et corpus debi[illegible] non animum mutat, aut illius vigorem : nam se[illegible] albidi et pleni canitie, galeas sibi imponunt; prædas [illegible] rapto vivunt; idque habent in voluptate.

[illegible] Post longam Italorum gloriam, redit ad ignaviam Tro[illegible], quibus vestis croco picturata, et murice fulgida; [illegible] cordi desidia est, et choreæ in voluptate; quibus sunt [illegible] manicatæ, et mitræ cum redimiculis : itaque a vestitu [illegible] argumentum luxuriæ, atque ignaviæ.

[illegible] Ex dictis absolvit, Trojanos, feminas potius, quam vi[illegible] debere, ac proinde frequentandos illis choros, qui [illegible] in Dindymis montibus Cybeles ad cantus tibiarum : igi-

[illegible] *Flectere ludus equos*. Alio[illegible] nostræ pueritiæ ludus [illegible] *Flectere* autem verbo antiquo [illegible], nam equites apud veteres [illegible] sicut ait Varro [illegible] Totus versus [illegible] qui de Hippome[illegible] in Supplic. [illegible] $\chi\alpha\iota\rho\omega\nu$, [illegible] : *Equis gau*[illegible] *manibus*. Præ[illegible] adhibeat exercita[illegible], quæ a pueris debent Græ[illegible] assuefaceret vir[illegible] bellica.

[illegible] *operum patien*[illegible] Hoc et in [illegible] nam magna vir-

tutis est in nimio labore parvis esse contentum. *Serv.*

617. *O vere Phrygiæ*. Ipsos vituperaverat Phryges : nunc ad majorem injuriam *Phrygias*, non *Phryges*, dixit. *Serv.* — Ita Hom. Il. B, 235; et H, 96 : ἀχαιΐδες, οὐκέτ' ἀχαιοί.

619. *Buxusque vocat Berecyntia*. A monte Berecynto dicta : dicitur autem et *hæc buxus* et *hoc buxum* ; ut, « et torno rasile buxum » : unde superfluo quidam arborem generis feminini esse volunt, quum hoc loco etiam de ligno generis feminini habeamus exemplum. *S.* — *Buxus* tibiæ Phrygiæ materies.

tur illos tympana decent et buxus; non arma et ferrum, quæ virorum sunt.

621. Perculit, ut par erat, Ascanium Numani furor, quippe principem: ergo non tulit *jactantem*, notat vanum; *canentem dira*, notat abominandum augurem: adhibet deinde gestum contendentis arcum ita vivide, ut putes te cernere: *intendit telum nervo equino;* factus scilicet nervus ex setis equinis, idque *obversus*, quo exprimit gestum: nam jaculatores *obvertunt*, id est, vertunt contra se arcum, contenturi illum: mox *ducens diversa brachia*, nonne hic cernis hominem comparatum jam ad ictum? et stans cœpit Jovem precari. In his omnibus, atque etiam in præcedentibus et sequentibus, expendo apparatum, quo Ascanii ictus infertur, ut reddatur ille περιβόητος: sic videlicet primum vulnus hujus principis, non aliter inferendum erat: et vere neque in Græcis, neque in Latinis omnibus simile quidpiam.

625. Sequuntur preces ante ictum, ut Juppiter annuat juvenili audaciæ, ut qui omnipotens præstet virtutem illi, qui parum potest: si annueris, Juppiter, *ipse feram*, non jam pro me pater *dona*, quæ tibi esse solent *solennia:* deinde *statuam juvencum ante aras tuas:* hunc commendat multipliciter: a colore; nam *candentem:* ab ornatu, ideo *aurata fronte:* ab ætate, nam *feret caput par cum matre:* a generositate et virtute, quarum indicia *cornu petere, arenam spargere.* Quid, quod *feram*, et *statuam* signatissima in re sacra?

630. Audiuntur preces: inde ab læva fit tonitrus, et sereno cælo, quod prodigiosum; una cum tonitru arcus disploditur, in quo mors certa: sagitta effugit; elabitur; horrendum stri-

620. *Cedite ferro.* Servius intelligi putat de cultris quibus sacerdotes Deæ Cybeles evirabantur: atque ita *cedite*, parete interpretandum erit. Sed enim figuratius est dicere, *ferro*, hoc est, bello: neque indecora est illa ejus sententiæ per diversa vocabula repetitio, quam is fere negligit. *Pier.*

624. *Ante Jovem supplex per vota precatus.* Atqui Apollinem debuit invocare jaculaturus sagittas; sed diximus ideo Jovem invocatum, quia omne initium et incrementum Jovi debetur: ut, « ab Jove principium Musæ. » Unde nunc Ascanius, non quid faciat, cogitat; sed quid primum; inde invocat Jovem recte, quia primordia erant belli. *Don.* et *Serv.*

625. *Juppiter omnipotens.* Hoc epitheton interdum ad gloriam numinis ponitur, interdum ad causam dicentis: namque hoc loco dicendo *omnipotens*, ostendit eum etiam his, qui per se minus valent, præstare posse virtutem. *Serv*

631. *Intonuit lævum.* Prospe-

det; trajicit Numani tempora: ac statim Ascanius gloriabundus; « i, superbissime, atque illude veram virtutem: hi, qui bis capti, remittunt tibi pro responso, non verba, sed facta. » Sequitur statim ad felicem successum Trojanorum clamor, fremitus lætabundus, vocis faventia, qua se et Ascanium tollunt ad sidera, pleni gloriarum.

638. Describit Apollinem despectantem pugnas: adhibet locum; nam ab *ætheria plaga;* thronum, nam sedebat in *nube:* signat ejus venustatem, vocans *crinitum:* sic itaque spectabat tam Turni acies, quam urbem Ascanii. Vide Excursum I**, vol. IV, pag. 86.

641. Loquitur Phœbus cum Ascanio, cujus hic miræ laudes, quæ crescunt, quum dicantur ore Apollinis, quod magnum decorum est; et hoc qui capiat, magnum esse Virgilium capiet: commendatur ergo a nova virtute, qua præ ceteris auctus, quum non aucti anni: a belli virtute et labore, quo sibi ad cælum iter adstruit: a divinis natalibus; nam genitus a Diis, quod dicit propter Venerem, et hæc erat Jovis filia: a divina posteritate; nam geniturus Deos, Julium, Augustum, alios: a futuris et fatalibus bellis, quæ sic administrabuntur a posteris, (nam per gentem Assaraci intelligit Romanos futuros) ut omnia conquiescant et residant: demum ab ingenti virtute, quam Troja, etiamsi magna, tamen non cepit. Advertat Lector, has laudes non auditas ipsi Ascanio.

644. Hæc quum dixisset, se e cælo ad Ascanium misit, auris

rum: nam quæ sinistra nobis videntur, intuentibus cælum, illic dextra sunt: non quod sinistra bona sunt; sed quod dextra cæli nobis sinistra sunt. *Serv.*

640. *Nube sedens.* Ut sedent numina. Juno: « Nec tu me aeria solam nunc nube videres Digna indigna pati. » Æn. XII, 810. — *Victorem.* Bene ei qui unum occiderat addidit dignitatem. — *Adfatur Iulum:* non ita ut Iulus audiret. *Serv.* — Hunc sensum Servio pariter et Cerdæ placuisse miror; nam si Phœbum Iulus non audit, quem ad finem tam signata loquitur, de virtute, de gente Assaraci, de Troja? cur talia *nubibus irrita donat* ille Deus?

644. *Nec te Troja capit.* Vel major es quam patria, vel major es meritis quam civitas, in qua nunc es. Vult Brod. Miscell. I, 26, verba hæc sumpta a Philippi sermone laudantis generosam indolem Alexandri filii, quum is Bucephalum ascendit. Plut. in Alex. ζήτει σεαυτῷ βασιλείαν ἴσην, Μακεδονία γάρ σε οὐ χωρεῖ: *Quære tibi regnum par; non enim te capit Macedonia.* Id ipsum adnotat Henr. Steph. in Præfat. ad Virg. Hunc Philippi sermonem ad Alexandrum filium versibus reddidit Claud. de IV, Cons. Hon. *Cerda.*

dimotis, convertitque se in senem Buten, qui fuerat Anchisæ armiger, et præpositus servandæ primæ parti domus: ac tum curam quoque Ascanii gerebat, datus a patre Ænea. Ibat itaque Apollo huic similis voce, colore, canitie, armis sonantibus, locutusque ad Ascanium est ardore belli et facinoris gloria incitatum.

653. Sermo Apollinis ad Ascanium, quo contentum illum esse vult gloria Numani occisi, quum præcipue id factum sit *impune*, id est, nullo Ascanii nocumento. Docet deinde gloriam hanc manasse ab Apolline; tantum abest, ut paribus armis invideat, id est, arcui et sagittis; nam his quoque ille Deus utitur. Tertio hortatur, ut ardorem contineat, parcatque bellis: τὸ *cetera*, est in quarto multitudinis, id est, κατὰ *cetera*, more Græco.

656. Non exspectavit Apollo responsum; nam vix orsus, sermonem statim rupit, ideo *medio sermone:* ut vero sese Deum esse proderet, in auram evanuit. Nota omnia, quia *procul*, ideo *ex oculis:* quia *auram*, ideo *evanuit*.

659. Abeunte Apolline sonuit ejus pharetra, ac tum agnitus

645. *Spirantes*. Vitales, quibus spiramus et vivimus. — *Ascaniumque petit*. Notandum *petit*, sine insidiis dictum. *Serv*.

647. *Antiquum in Buten*. Hic Butes semel hic nominatur, ut bis, Nautes. — *Antiquum;* nam ætate et longa exercitatione dignus erat, cujus consilium multi facerent. — *Dardanio Anchisæ*. Versus spondaicus, cum hiatu diphthongi longæ, more Græcorum et Homeri.

651. *Sæva sonoribus arma*. Arcum intellige, qui ad tergum cum sagittis; nam conversus in aliam formam, arma tamen retinuit. Hom. Iliad. I, de eodem Deo, Τόξ' ὤμοισιν ἔχων, ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην. Ut vero hic « sæva sonoribus arma »: ita Cal. lib. III, Κορυτὸς καὶ τόξα μέγ' ἴαχεν. Etenim maxima nota armorum Apollinis fuit sonitus. Aristides in Paraphtheg. τοὺς τοῦ Ἀπόλλωνος οἰστοὺς αὐτοὺς ἐφ' αὐτῶν ἐπηχῆσαι συνοργισθέντας αὐτῷ. Dicit videlicet, sagittas Apollinis sponte sua, et nemine commovente, sonuisse, quasi ipsæ quoque cum irato irascerentur, ideo ἐπηχῆσαι συνοργισθέντας. *Cerda*.

654. *Primam hanc tibi magnus Apollo*. Dicendo *primam*, pollicetur et aliam. *Concedere* autem ideo se dixit, quia sagittarum Deus est: et licet eum Jupiter juverit, Apollo tamen suum sibi officium vindicat, quod dicit se concessisse, quia non prohibuit. Ea enim, quæ ab aliis numinibus poscimus, tunc implentur, si non adversentur numina, quorum propria sunt quæ poscimus. *Serv*.

655. *Paribus non invidet armis*. Pari gloriæ: nam ut Apollo puer extinxit Pythonem in vindictam matris, sic Numanum Ascanius. *Paribus* ergo *armis*, id est, similibus, non peritia, sed triumpho. *S*.

est Deus. Erat Ascanius ardore pugnæ inflammatus ex felici successu, sed cohibent illum proceres, monentque, Phœbo ut pareat, qui dixerat, *parce puer bello:* ipsi pro illo succedunt, seque in periculum objiciunt vitæ; adeo ille suis erat charus!

664. En pugna acerrima a circumstantiis; videlicet a clamore, qui ubique murorum oritur: ab arcubus intentis: ab amentis, quæ torta: ab innumeris telis, quibus stratum solum: ab scutis et galeis, quæ afflicta, elisa, complosa. Ab tot rebus epiphonema aureum, *pugna aspera surgit.*

668 Vidisti ingentem pluviam occidentibus hœdis; atque ita ferocem, ut tellus verberari, non rigari, videatur: vidisti nimbos plenos grandinis, horrente Jove desuper, tempestatem torquente, ac rumpente nubila, quem Austri adjuvant fremore suo; talem puta hanc pugnam, tum ferocitate pugnantium, tum telorum multitudine. Illud, *in vada præcipitant,* explica, in flumina: sumit scilicet partem pro toto; vadum pro flumine: subaudi etiam voculam *se;* ut dicat; *præcipitant se in vada.*

672. Inchoat novam tragœdiam Pandari et Bitiæ fratrum, quæ pæne ad libri exitum, et in qua variæ cædes; atrox fortuna; grave Trojanis periculum. Describit primum illorum natales: erant enim filii Alcanoris, sed educati a matre silvestri. cui nomen Iæra; in monte Ida, qui sacer Jovi: deinde corporum proceritatem, quæ ita vasta, ut similes essent abie-

660. *Fuga.* Abscessu: et more suo abeuntes Deos inducit agnosci. — *Pharetramque sonantem.* Quia ait supra, « Et sæva sonoribus arma. » — *Dictis.* Propter auditam orationem. — *Ac numine.* Propter agnitum Deum. *Serv.*

665. *Amentaque torquent.* Pro *tela amentis torquent:* nam *amentum*, est lorum, quo media hasta ligatur et jacitur. — Festus: amenta, quibus jacula vinciuntur, ut torqueri possint. Ciceroni et Fabio *hastæ amentatæ* sunt fortes et sic ligatæ. Et quia amentum incitat et roborat hastam, μεταφορικῶς dixit Tertullianus lib. IV: « CHRISTUS amentavit hanc sententiam: Non potestis Deo servire et Mammonæ »; quod est; fortiter et serio edixit; et velut amento intorsit.

670. *Præcipitant.* Pro *præcipitantur*, ut Æn. I: « Tum prora avertit »: item, « venti ponunt »: Cicero, « Terra movet »; et alia sexcenta, omnia patiendi significatu. Vide notas de *hœdis*, T. IV, p. 68.

673. *Iæra.* Turneb. XXII, 7, suspicatur leg. *Hyæna:* ut, quemadmodum quidam a cerva, cane, lupa nutriti dicuntur; ita hi a silvestri hyæna sint educati. Porro sanctissime colebatur a Trojanis *Jupiter* cognomento *Idæus.* Ei lucus erat in Ida monte, ubi educati fuerant *Pandarus* et *Bitias.* Taub. — Vide varias lectiones, tom IV, pag. 69, ubi *Hiera*, *Hieta*, etc.

tibus, aut montibus: tertio, audax facinus; nam quum ipsis esset Ascanii imperio commissa urbis porta, ipsi non passi teneri se angustiis, illam aperiunt; hostem provocant, rati sua virtute posse se urbem defendere; neque esse necessariam portam, ubi ipsi adessent. Itaque cristis conspicui, et ferro armati, aditum ab dextra et læva occupant: qui illos cerneret, putaret se cernere turres geminas ad urbis defensionem comparatas.

679. Sequitur comparatio: vidisti ad ripas aut Padi, aut Athesis, quercus geminas, quibus ita mira altitudo, ut videantur cælum capitibus contingere, et nutare verticibus: tales existima hos juvenes: signate *vertice*, quæ est pars hominis, ubi et comæ; nam et arbores dicuntur comatæ.

683. Advolant statim Rutuli, ut vident portas patentes, voluntque irrumpere: horum principes fuerunt, Quercens, Equicolus, Tmarus, Hæmon: omnes ferme honestis attributis ornantur, vel ab armorum pulchritudine, vel ab præcipitantia animi, vel a virtute. Hæmon est *Mavortius*, ut qui bellicosus. Sed hi qui primi advolarunt, aut repulsi sunt turpi fuga, verteruntque terga cum primis agminibus, aut occisi sunt obstinatis animis in ipso portæ limine. In hac explicatione varie nugatur Servius.

688. Crescunt iræ in conflictu; quippe discordes et diversi animi. Trojani excitati exemplo Pandari et Bitiæ, confertim omnes, et collecto agmine sese ad portam urbis agglomerant; eoque audacia procedit, ut procurrant longius extra urbem, hostemque provocent, et manum conferant.

691. Furebat Turnus in diversa parte exercitus; turbabat omnia; audit tum hostem cæde grassari in suos, et patere portas; ac se statim expedit; incœpta deserit; eo advolat, immo *ruit* cum ingenti ira invasurus Pandarum et Bitiam.

680. *Padi.* Venetiæ fluvius, qui Ge. I, « fluviorum rex Eridanus » Græco nomine dicitur. — *Athesim amœnum.* Celebrata fluminis hujus amœnitas. Cassiod. ep. III, 48: « Hunc Athesis interfluit sonorus, amœni gurgitis puritate prætérfluit, causam præstans muniminis et decoris. » Claudian. in Epith. Hon. fluvios numerans aptos voluptatibus, principe loco Athesin adhibet; immo cum aliis alia assignet, ut Mincio susurros apium, Pado electra, Tago aurum, huic uni dat choreas, versu illo, « Athesis strepat choreis. » De hoc loco legenda sunt var. lect. vol. IV, pag. 70.

692. *Nuntius;* et qui nuntiat dicitur, et qui nuntiatur; sed modo hic qui nuntiatur. *Serv.*

695. *Dardaniam ruit ad portam. Ruit,* inquit, non venit, ut osten-

696. Habuit in via obvium Antiphaten, qui ex muro jam longius procurrerat, eratque filius Sarpedonis, sed nothus a matre Thebana: hunc statim sternit. Invitatus poeta viri hujus splendore, (erat quippe nepos Jovis; nam Sarpedon Jovis erat filius;) describit modum ictus: jaculum per pectus abiit ad stomachum, atque inde ad pulmonem, quo fixo ferrum intepuit: et quia ita cavum vulnus, *specus* dicitur; et sanguis inde profluens, *unda spumans*, ducto sermone a fontibus, e quorum abditis specubus unda emanat. Vide notas vol. IV, pag. 71.

702. Antiphaten eminus interfecerat; nam *conjecto jaculo;* hos tres cominus, ideo *manu;* itaque illum jaculo; hos gladio.

703. Ardebant oculi Bitiæ; fremebant animi; sed hunc ita ardentem, ita frementem, tamen sternit; nam hoc verbum repetendum: sed quo telo? non jaculo, ut Antiphaten: nam quomodo immanis et vastus Bitias jaculo dedisset vitam, et occumberet? imbellia hæc arma, et φροῦδα contra illum: majus accessit telum, videlicet phalarica: hanc torsit Turnus, quæ stridens diriter in Bitiam venit, instar fulminis: erat giganti clypeus ex duplici tauri tergore; erat lorica ex duplici aurea squamma, eaque fidelissima: sed ista omnia nihil phalaricam retardarunt; itaque collabuntur et ruunt gigantea illa membra: ad hanc ruinam tellus ingemuit, et ex sonante clypeo editum est tanquam tonitruum. Expende hic aliqua: quia phalarica instar *fulminis*, ideo postea de cadente gigante *to-*

deret ejus fervorem, qui suorum necem veniebat ulturus, et qui nolebat patentis portæ occasionem perdere, ne iterum clauderetur. *D.*

697. *Nothum Sarpedonis alti.* Præclare, et signate: est enim discrimen inter *nothum* et *spurium*: prior, qui natus ex claro et noto patre, matre obscura et ignobili: posterior, qui matre nota, ignoto patre. Ergo, quia non *spurius*, sed *nothus*, ideo « Sarpedonis alti »: verum discrimen hoc auctoribus non est perpetuum. De vocis etymo vide lexicon Sim. Schard. *C.*

705. *Phalarica venit.* De hoc telo legitur, quia est ingens, torno factum, habens ferrum cubitale, supra quod veluti quædam sphæra, cujus pondus etiam plumbo augetur: dicitur etiam ignem habere adfixum stuppa circumdatum, et pice oblitum: incensumque aut vulnere hostem, aut igne consumit. Hoc autem telo pugnatur de turribus, quas *phalas* dici manifestum est: unde et in circo *Falæ* dicuntur divisiones inter euripum et metas, quod ibi constructis ad tempus turribus, his telis pugna edi solebat. Juvenalis, « Consulit ante phalas, delphinorumque columnas. » Hinc *phalarica hasta*: sicut alia muralis. *Serv.*

nitruum, cognato sermone. Dixit *ruunt*, quia vastissimi hominis occasus debuit vocari ædificii ruina; ideo statim, *tellus gemit*: et quia gigas, instar ædificii aut turris, percutitur phalarica, quæ torqueri solita in turres. Inde postea (nota mirum nexum) comparatur cum pila ædificiorum: adhuc considera vigilantem hunc Argum, et vere centoculum, Virgilium, inquam. Homo *ardens oculis* percutitur *ardenti fulmine*, et *fremens animis* phalarica *stridente*: itaque fulmen contra ignem; stridor contra fremitum: sed et quia phalarica *fulmen*, ideo *contorta* verbo Jovis.

710. Vidisti pilas in litore Baiarum, quæ magnis molibus constructæ sunt contra vim maris; finge unam earum in undas cadere; quam ruinam illa trahet? uti recumbet, illideturque aquis ingenti sonitu? videbis misceri maria, et arenas in altum tolli: quin audies ad hanc ruinam insulam Prochytam tremere, et Inarimem, quæ Typhœo imposita: talem puta Bitiæ casum; τὸ *durum cubile*, præstantissime dictum. De Prochyta et Inarime, consule Excursum secundum, vol. IV, p. 89.

717. In hoc fervore belli, placitum Marti sese pro Latinis ostentare: itaque his favit, et Trojanis timorem intulit: ergo

707. *Duplici squama et auro.* Id est, duplicibus squamis aureis. *Squamæ* autem sunt loricarum catenæ in modum squamæ compositæ: sane *squamæ* et splendorem significant, si a piscibus veniat; et sordes, si ab squalore: sed in Virgilio splendorem ubique significant. *Serv.* — Quum ait, *duplicem*, intelligit bilicem loricam, id est, cui duplex ordo squamnarum loco liciorum: et ideo *fidelis*, quia major virtus in duplici ordine.

709. *Et clypeum super intonat ingens.* Dubitare videtur Servius an *clypeum ingens* dicendum sit genere neutro, ut cum Homerica sententia congruat, ἀράϐησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ: quod alibi Virgilius expressit, « Sonitum super arma dedere. » Sed enim Livius libro quarto de bello Macedonico, « Clypea argentea decem » ait: quod tamen de imaginibus intelligi eo loco nonnulli volunt. Asserit ad hæc Nonius Marcellus, *clypeum* utroque genere pro *scuto* Virgilium posuisse, ut eo loco, « Ardentes clypeos » : et hic « clypeum super intonat ingens. » Vide notas vol. IV, pag. 72, de his et comparatione sequenti.

718 *Stimulos acres.* Sæviendi scilicet: nam sunt et timoris et libidinis stimuli. Notanda quoque prooeconomia, quæ id agit, ut verisimile sit Turnum victorem evasisse de castris. *Serv.* — *Atrum timorem.* Per metalepsin; id est, turpem, odiosum: ex eo, quod *atra* quæ sunt, inauspicata et funesta et injucunda erant. — *Immisit fugam.* Hom. φόϐον ἔμϐαλε. Hæc imitatus est vere poetico spiritu ÆSCHYLUS noster DUCIS, quum Œdipum suum ingrato filio dira

conveniunt undique, scilicet Latini; quia vident et dari copiam pugnandi cominus, et bellatorem Deum animis infusum.

722. Videt Pandarus prostratum fratrem, et quam difficili loco sita sit res Trojana: itaque, ut malo etiamsi sero medeatur, portam occludit; quod dum facit, multis suorum exitium attulit, quos exclusos mœnibus reliquit in certamine. Hic tu expende descriptionem hominis convertentis, torquentis, obnitentis ad claudendam portam: adhuc video sudare illum!

727. Alios Trojanos recepit, interque illos Turnum, qui non visus a Pandaro in urbem irrupit; non aliter ac si tigris sese ovibus immisceret, immanis quidem inertissimis: itaque illud, *ast alios secum includit*, capio de Trojanis; nam vere Turnus solus receptus ex hostibus: id postea planum fit ex oratione Mnesthei; ubi, *Unus homo*, etc. Notandum est qua arte suspendatur versus τῷ *irrumpentem*: o poetam vere pictorem!

731. Irruperat Turnus non agnitus; sed, clausis jam portis, conspicuus fuit omnibus; videlicet ab armis, quæ horrendum in modum sonuere: ab cristis, quæ sanguineæ, et trementes in vertice: ab clypeo, qui fulgentissimus; adeo ut videretur emicare instar fulguris!

734 His notis ille agnoscitur; et insuper membrorum immanitas, qua ille præditus, rem aperuit: itaque Trojani turbantur viso intra urbem immani hoste. Sed Pandarus ratus ad se pertinere hostem illum in ultionem fratris Bitiæ, sese cæpit inter reliquos ostentare: quin in petulantiam oris prolapsus, ad Turnum prior adhibet, quæ ad Turnum Pandarus, ne putaret, eam esse Regiam, quam ei Amata in dotem assig-

sic imprecantem induxit, act. V; sc. II:

Vers Thèbes sur tes pas ton camp se précipite:
J'attache à tes drapeaux l'épouvante et la fuite!

730. *Tigrim*. Cum hac fera comparari soliti viri fortes; et ideo Herculem cum illa confert Valer. Arg. lib. III, et *Martiam* vocat, quia bellicosa. Apollon lib. II, Excis. Hieros. « Indica tigris, Occiso pastore, pecus laceratque, trahitque. » *Cerda*.

731. *Continuo nova lux*. Tanta fuit inter cæteros dissimilitudo Turni, ut illum forma corporis et armorum qualitate quivis posset agnoscere. *Don*. — *Tremunt in vertice cristæ*. Comparant hæc Grammatici cum Homericis Il. XVIII, atque etiam vellicant. Sed Scal. V, 3, docet hujus loci minimam laudem superare Homeri maximam; quem ibi videas, ut et Pontanum in Antonio: ubi Virgilii judicium acerrime defendit. Ita Æn. X, 270: « Ardet apex capiti, cristisque a vertice flamma Funditur », etc. *T*.

737. *Dotalis regia Amatæ*. Aut

narat; neque Ardeam patris Dauni; sed castra hostium, unde nequeat exire.

740. Subrisit Turnus contempto hoste; et quum Pandarus fervide esset locutus; ipse perquam sedate ad certamen invitat; et mortem minatur; ac sese comparat cum Achille, quem denuo in Latio esse vult, ad mortuum Priamum renuntiari: atque hoc ipso Pandarum moriturum indicat, ut qui iturus nuntius ad mortuum.

743. Post verba, ventum ad manus: prior Pandarus adnitens magnis viribus, intorsit hastam; quam describit tum a ruditate, et nodis, quibus informis et impolita: tum a cruditate corticis; nam adhuc viridis, neque tosta igne, ut solebant curari hastæ: etenim hoc telum par deformitati gigantis.

745. Frustraneus est ictus, et auræ tantum vulnerantur; nam Juno suo adfuit Turno; ea telum detorsit, fecitque ut portæ affigeretur.

747. Turnus statim ad Pandarum: « longe aliud meum telum

tibi data per dotem, aut quia sperabatur: et bene *Amatæ*, quæ illum sola generum esse cupiebat, contra mariti judicium: ergo eum mulieri probatum, non viro, dicit. Notandum sane, quia id agit, ut ostendat, non se per imprudentiam Turnum inclusisse, sed illum per temeritatem sibi minime profutura castra penetrasse. *Serv.*

740. *Olli subridens.* Magnam confidentiam virtutis ostendit. — *Priamo narrabis Achillem.* Propter illud Sibyllæ, « Alius Latio jam partus Achilles. » Hoc autem sic dictum est ut illud Æneidos lib. II, 549; « Degeneremque Neoptolemum narrare memento. » *Serv.*

745. *Excepere auræ vulnus.* Quicquid irritum est, et frustraneum, *abire in auras* dicebatur proverbiali schemate. Vide Æn. V, ad illud, « verberat ictibus auras. » Præclare admodum, quia ad Musam Virg. Valerius Arg. lib. III, « raptumque per auras vulnus »: et Nonn. lib. XI, in re simili, ἠέρα βάλλων. — *Vulnus Saturnia Juno Detorsit veniens. Vulnus veniens*, id est, ictum, quo vulnerari debuit. Plerique, sed non idonei commentatores, dicunt hoc loco occisum Turnum: sed caussa œconomiæ gloriam a poeta Æneæ esse servatam: quod falsum est: nam si veritatem historiæ requiras, primo prælio interemptus Latinus est in arce, postea simul Turnus et Æneas, postea Mezentius ab Ascanio. *S.* — *Saturnia Juno Detorsit.* Hoc figmento poetæ plenissimi. Apud Hom. Minerva Il. XX et XXII, detorquet telum, ne Achilles feriatur. Apud Nonnum lib. XXII, Venus, et eadem apud Calab. lib. XI. Primus effert verbo ἔτραπε; alter ἀπεκόντιζε; tertius ἀπέτραπε.

747. *Telum.* Miratur Servius *telum* pro *gladio* positum: sed enim et apud oratores invenitur. In Rhet. ad Heren. libro primo, « Ajax in silva postquam rescivit quæ fecis-

a tuo erit; quippe quod versat tractatque mea dextera majore vi et virtute: neque vero tu auctor eris hujus aut teli, aut vulneris; quasi dicat: longissime tu, atque ego distamus: non tu *is auctor*, id est, non tu par auctor, καὶ ἴσος. »

749. Vix hæc dixerat, quum gladium in altum sustulit; et ipse ad ictum consurrexit; eaque vi rem gessit, ut medium caput per frontem discinderet, dividens in partes duas.

752. Sequitur sonitus et concussio terræ ad cadentem gigantem: dilatat hanc ruinam a collapsis artubus, ab stratis armis, hisque cruentatis cerebri sanguine: demum exhibet deformis lethi modum; nam divisum caput pependit parte æqua, hinc atque inde, in utrumque humerum.

756. Ad spectaculum cadentis Pandari, qui aliorum princeps, fugiunt Trojani territi: in fuga Trojanorum potuisset facile Turnus portas reserare, quas Pandarus occluserat; ac tum in urbem immittere reliquos, qui extra erant; id si fecisset, actum de Trojanis eo bello esset; sed uti victoria nescivit, et potius tum duxit, fugientem hostem insequi, furore ardens.

762. Sequitur sævientis Turni et devastantis omnia descriptio: ubi mille cædes; vulnera immania; furor ultra modum. Numerat poeta Phalarin, Gygen, Halyn, Phegea: in nonnullis modum mortis: et potuit quidem unus contra tot viros, Junone virtutem inspirante. In verbo *excipit*, nota πάθος: nam quæ hæc *exceptio*, quæ tota ad mortem? *Raptas hastas* explica, quas hostes trepidi abjiciebant in fuga, ut fit: nam, neque Donatus, neque Servius placent: ait Phegeum *confixum parma*, quia Turnus hasta transfixit, et veluti consuit Phegeum, et parmam ejus, utrumque penetrans: itaque, non Phegeus confixus parma, quod ineptum esset; sed Phegeus et parma simul confixi et insuti Turni hasta.

set per insaniam, gladio incubuit. Ulysses intervenit, occisum conspicatur, corpore telum cruentum educit. » — *Versat;* librat, jactat. Ennius: *versat* mucronem.

749. *Sublatum alte consurgit in ensem.* Genus feriendi Gallicanum. Sallustius, « Regressi ad faciliores ictus loco cedebant. » *Serv.* — Militaris feriendi modus sublato ense, cujus alibi poeta meminit; nam de eodem Turno, « Alte sublatum consurgit Turnus in ensem. » Et de Ænea, « Jamque assurgentis dextræ, plagamque ferentis. »

759. *Bello gentique fuisset.* Quia illic Ascanius extinguebatur. — *Cædisque insana cupido.* Œconomia est, quæ excusat Turnum, cur non, a porta fugatis Trojanis, penitus deleta sint castra. *Serv.*

764. *Juno vires animumque ministrat.* Œconomia, ut quod dicit possit esse verisimile. *S.* — Hom.

766. Ecce novus Turni furor : nescierant qui in muro erant, hostem esse intra mœnia : advolat illuc subito Turnus, et cædem edit, multosque interficit. Movet in excursu poeta varia et plena dolorum πάθη : jam a multis, qui simul interfecti, quod spectaculum dirum est : jam a modo mortis, ut in Lynceo, cui caput una cum galea amputatum : jam a peritia artium, ut in Amyco : est enim miserabile peritissimos in quavis re artifices perire : sed præcipuum πάθος positum in morte Cretei, cui Musæ charæ, et qui ipse Musis charus : cui semper citharæ in animo, numeri, nervi, equi, arma, pugnæ : erat enim felix in harum rerum cantu.

778. Præclarum πρέπον, et notatum jam Servio, ne præsentibus ducibus tot strages fecisse videatur Turnus : ideo itaque abesse finguntur, sed conveniunt cæde audita; vident tum suos pallidos, et fugientes : tum hostem exsultantem, et receptum intra mœnia.

781. Sequitur oratio Mnesthei continentis suos a fuga; hortantis ad bellum : ut contineat, necessitatem objicit; ut hortetur, pudorem : ergo, non potestis fugere, etiamsi velitis : nam qui vobis præterea muri? quæ mœnia alia ad receptum?

de Pallade : μένος θυμὸν ἐγείρει. Id. ἧκε μένος καὶ θάρσος.

767. *Alcandrumque Haliumque Noemonaque Prytanimque*. Homeri est versus, tantum conjunctione mutata : Ἄλκανδρόν θ' Ἅλιόν τε Νοήμονά τε Πρύτανίν τε : Unde apparet non ad historiam, sed ad ornatum poematis hæc nomina pertinere. *S.*

768 *Tendentem contra*. In se facientem impetum. — *Dexter*. An, quod ab parte dextera hostem occupaverit Turnus? An *dexter* hic est, industria quadam dexteritate in pugnando acer? Pindarus enim Olymp. od. IX, Epharmostum eum laudat εὔχειρα appellat, καὶ δεξιόγυιον, id est, *promptum manu, et membrorum dexteritate præstantem*. An demum, ideo *dexter* Turnus, quod felix illius successus? Felicia enim dici *dextra*, sciunt omnes, ut *sinistra* infelicia. *Cerda.*

771. *Cum galea longe jacuit caput*. Ad exprimendam celeritatem præterito usus est tempore : potuisse autem caput cum galea longe jaci, præmissa loci altitudo significat. *Serv.*

773. *Ferrumque armare veneno*. Speciose dictum *armabat ferrum*, quo nos armari consuevimus : ut ex venenato ferro vehementius et perniciosius vulnus sit. *S.* — Notat Quintil. VIII, 6, p. 473, duplicatam esse tralationem : « armare ferrum »; et, « armare veneno. »

777. *Semper equos*. Laus hominis quod tantum Musicam non ad turpes actus, sed ad res egregias, adhiberet. *Donat.*

781. *Quo deinde fugam*. Aut vacat *deinde*, ut sæpe *tandem*, *gentium*, *locorum* : aut intelligimus mente eum tractasse, quod de campis milites solent ad castra confugere :

En primum. Pudeat tot viros vinci ab uno homine, et septo vestris mœnibus : edet ille impune tot strages? interficiet tot juvenes? in fine adjungit misericordiam, et pudorem : misereat vos patriæ, et Deorum : pudeat esse segnes, quum sitis socii Æneæ : en alterum. Nota lucem attributorum : patria *infelix; Dii veteres; Æneas magnus :* omnia proprie : excitatur itaque commode misericordia ex infelicitate patriæ et Deorum : pudor ex magnitudine ducis, cui non præ segnitia respondent.

788. Ad orationem Mnesthei Trojani accenduntur; firmantur; consistunt; formant agmen, illudque densum : jam tum Turnus remissius agere; paulatim cedere; et accedere, ad partem illam, quæ amni vicinior, ut inde salutem petat.

791. Trojani cedenti Turno acrius instare; clamosius agere; sese in unum conjungere; deprehenderant enim timorem illius : ut vero et cedentem hunc, et illos instantes vivide repræsentet, adducit pulcherrimam leonis comparationem, quem venatores multi infensissime telis premunt; ille territus recedit, ita tamen, ut neque terga dare præ ira et virtute queat, neque ulterius tendere præ virorum et telorum multitudine : ita Turnus dubius quid faceret, referebat vestigia, sed lente et paulatim (nam hæc sunt vestigia *improperata*) ut qui invite cederet, et nollet inde avelli; sed aliter non posset.

et sic dixisse, *Quo deinde?* scilicet de castris : quo fugietis ulterius? Sic Terentius, « quid igitur faciam? » et hoc est melius. Unde et sequitur, « quos alios muros? » Est ea autem amara accusatio. *S.* -- *Quos alios muros.* Hanc Mnesthei increpationem ex Iliad XV, sumptam notat Macrob. V, 9. Sed Scaliger ait tantum hic poetam sono et ardore præ illo præstitisse, ut non videatur inde quicquam desumpsisse : V, 3.

785. *Juvenum primos tot miserit Orco.* Quis nescit illud Hom. Iliad. Α, Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν Ἡρώων. — *Infelicis patriæ.* Trojæ, in qua nunc sunt. — *Veterumque deorum.* Penates significat, quos semper coluere Trojani. *S.*

788. *Talibus accensi.* Ecce quantum commoda hortamina valuerunt : metuentes dudum, in plenam constantiam repente mutati sunt; et agmine denso, recuperatà mentis fiducia, consistunt. *Donat.*

792. *Ceu sævum turba leonem.* Hæc comp. ex Hom. Iliad. XVII, sumpta est : sed poeta noster (Scalig. V, 3, auctore) nudis illis Homericis adjecit amictum incomparabilem; « Asper, acerba tuens » : et quum miscet virtutem cum periculo; et timorem cum aviditate.

794. *Asper, acerba tuens.* Illustrat Macrob. Saturn. VI, 1, ab Lucretio, qui lib. V : « Asper, acerba tuens, immani corpore serpens. » Ursinus ab Aristoph. qui βλέπει γε τὸ μανικὸν, καὶ τραγῳδικόν : *cerni furiosum, et tragicum.* Stat. Theb. XI, « hostile tuens. » Alibi,

799. Quin ea fuit Turni virtus, ut bis agressum tentaret; ac medios hostes invaderet; illosque bis in fugam verteret: sed aderat statim nubes hostium, coibatque in unum. Juno etiam ab favendo destitit, accepta Jovis nuntia Iride, minantis magna et gravia, ni Turnus cederet mœnibus Teucrorum. Vide notas pag. 81, vol. IV.

806. Duo præstanda militi; nam et se defendit clypeo, qui in læva; et alios offendit armis, quæ in dextra: ergo, non jam potest Turnus resistere, neque defensione clypei, neque offensione armorum, quæ in dextra: nam *telis obruitur*, et *undique*: quin lapides, et missilia omnia ita crevere, ut galea streperet assiduis ictibus; arma, etiamsi ærea et solida, fatiscerent, id est, corrumperentur: jubæ discussæ sunt e capite; neque umbo par esse poterat tot ictibus: quippe Trojani omnes incumbebant acriter, et unus Mnestheus videbatur fulminare. Vide quot molimina necessaria ad Turni fugam, Turni, inquam, qui occidendus esset ab Ænea: non aliter hic vates concipit.

812. Necessaria jam fatigatio Turni ab tot hostibus et missilibus: sudat, non utcunque; sed *flumen*, et id *piceum*, nigrum;

« dirum tuens. » — *Et neque terga, etc.* Qui attente legat, quæ toto hoc cursu, et mox scripsit Maro, adeat quæ Oppian. scribit lib. IV, *Kvv.* facile intelliget, expressam a Virg. rationem in venando leone. Ibi ait, leonem capi νόμῳ πολέμοιο, *more belli*: nam viri cum scutis, telis, facibus, clamoribus, omnes simul strepunt, simul invadunt: leo præ virtute non terga ostentat, tantum retro redit (ἐπιστροφάδην), et quum velit ruere, tamen nequit præ multitudine telorum. Tritum est, leones non fugere contento cursu, quamdiu cernuntur, et hoc attingit poeta. Lege Aristot. Hist. Animal. IX, 44, ubi de leone, cum premitur a venatoribus, βάδην ὑποχωρεῖ, καὶ κατὰ σκέλος, καὶ κατὰ βραχὺ ἐπιστρεφόμενος: quia videlicet sensim se subducit, crebro subsistens, atque respectans. *Cerda*.

802. *Nec contra vires audet Saturnia Juno.* Atqui favente numine debuit etiam contra multitudinem posse: sed hoc Jupiter vetuit. *S.* — *Cælo nam Juppiter Irim.* Initio libri respondet exitus ex nuntio Iridis: sed nota illam ab Jove mitti; non itaque tantum Iris Junonis est nuntia; sed Jovis apud Hom. Iliad. VIII; et Deorum omnium, Iliad. XV; et ipsius Achillis, Iliad. XXIII.

804. *Demisit germanæ haud, etc.* In codicibus aliquot antiquis legere est, « misit germanæ haud », absque ulla Synalœpha, quod nequaquam placet. *Pier.* — *Haud mollia jussa ferentem.* Melius quam Homerus hunc locum exsequutus est: salvo enim sensu vitavit et fabulosa et vilia; nam ille ipsas minas exsequitur. *Serv.* — Minas Jovis artificiose subticuit, quas Hom. haud sane magno cum judicio commemorare notatus est Interpretibus. Vide Scalig. V, 3. *T.*

intercluditur anhelitus fessis artubus, atque adempta potestate respirandi.

815. Magnus semper Virgilius, et hic maximus: excogita qui potuerit Turni virtutem supra mortalem pæne facere, et videbis nihil dici grandius posse. Fessus erat pugnando ac ferme sine anhelitu, fatigatusque a tot millibus hostium: et tamen vires sufficiunt ad enormem e muris saltum, et in fluvium, et cum armis: pugnavit itaque cum aquis natando, non obrutus armorum pondere. Desinit Virgilius perquam poetice, repræsentata Tyberis festivitate in excipiendo Turno, amplectendo, attollendo, abluendo, remittendo.

816. *Ille suo cum gurgite flavo.* Hysterologia est, quum ille eum excepit: non enim procedit *cum suo gurgite*, quasi posset fieri ut eum Tyberis sine suis fluentis exciperet. Sane quærunt multi quum Tyberis Æneæ faveat, cur liberaverit Turnum: sed solvitur ista oratione; ob hoc Turnum esse liberatum, ut major Æneæ gloria servaretur. Alii tradunt de Tybri qui Æneæ favet, nunc Turnum in Junonis gratiam esse servatum. *S.*

817. *Accepit venientem.* In antiquis plerisque codicibus *fugientem* repositum ab iis, qui fugæ dedecus noluerint Turno illatum. Sed enim *fuga* et *fugere*, non semper in opprobrium, sed pro celeri cursu sæpe ponitur. Sumpta vero hæc figura ex historia Coclitis, qui, rescisso a tergo ponte Sublicio, cum armis se in fluvium dedit, incolumisque ad suos enatavit. *Pier.*

818. *Abluta cæde.* Veteres illi cæde contaminati aqua se abluere et purificare solebant: et Romanis, post victorias, exercitum ad expiandam cædem lustrare, solemne erat: ut notat Turneb. XXII, 7. Ingeniose igitur, atque adeo facete, quod necessitatis erat, religioni tribuit poeta. Vide et Æn II, 719, « donec me flumine vivo Abluero. »

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS

LIBER DECIMUS.

(Vide Argumentum generale, vol. IV, p. 91.)

ANALYSIS.

Vocat Jupiter Deos ad consessum; queritur de immaturo bello Italiæ, quod reservandum esset ad ævum Annibalis; desinit cum hortatione ad pacem; 1—17. Veneris in Junonem oratio, qua explicat, quo tumore sit Turnus in Trojanos; in quas hi calamitates conjecti, quæ augentur absentia ducis Æneæ, et novo Diomedis conatu, quem jure timebant; quo loci, egregium movet πάθος a persona sua: ait postea Trojanos dignos esse patrocinio Jovis, quo auctore in Italiam venerint; 18—35. Explicat Venus, quæ infanda Juno in Trojanos olim molita, et denuo moliatur: reliqua dari permittit pessum, dum Ascanius servetur: conatur Jovem pervincere a fatorum decreto, quo salus Italiæ posita in Trojanis contra Annibalem; a laboribus exhaustis hactenus, qui irriti sunt, nisi Trojani Italia potiantur: desinit ingenti affectu charitatis erga patriam; 36—62. Respondet Juno Veneri; in qua oratione diluit, quæ potest; quæ non potest, dissimulat; objicit atrociora, et sæpe mentitur: affectus contrarii sunt; nam Venus supplicabunda, et cum lacrymis; Juno indignabunda, et cum furore; 63—95. Studia varia Deorum, a quibus omnibus dissidet unus Jupiter, cujus describitur oratio, nulli se partium dantis, et omnia fatis adscribentis, unde pendent. Firmat omnia nutu capitis, et solemni Deorum juramento; surgit a concilio, et incedit Deorum medius; 96—117. Redit poeta ad intermissam belli operam; Rutuli enim obsidione Trojanos premebant, absente Ænea: recenset principes Trojanorum, qui in ea obsidione illustres; desinit in Ascanium, cujus pulchritudinem commendat et comparat; 118—138. Numerat tres alios Trojanos, quorum opera claruit, in defendendis muris; 139—145. Adventus Æneæ ad castra cum commemoratione rerum gestarum cum Tarchonte; describitur Æneæ navis; 146—162. Fit nova invocatio, ad catalogum ducum, qui ex Etruria in Italiam advenere:

habet hic tractus duces quatuor, Massicum, Abantem, Asylam, Asturem; quos variis rebus discriminat; 163—184. Transit ad Cuparonem Cycni filium, atque ex occasione narrat fabulam patris, gratia levandi tædii; 185—197. Venit ad id bellum Ocnus, Mantuæ conditor, atque Auletes: varie omnia discriminantur, 198—214. Describit spatium post noctem mediam; Æneæ ducis curam; Nympharum comitatus, quæ versæ e navibus; et meminit inprimis Cymodoceæ; 215—227. Sermo Nymphæ ad Æneam, quo docet commutationem navium in Deas; Ascanii obsessi periculum: hortatur ad bellum; feliciter auspicatur; 228—245. Discedit Nympha, impulsa nave; Æneas stupet; tollit animos; convertit se ad Cybelem, ut ea princeps sit belli; dies oritur; 246—257. Comparat Æneas suos ad bellum, attollensque in altum clypeum, implet illos spe: Itali stupent ad indicia inusitatæ lætitiæ, et causam esse intelligunt classem appellentem ad portum: describitur fulgor armorum Æneæ; 258—275. In aliorum terrore, sibi Turnus constat; suos ad bellum excitat; deliberatque quos opponet, tum veteri, tum recenti hosti; 276—286. Æneas exponit suos. Tarchontis oratio; successus; laceratio navis; 287—309. Æneas Theronem occidit; Lycam; Cisseum; Gyam; Pharum. Discriminantur hæ mortes variis casibus, ad lectoris satietatem vitandam; 310—323. Cydonis successus; Phorci filiorum virtus in Æneam; hujus divinum patrocinium; oratio ad Achatem; ictus varii, quibus conficit Mæonem, dextram amputat Alcanori. Numitoris virtus; 324—344. Pugnat Clausus strenue in Trojanos, et septem viros interficit: pugnant in eosdem Halesus, et Messapus: illustratur conflictus comparatione ventorum; 345—361. Pallas suos Arcadas a fuga continet insuetos pedestri prælio; 362—378. Pallantis præclara facinora: conficit Lagum; Hisbonem; Helenum; Anchemolum; Laridas duos, videlicet Dauciam, et Thymbrem; variis omnes casibus; 379—396. Virtus Arcadum ad exemplum ducis; mors Rhœtei; 397—404. Comparatio ad virtutem Arcadum explicandam. Halesi facinora; fata; mors; 405—425. Lausi gesta, Abantis mors; cædes aliorum promiscua; Pallantis strenuitas in Lausum, et contra: excitatur de utroque commiseratio; 426—438. Turni soror Juturna fratrem admonet de periculo, in quo Lausus: ille cum minis advolat, deberi sibi Pallantem clamitans: decedunt omnes; miratur, et stupet Pallas, et gaudet de gloriosa aut victoria, aut morte; 439—452. Vult Turnus pedes pugnare; comparatur cum leone advolante ad prædam. Pallas Herculem precatur ad felicem successum; dolet Hercules se non posse adesse; consolatur hunc Juppiter; 453—473. Turni et Pallantis certamen, hujus mors; 474—489. Turnus Pallantem pede premit; dat humandum; rapit in spolium ejus balteum; hic describitur: excitat poeta affectum a præsenti Turni gloria, a futura ejus calamitate. Pallas in scuto effertur mortuus; 490—509. Accipit Æneas suorum cladem; furit in acie; quærit Turnum; capit vivos juvenes octo, quos immolet umbris amici; 510—520. Magi metus, astus, preces ad Æneam; hujus responsum; illius mors; 521—536. Æmonidæ sacerdotis mors; Cæculi, et Umbronis virtus; postremi etiam exitium;

537—549. Tarquiti mors; aliorum clades; Æneæ virtus, eaque comparatione illustrata: equorum Niphæi fuga; 550—574. Lucagi et Ligeris fratrum audacia; postremi vesania in lingua, mox preces; utriusque exitium; Æneæ insultatio, et victoria; 575—605. Jovis sermo ad Junonem; hujus querelæ ad Jovem; deinde preces pro Turno: annuit Jupiter partem: in exitu sunt Junonis lacrymæ; novæ preces; divinatio; 606—632. Junonis dolus ad eripiendum Turnum ab armis Æneæ, facta inani forma, quæ referret Æneam ipsum, quæque primo Turnum lacesseret, deinde fugeret: quam Turnus et telo sequitur, et voce increpat; 633—652. Simulacri fuga; Turni oratio; ardor; desperatio; 653—679. Æstuat Turnus fluctuabundus, utrum se interficiat, an ad bellum redeat? utrumque tentat, sed Juno tunc illum continet: venit tandem ad patris Dauni urbem; 680—688. Mezentius pugnæ succedit; petitur ab omnibus; ejus virtus per comparationem illustratur; narrantur illius gesta; 689—706. Comparatur Mezentii ferocitas cum apro; 707—718. Acronis mors; et Mezentii virtus comparata cum leone; 719—731. Orodis clades et vaticinium, quo fata canit Mezentio; hic subridet et necat: sequuntur dein cædes promiscuæ; 732—754. Sævit utriusque exercitus strages, quam Dii spectant et miserantur; Tisiphone iras acuit. Comparatur dupliciter Mezentius; 755—768. Occurrit Æneas Mezentio; hic primus hastam jacit; excutitur a divino clypeo, et casu in Anthorem perlata illum sternit: Æneas deinde jaculatur majore felicitate; 769—788. Lausi pietas, virtus, encomium: Rutulorum ardor contra Æneam, et pro Lauso: Æneæ virtus comparatione illustratur; 789—810. Increpat Æneas Lausum, qui volens ad mortem ibat; hic ferocius exsultat, atque interficitur; laudatur ab Ænea et donatur sepultura; 811—832. Affertur filius ad patrem mortuus; 833—845. Querelæ patris conjicientis in se culpam de morte filii; tum etiam virtus, quum æger et saucius in hostem pergat; ejusdem ad equum sermo; 846—866. Armatur Mezentius; quærit, et vocat ad certamen Ænean: hic gaudet, et statim illi occurrit obvius; plures in illum hastas jacit Mezentius. Apparet in hoc congressu Mezentii peritia, Æneæ et peritia et prudentia; 867—887. Ferit Æneas Mezentii equum; hic se attollit, effundit equitem; advolat Æneas districto ense; ille non orat vitam sibi, sed sepulturam dari, et ensi præbet jugulum; 888—908.

EXPLICATIO.

1. Poeta incipit suo more; nam in summa claritate majestas summa: voces, numeri, sententia, digna omnia Jove, cæliti-

NOTÆ.

1. *Omnipotentis Olympi.* Turnebus, XXIX, 24, epitheton *omnipotentem*, alio sensu, quam vulgus, explicat, omnia complectentem, omnibusque potentem: ut *potens* hic sit a potior: et *omnipo-*

ab quibus titulis nemo, nisi tu implorandus: debes ut pater mihi prospicere, ut potens hostes meos proturbare.

20. Duo dixerat Venus, *pater* es, *potestas es:* nunc igitur tanquam ad patrem loquitur, denarrans miserias, in quas conjecti Trojani: dictura postea, quæ ad potestatem pertinent: ergo Rutuli insultant; Turnus tuto equis fertur, immo ruit tumidus, quia illi Mars secundus: Trojani contra non mœnibus teguntur, etiam clausis; nam prælium est intra ipsas portas, inque ipsis murorum aggeribus, adeo ut fossæ quoque inundent sanguine: harum cladium testis tu ipse Juppiter, qui cernis. Si quis velit hæc perfecte capere, adeat exitum superioris libri.

25. Accedit tot incommodis absentia Æneæ, qui unus his malis mederi potuisset. Quid igitur Trojanis miserius, qui clausi, et afflicti; qui sine duce et Principe; qui cum hostibus et feroci illorum duce? Vide deinde affectus sequentes, ut patrem moveat, quibus admista argumenta calamitatum. Primus a perpetua obsidione, qua Trojani pressi, in Asia et in Italia; ibi a Græcis, hic ab Rutulis: et quia nota sunt quæ gesta in Asia, explicat quæ geruntur in Italia. Ergo *muris iterum imminet hostis;* Turnum signat: *nascentis Trojæ,* invidiose; vix nata est, et jam periclitatur: *nec non excercitus alter,* id est, exercitus Diomedis, qui vetus hostis Trojani nominis. Sequitur alter a persona ejusdem Veneris affectus, qui potissimus;

19. *Namque aliud quid sit.* Ac si diceret; quum pæne omnes Dii in favorem Junonis concesserint: *namque* enim conjunctio ostendit, eam hanc habuisse cogitationem: est autem parenthesis. — *Implorare. Implorare* est auxilium cum miseratione deposcere: qua ratione bené dicimus, « Imploro te, ut auxilium misero feras »: contra, « Imploro te ad diem festum », non procedit. *Serv.*

24. *Aggeribus. Agger* proprie dicitur terra illa, quæ, vallo facto, propius ponitur: sed abusive et muros et munimenta omnia *aggerem* dicimus: sicut modo, *Aggeribus mœrorum*, pro munimentis. *Mœrorum* antique ait pro *murorum:* nam veteres pleraque eorum, quæ nos per *u* dicimus, per *œ* diphthongon pronuntiabant: hinc est *mœrorum*, pro *murorum:* et e contra *punio*, pro *pœnio*, quod verbum a *pœna* venit. Hinc est, « Punica regna vides »; quum *Pœnos* ubique legerimus: hoc autem facit Græca orthographia: nam quam nos *u* habemus, illi diphthongon habent *ου*: et ideo putarunt posse pro hac litera, diphthongon poni, licet aliam. *Serv.* — Vide varias lectiones, T. IV, p. 98.

25. *Æneas ignarus abest.* Ne merito videatur pati; neque enim potest videri fecisse bellum, qui factum esse ignorat, aut hoc ipso miserabilis, quia ignarus excessus. *S.*

nam præcedente mentione Diomedis revocat in memoriam vulnera, quæ sibi ab hoc duce inflicta in Trojano bello; et illa ait se timere, quod indignum, quum sit Jovis filia: quid enim indignius, quam Deam lædi mortali vulnere? armis mortalibus? *Demoror arma*, est, exspecto.

31. Æquissima est Venus hoc postulato: si te invito Italiam venere, luant hoc peccatum, neque te habeant propitium in hoc bello: sin te ducente, et secuti fata superorum, atque inferorum numinum, quis jam Deorum (notat Junonem) te potest flectere? quis, nisi tu, condere nova fata? an alius supra te? Aliqui legunt, *vertere*, commodius, ut dicat Venus; everti pateris tua decreta, et pessumdari uxoris tuæ causa; vere tu uxorius es, o Juppiter.

36. Hæc jam ad Jovem uti potentissimum, ut insultantem Junonem coerceat: narrat itaque labores, in quos conjecti Trojani Junonis improbitate, et iris pertinacibus. Principe loco commemorat ustionem navium, quæ facta in Sicilia, quam signat per Erycinum litus, ita dictum ab Eryce; habentur hæc quinto Æneidos libro: deinde tempestatem, qua Æolus Trojanos afflixit, in primo Æneidos: tertio bellum, quod in Ascanium exarsit, monente Iride, quod habetur nono Æneidos libro: neque enim admitto Servium referentem hoc ad lib. Æn. quintum, ubi missa Iris ad ustionem navium; nam recurreret poeta, quod vitiosum puto; vel debuisset jungere cum exustis classibus.

39. Hæc olim passi Trojani; nunc autem acerbius quiddam, et hactenus intentatum: quippe in VII Æn. libro, excitatur

31. *Sine pace tua*. Sine tua benevolentia, sine voluntate tua, sine tua concessione: ut solet dici, « pace illius dixerim. » Dicendo autem; Si ad Italiam sine Deorum voluntate venerunt, dent pœnam; ostendit, fatum esse absolutum. *S.*

33. *Responsa secuti*. Hoc est, si non solum prohibiti non sunt, sed eis etiam concessum est. *Serv.* — *Responsa*. Habentur hæc Æneid. secunda, tertia, quinta, ore Creusæ, Apollinis, Anchisæ: nam Creusa, « ad terram Hesperiam venies »; Apollo consultus in Delo, « Antiquam exquirite matrem »; Anchises ad filium, « Gens dura atque aspera cultu Debellanda tibi Latio est. » *Cerda.* — *Superi*. Id est, ut Apollo. — *Manesque*. Ut Creusa, vel Anchises, vel Hector. *Serv.*

40. *Sors rerum*. Id est, regnum: nam per sortem inter se fratres Jupiter, Neptunus, et Pluton mundi regna diviserunt: quæ Juno præter Inferos in Trojanorum perniciem moverat. *S.* — *Superis*. Nescio cur Servius explicet, *Diis*: quod frigide elicit ex illo lib. VII, « et cæli convexa per auras. » Veri hic

Alecto ab inferis bellum inflammatura, vagaturque per urbes Italum bacchabunda : neque enim contenta est Juno, nisi Manes etiam moverit.

42. Addit Venus id, quod est efficacissimum. Qui sunt in magno rerum discrimine, pro salute tunc pugnant, omissis aliis : ideo ergo Venus ait, non jam se imperio moveri, fortuna res agitante pro libidine, et qua ductrice ista speranda : tantum de salute nepotis curare. Sed vide, quam vivide rem gerat, et expende aliqua : ait, *genitor*, opponens præcedenti voci *conjux;* quasi dicat; si hoc conjux negat, at tu meus es *genitor*, quod strictius vinculum; obtineat aliquid a te *filia* contra voluntatem conjugis. Deinde obtestatur *fumantia eversæ Trojæ excidia*, ut Juppiter doleat calamitates perpetim continuari : adhuc fumat Troja, et jam vocamur ad mala alia; teneat te ergo tantorum malorum misericordia. Tertio nota illa, *Æneas jactetur*, etc.; contemnit enim salutem filii præ salute nepotis : nam ille adultus, et jam cum generis propagatione; hic adhuc puer, qui si bello periret, nulli deinde futuri Cæsares; nam isti ab Ascanio : ergo jactetur Æneas, ludat cum illo fortuna : sed vivat Ascanius; tegam illum; subducam pugnæ; nam ab illo Cæsares oriundi; quasi non tam de se Venus, quam de Cæsaribus sit anxia.

51. Adnectuntur ista superioribus, *si nulla est regio, Teucris quam det tua conjux;* quasi dicat : intercludat mihi loca alia non meæ ditionis; atqui Amathunta, Paphon, Cythera, Idalium non poterit. Lateat hic Ascanius etiam sine gloria armorum : quod si fiat, (est hoc, o Lector, eximium quiddam in laudem Romanorum) jubebis proinde, ut tuto Carthago Ita-

superi sunt homines, qui ita dicti cum relatione ad Inferos.

41. *Alecto.* Commoverat superos, ventos, fluctus, terras, homines. Restabant autem Inferi, sed et hos nuper movit. *Donat.* — *Bacchata per urbes.* Non vagata, sed *bacchata*, id est, perfurit : et bene *bacchata*, quia per simulationem sacrorum Liberi patris, matres egerat in furorem. *Serv.*

44. *Tua conjunx.* Oblique hactenus in eam locuta est : nunc doloris necessitate compellitur, ut eam nominet. *Donat.* — *Conjunx Dura.* Hic distinguendum, ne incipiant esse duo epitheta, « dura fumantia excidia. » *Dura* autem debere distingui ipse ex persona Junonis ostendit. « Quæ dura potentia nostra egit? » Et mire *conjunx*, quasi vitium mariti sit. *Nulla* autem *regio* invidiose dixit, ut supra, « Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis »; quum a sola arceantur Italia. *Serv.*

54. *Carthago premat Ausoniam.* Militare verbum, cui respondet

liam futuro ævo opprimat, non ibi Annibali resistentibus Romanis, qui a meo Ascanio genus ducent. Indicat certe a nemine alio opprimi posse Annibalem, quam a Romanis : ac proinde Carthaginienses futuros terrarum dominos, si Romani non sint, qui ab Iulo nascantur.

55. Recurrit ad præteritam fortunam, ut denuo urgeat mentem Jovis : frustra evitata pericula Trojani belli, et Græcorum ignium : frustra *exhausta*, id est, exantlata alia in terra, in mari, pro uno obtinendo Latio : hoc si negetur, quid a te tandem effectum est? nihil, ut video : satius ergo fuisset, perstitisse in Trojano cinere; et si tandem conjux mentem oppugnat tuam, nos iisdem locis restitue, unde excidimus, etiamsi denuo Trojani labores renoventur. »

62. Prima verba indicant, qualis futura oratio; nempe irarum plena; ideo *acta furore gravi;* ubi expendit Pont. *actam* dici, quia affectus et passiones abripiunt animum impotentem, et miseri vere aguntur.

63. Opposita in rebus omnibus oratio hæc orationi Veneris. Hæc Jovem captavit, o *Pater,* etc. Juno neminem captat; abrupte incipit, ut indignans; ideo *silentia rumpere,* et quasi cogatur, ut quæ non aliter ventura in certamen cum inferiore Dea; ac propterea *me,* ἐμφατικῶς, quasi dicat; Deorum Reginam et Principem tui : et consequenter *obductum dolorem vulgare :* noluissem iras meas erga te manifestare; obduxeram altissima cicatrice dolorem meum : tu me cogis.

65. Dixerat Venus, venisse Trojanos in Italiam secutos responsa, *quæ superi, Manesque dabant :* diluit Juno negando; nemo subegit Æneam sequi bella; dare se hostem Latino : et nota technam, et mendacium. Æneas quidem non se hostem

τύμῳ, quo sæpissime Homerus utitur, ut quum ait Iliad. VI, τείρουσι δυσώνυμοι υἷες Ἀχαιῶν. — *Quid pestem evadere belli Juvit.* In fine jam agit miserabiliter, sicut egit in principiis : nam hoc præcipit ars Rhetorica, ut epilogi et principia pari argumentatione tractentur. *Pestem* autem incendium significat : ut, « Et toto descendit corpore pestis », quum de navibus loqueretur incensis. *Serv.*

58. *Recidivaque Pergama.* Renascentia : tractus est autem hic sermo ab arboribus, quæ aliis sectis repullulant. — *Recidiva.* Redeuntia : et duco a verbo *cado;* non ab *cædo,* nam pugnaret mensura carminis : itaque *recidivum* est, quod iterum accidit : neque audio Grammaticos aliter explicantes. Nam necessario in Virgilio ita est vox ista accipienda, vel ex illo libri septimi : « Funestæque iterum recidiva in Pergama tædæ. » Alii legunt, non ita proprie, *rediviva.*

dederat Latino; immo amicum; sed ipsa Latinum conata est facere hostem Æneæ; quod quum non posset, fecit ut Turnus causam arriperet pro Latino contra Æneam.

67. Videtur aliquid concedere, et concedit nihil; immo negat: demus venisse illum in Italiam fatorum monitu. His visa est concedere; sed negat quum addit; immo non fatis; tantum *furiis* (ut elevet, ut vilipendat vaticinium) *Cassandræ impulsus;* et hic mentitur; nam in tertio Æneid. *aut quem tum vates Cassandra moveret?*

68. Commutat sententiam Veneris, quæ dixerat, *Æneas abest:* Juno, immo fugax est; culpa in eo hæret; ipse reliquit castra, et se ventis commisit, ut solent desperati, nulla habita suorum ratione.

70. Et in hoc mentitur Juno; non crediderat Æneas bellum puero, immo et bellum, et puerum ipsum Mnestheo, ac Seresto; nam de his; *Quos pater Æneas, si quando adversa vocarent, Rectores juvenum, et rerum dedit esse magistros.* Sed laudandus Virgilius, qui sub persona Junonis iniquæ Trojanis Augusto adsentatur, quum hic adolescens ex Senatus decreto, referente Cicerone, accepit summam belli, et exercitum contra Antonium. Non ego hoc primus vidi.

71. Quod nequit negari, effert verbo pessimo: ivit Æneas ad Evandrum, et Tyrrhenos: sed non quidem agitans illos, immo supplex, precabundus, implorabundus. Subaudi verbum in hunc modum, *fidem implorare; gentes agitare;* ita enim melius expedies.

72. Pessime se purgat Juno: nam tametsi excessum Æneæ e castris ipsa non suaserit, neque Iridem ad hanc rem destinarit; tamen fecit atrociora multo; nam in excessu illo ipsa Iridem ad Turnum misit, quem concitavit contra Trojanos; estque liber nonus plenus hujus tragœdiæ: explica hic *fraudem* pro periculo.

74. Memineris in nono comparatas flammas ab Turno ad vastandam urbem Ascanii, quam hic *Trojam* vocat. Hoc quum

68. *Num linquere castra.* Illa ait, abest: hæc ait, reliquit, ut ipsi adsignet culpam: et est status finitivus, non tam dicendum abiisse quam reliquisse. *Serv.*

70. *Num puero summam belli.* Quod Venus ad miserationem, hæc ad indignationem posuit: et est aggeratio ab ætate. *Serv.* — *Num puero.* Hoc quoque falsum est: nam senioribus rem reliquit, et pugnam committere vetuit. *Don.*

74. *Indignum est, Italos Trojam circumdare flammis.* Rhetoricum

videat Juno negari non posse, opponit paria hunc in modum: si est indignum Trojam circumdari flammis ab Rutulis, ut tu questa illis, *muris iterum imminet hostis nascentis Trojæ;* si hoc itaque indignum est, cur non etiam indignum erit, Turnum non posse consistere in terra patria, et illa depelli? præsertim quum illi Pilumnus sit avus, qui Deus est; et Venilia mater, quæ etiam est Dea. Nota artificium: attollit Turni genus, quantum potest, ne inferior Ænea videatur: erat hic filius Veneris, nepos Jovis: ergo Jovi Pilumnum opponit Deum infantulorum, Veneri Veniliam Deam maris, et obtrectans Veneri *Divam* vocat, quum tantum esset Nympha: et quum Pilumnus sit Deus, tacuit; tantum *cui Pilumnus avus*, ne Jovem læderet, si Deum vocaret cum comparatione ad ipsum Jovem.

77. Explico quatuor versus: in tribus primis mentitur Juno; quartum nequiter et invidiose interpretatur: falsum est, Trojanos intulisse ignes Latinis ad urbium vastationem; pressisse illorum arva; avertisse prædas; legisse soceros; abduxisse sponsas e gremiis parentum; verum est, ipsos pacem oravisse. Sed hoc malevole interpretatur, quasi manu pacem petiverint; ita ut simul ostentarint arma, quibus eam sibi pararent, si supplicando non possent. Hæc sententia, quam ut capias, subaudi verbum aliquod, hunc in modum: quid impulit Trojanos vim ferre? etc. Expende etiam quam gravibus verbis utatur Juno, ut iras Jovis contra Trojanos commoveat. Quid enim hoc atrocius? *ferre vim atra face;* et, *arva aliena jugo premere;* quod tyrannicum: *prædas avertere,* quod latronum: *soceros legere,* notans sacrilegium: *pactas abducere,* en vim; et *gremiis,* non e manibus, quod minus violentum; sed e sinu, e gremio et complexu; quod violentissimum.

81. En alia velificatio, et ratio nova conquerendi: tu magna potes erga tuos; me *aliquid juvisse nefandum est,* habeturque pro crimine? potuisti unum Æneam e tot Graiorum manibus vivum furto subducere (vide contumeliam) objecta nebula et ventis inanibus: potuisti ope matris Deum convertere classem in Nymphas. Hoc *tu potes; nos juvisse* nefandum est; ubi *tu,* et *nos,* ἐμφατικῶς opponuntur.

est: nam quotiens aliqua non possumus solvere, paria opponimus; quod nunc Juno facit: nam negare non potest, nec solvere; quia obsidentur Trojani. Unde dicit, indignum est Trojanos obsideri; aliena eos matrimonia præripere dignum est. *Serv.*

85. Dixerat Venus, *Æneas ignarus abest;* depravat irridendo; *ignarus et absit.*

86. Arripit verba Veneris contra illam : si tibi est Paphos, etc., quid bella in alios moliris? vivant tui in tuis urbibus; relinque alios.

88. Recurrit ad prima initia Trojani belli, aitque nullam in se culpam residere excidii Trojani; sed totam in Venere, qua concitante Paris objecit Trojanos Græcis, solvens furto Helenæ fœdera hospitalitatis : et quum hic vere triumphet Juno de Venere (nam vere Venus causa horum malorum) repetit subidentidem, et urget illis; *Me duce*, etc. Quasi dicat; adulterio Paridis, cujus tu causa, expugnata est Sparta : tu mollissima amorum mater bella illa fovisti : et concludit, notans imprudentiam Veneris, quæ nihil præviderit, et providerit; et nunc sero conqueratur. »

96. Comparat poeta Deorum studium, quo jam Veneri, jam Junoni favebant, susurro qui solet audiri in sylvis ante tempestatem ventorum : quum enim multa sint futuræ tempestatis indicia, tum hic in sylvis susurrus, et murmur eam indicat: huic ergo murmuri et fremitui ad simile Deorum murmur, et fremitus. Verba, quæ expendas, hæc sunt : *orabat,* præclare, nam verbum oratorum : dicuntur flamina *prima,* quia ante tempestatem : τὸ *deprensa sylvis*, ita est egregie dictum, ut alio synonymo inquines : in *volutant* subaudi, se : ait *cæca murmura,* quia hoc in arcanis rerum positum.

100. Præcedit Jovis orationem rerum omnium silentium; nam *cui rerum summa potestas,* res omnes silendo serviunt : numerat primo cælum, et terram; illud *silet*, hæc *tremit :* ideo vero hæc duo primo numerata, quia in istis erant, qui loquendo possent impedire; in cælo Dii, in terra homines : sed non hæc satis; nam *æther,* qui supra aerem, et ideo *arduus,* etiam *silet :* deinde *Zephyri posuere* flatus; *pontus premit placida æquora;* quasi dicat; invita etiam et reluctantia compressit.

92. *Me duce.* Quæ graviora sunt argumenta in fine servat. *Don.* — *Dardanius.* Non propter injuriam Æneæ hoc posuit, qui *Dardanus* dicitur : nam perite dubium nomen elegit, qui contumeliam communicaret Æneæ. *Serv.*

96. *Orabat.* Loquebatur : unde et *oratores* dicti sunt : nam *rogabat* si dixeris, non procedit, quia magis convitiabatur. *Serv.*

101. *Infit.* Nam quum sibi potestas decernendi sit, aperte loquitur. *Donat.* — *Eo dicente.* Carpit Macrob. V, 13, poetam, quod Jovem nunc demum tanta cum ma-

104. Oratio sequens Jovis tota est in gratiam Trojanorum; ita tamen, ut Junoni verba videantur favere; sed qui altius penetret, deprehendet favorem Veneris: initium ducitur a discordiis, in quibus Venus et Juno pertinaces; hoc quum sit, inquit Juppiter, æquum me omnibus præbebo, nullo discrimine: in hoc ipso jam favet Veneri contra Junonem, quæ totum ad se Jovem trahere conabatur.

109. Pergit Juppiter, et certe perplexa est sententia, quam sic concipio: videbantur Trojani absolvendi a pernicie et calamitate, si mali causa hæreret in Italis; contra Itali videbantur absolvendi, si mali causa hæreret in Trojanis: sed aliter Juppiter judicat hunc in modum: seu castra Trojana obsidentur malis fatis Italorum, ita ut in istis Italis sit tota noxa et mali culpa, non idcirco Trojanos absolvo; seu Trojani errore malo, et sinistris monitis, non Deorum voluntate, ita ut causa mali in illis insit, in Italiam appulere, non idcirco Rutulos absolvo: cuique sua *exorsa*, id est, sua opera, ferent aut *laborem*, aut *fortunam*, id est, aut cladem, aut felicitatem. Clarius: nolo absolvere a labore belli eum qui est sine culpa: ego certe me omnibus æquum præstabo: nec de fatis sum sollicitus; nam ipsa sese aperient. Non mirabitur me aliqua subaudivisse, qui adierit poetas alios, et præcipue Græcos, et in his unum Pindarum, quem nunquam capies, nisi plurima subaudias.

113. Adhibet nutum Jovis, quo prædicta firmantur, et solemne jusjurandum paludis Stygiæ, et tremorem cæli ad Jovis nutum. Quo facto, discessum inde, reliquis surgentem Jovem comitantibus ad domum.

118. Memineris in nono Æneidos, Trojanos pressos obsidione ab Italis; hanc intermisit poeta concilii Deorum narratione; redit jam ad illam; et acre indicat studium, quo Itali Troja-

jestate describat, quum tamen in I, et IV, et IX, Æn. libris induxerit sine tumultu et absque mundi obsequio loquentem. Sed Scal. V, 3, itemque J. Jov. Pontanus in Anton. p. 151, summo cum judicio factum esse docent. *Taubm.*

108. *Tros Rutulusve fuat.* Ab antiquo *fuo*, idem quod *sum.* Plaut. Amphitr. III, 4, 2: « Nec quisquam tam audax fuat homo, qui obviam obsistat mihi. » Et Mercat. V, 2, 3: « Ecquis nam Deus est, qui mea nunc lætus lætitia fuat. » Facit in præterito *fuvi*: ut idem in Prol. Pœn. vs. 110: « Quo genere gnata, qui parentes fuverint. » *Emm.*

116. *Hic finis.* Et masculini et fæminini generis hæc vox est. In fæminino usurpata jam supra Æn. II, 554. Plura exempla vide apud Nonium. *E.* — Vide Gellium XIII, 20; et Heinsium ad Æn. III, 145.

nos oppugnabant, instabantque jam cædibus, jam flammis jactandis.

120. Continebant se Trojani intra suos aggeres; nam hos indicat per *vallos:* quodque unicum erat remedium, id est, fuga, hoc deerat præsente hoste: stabant itaque in turribus murorum, *miseri, necquicquam*, et pauci, ideo *rara corona:* quasi dicat, ideo miseri et nequicquam, quia pauci.

123. Dixerat, raram fuisse coronam; id verum apparet ex paucitate bellatorum, quos numerat; nam primam aciem sex tantum Trojani constituunt, quos quatuor comitantur e gente Lyciorum; decem omnes fuere. Quid istis propugnatoribus debilius, si numerum consideres?

127. Adducit unius Agmonis operam in defendendo muro, qui ingens saxum, potius montis partem, in hostes torsit: signat ejus patriam Lyrnesum; patrem Clytium; fratrem Mnestheum: ita solent poetæ sua exornare.

130. Itali jaculis, Trojani saxis; quod consequens superiori Agmonis facinori: versum sequentem Rutulis attribuo, qui igne et sagittis in Trojanos utuntur.

132. Jam tandem ad Ascanium, qui unice in cura Veneris, ut qui ejus nepos, nam ipsa Æneæ mater: ut qui pulcherrimus, nam ipsa pulchritudinis Dea: erat puer detecto capite, ut ab suis agnosceretur, animosque adderet obsessis.

134. Describit pulchritudinem Ascanii duplici comparatione: vidisti gemmam auro inclusam, quæ gestari solet ad ornamentum aut colli, aut capitis: vidisti ebur inclusum buxo, aut terebintho, quæ celebrata est in Orico Epiri urbe; talem inter reliquos bellatores Ascanium puta. Itaque puerum com parat cum gemma et ebore; bellatores alios auro, buxo, te rebintho. Pergit descriptio: crines affusi erant per cervicem lacteam; hique innexi aureo circulo, sed molli: dicit videlicet, non fuisse eum circulum ex solido auro, nam hoc esset oneri et molestiæ puero; sed auro ducto netoque in filum: itaque *molli auro* est, filo aureo.

139. Attollit tum Ismari gloriam a peritia jaculandi sagittas veneno illitas; tum genus, quod a Mæonia: et attingit obiter provinciæ hujus fertilitatem; nam ibi cultissima arva, et vere *pinguia* ab irrigante Pactolo, qui aureus. *Magnanimæ gentes* sunt Italicæ, et cum oppositione ad Mæoniam: quasi dicat; non tu solum illustris es et fortis inter Lydos tuos, qui mollissimi sunt; sed etiam inter fortes et asperos viros, quales sunt

Itali: etenim Lydi, Mæones, et tota illa Orientis pars infamis est luxuria et mollitie vitæ.

143. Revocat in memoriam, quæ narrata in exitu nonæ Æneidos, ubi a muris Trojanis pulsus Turnus virtute Mnesthei; huic enim, uti servatori, debetur ea gloria: adfuit etiam et Capys, a quo nomen accepit urbs Campaniæ caput.

146. Pendent ista omnia ex cognitione eorum, quæ dicuntur lib. VIII et IX: quippe in nono habetur acris Turni pugna contra Trojanos; in octavo ad finem discessus Æneæ ab Evandro. Itaque dum pugnant Rutuli et Trojani, qui erant cum Ascanio, Æneas jam discedens ab Evandro redibat ad suos.

148. Commemorat, quæ libata tantum in libro octavo; ubi Æneas suasu Evandri abiit ad castra Etruscorum; ubi adiit Regem Tarchontem, illique nomen suum, et genus aperuit: deinde quid militum ab eo petat, quid militum ipse ferat: tertio, Mezentii arma, utque is milites ad se pelliceret; quarto, Turni violentiam: quinto demum, uti Æneas jam acri monitu, jam humili prece rem egerit cum Tarchonte, docens nihil fidendum humanis rebus, quasi diceret Æneas, ait Servius: *Nolite putare fixam esse et stabilem felicitatem; magna est enim rerum varietas; invicem accipietis auxilia.*

153. Ita acris vis Æneæ in suadendo, ut statim Tarchon nulla mora interposita *opes*, id est, exercitum, junxerit cum Ænea, fœdusque ferierit. Hanc belli societatem πολέμου κράτος vocat Plutarchus in Nicia, ut in qua positus nervus belli.

154. Hæc satis fuse narrata libro octavo: audiverant Etrusci

148. *Namque ut ab Evandro.* Rem antea omissam breviter exsequitur. *Serv.* — *Et regi memorat.* Tria dixit, *memorat, edocet, admonet*: ergo *memorat* nomen et genus, et quid petat, et quid ferat: *edocet* Turni violenta pectora, quæ arma conciliet: *admonet*, quæ sit humanis rebus fiducia: *Nomen*, ut cognoscat: *Genus*, ne ab ignobili putet se rogari. *Donat.*

151. *Conciliet.* Fullonum esse hoc verbum scribit Varro Ling. Lat. lib. V, et inde in alia promanasse. Sed, si fas cuilibet divinare, a ciliis palpebrarum duco, quum demulcentur somno. In somni enim lenitudine cilia dicuntur conciliari, a qua re itum in alia significata. A quo non abhorret sententia Eustathii in versum primum lib. ult. Odyss. ubi Mercurius dicitur Κυλλήνιος, *Cyllenius*. Quo loci, postquam præmisit ita dictum vel a monte Arcadiæ, vel ab Heroide, subjicit, κατὰ μέντοι ἀλληγορίαν Κυλλήνιος, ὁ τοῦ ὕπνου δοτὴρ, καὶ τὰς ἡνίας τῶν κύλων, ἢ κυλάδων, ἔχων. Est vero Mercurius pater eloquentiæ, blanditiarum, conciliationis. *Cerda.*

154. *Jungit opes.* Clarum exemplum, ut videas, *opes* significare

ab oraculo, *Externos optate duces*: itaque non concessum illis ire ad bellum, nisi sub externo duce. Viso ergo Ænea, qui externus, liberi jam sunt et soluti ab necessitate, quam oraculum imposuerat, ac proinde classem omnes conscenderunt. *Gens Lydia* sunt Etrusci, quia isti ab Lydis.

156. Navigabat loco principe ante alias regia Æneæ navis, cui in rostro leones bini: exhibet poeta amœnissime in descriptione navis speciem currus; quasi eodem jugo leones innexi navem veherent; et *Phrygios* vocat, quia in tutela Deæ Phrygiæ, id est, Cybeles, cujus tutelæ commissa Æneæ navis. In verbo *tenet* subaudi mare. Erat in puppe depicta Ida quæ est *gratissima profugis Teucris*, quia inde petita materia ad fabricandas naves ad fugam Æneæ.

159. Sedet Æneas in puppe pressus belli curis; nihil enim bello varium magis. Pallas, qui ad sinistrum ejus latus, avertit has curas variis quæsitis: jam enim ab illo cursum siderum percontatur, et rationem nocturni cursus; jam labores, quos passus terra et mari. Expende verbum *affixus*, ut qui altercabundus, ut necesse in disputatione siderum: nota etiam ut Æneam rerum omnium peritissimum faciat; et tanquam magistrum: etenim magistro affiguntur discipuli ad discendum.

163. Petit a Musis, Deas hic nominat, ut pandant Helicona montem; cantus ipsæ moveant; ut canant exercitum nauticum, qui Æneam sequitur ab Etruria armatis ratibus. Hæc auxilia describit et recenset Excursus primus, pag. 191; vol. IV.

166. Principe locum Massicum numerat, qui Tigri, (navis

generatim, neque determinandas ad rem unam. Itaque divitiæ, milites, agri, oppida, castella, amicitiæ, clientelæ, favores, *opes* sunt. *Cerda*. — *Ferit*. Facit, ex more Romano, propter porcum, qui de lapide feritur. — *Libera fatis*. Exempta necessitate fatali, qua pugnare non poterat, propter illud, « Externos optate duces. » *Serv.*

163. *Helicona*. Parnassus mons est Thessaliæ juxta Bœotiam, quem locum aliquando Aones tenuerunt, qui in duo finditur juga, Cithæronem Liberi, et Heliconem Apollinis et Musarum. Ex quo fons manare dicitur, quem Pegasi ungula protulisse fertur, qui vocatur Hippocrene. *S.* — *Pandite nunc Helicona, deæ*. Hom. ἔσπετε νῦν Μοῦσαι. *Pandite*, signate poeta, ut is, qui velit esse in secreto Helicone ad pangenda carmina, quæ « secessum, et otia quærunt. » Ideo Claud. Rapt. I, 25: « Vos mihi sacrarum penetralia pandite rerum, Et vestri secreta poli. » Et in Rufin. lib. I, 23: « Vos pandite vati Pierides »: et Præfat. lib. II, in Rufin. « Pandite defensum reduces Helicona sorores, Pandite, permissis jam licet ire choris. »

est nomen,) advectus est. Ducebat secum Massicus juvenes mille ab urbibus Cluso, et Cosis : fuere tela istorum *sagittæ :* gestabant in humeris corytos, thecas sagittarum intellige, et arcus; illos leves vocat, hos lethiferos; utrumque proprie.

170. Erat Abas secundus ordine : loquitur enim poeta cum respectu ad totam classem, non ad Massicum : dat illi torvitatem ad indicandam ferociam; toti agmini arma insignia; ejus puppi Apollinem, et hunc auratum, qui Deus ejus navis παράσημον, id est, *insigne :* adhibet comitatum illius ab Populonia urbe, et Ilva insula : sed urbs duplo majorem dedit numerum; quippe sexcentos, quum trecentos tantum insula : ideo illa *mater*, quasi ferax militum; et omnes erant belli scientissimi : sed non ideo elogium deest Ilvæ : est enim metallorum adeo ferax, ut quo plura eruas, eo plura suppetant, renascente semper ferro.

175. Asylas tertius; qui interpres, videlicet Deorum, quos interpretatur; hominum, in quorum gratiam : huic uni omnis aruspicina et auguratus subditi, tanquam scientissimo : et quidem universam hujus potestatem duobus versibus includit :

169. *Corytique. Coryti* proprie sunt arcuum thecæ : dicuntur tamen etiam sagittarum, quas et pharetras nominamus. *S.* — Græce γωρυτός. Ovid. Trist. V, 8, de gente Sarmatica : « In quibus est nemo, qui non Coryton et arcum, Telaque vipereo lurida felle gerat » : et Statius Theb. lib. IX : « cælestibus implet Coryton telis. » Ad quod Lactatius interpres : *Corytos* dicitur sagittarum theca, sive pharetra. *Leves* autem pharetræ istæ dici etiam possunt, etiamsi sagittis refertæ sunt, si ab artificibus bene gestantur.

171. *Aurato fulgebat Apolline puppis.* Solebant naves tutelæ Dei vel Deæ alicujus assignari, cujus effigies, quæ tutela erat, in puppi depingebatur, insigne, quod parasemon in prora. Ovid. Heroid. Epist. XVI, 112 : « Accipit et pictos puppis adunca Deos », et Trist. I, 9 : « Est mihi sitque precor flavæ tutela Minervæ, Navis et a picta casside nomen habet. » Denominabatur enim semper navis a parasemo. Sæpius etiam, ut ex hoc loco patet, cum tutela nihil commune habebat parasemon ; nam navis hæc pro parasemo *tigrim*, pro tutela vero habebat *Apollinem*. Interdum quoque una eademque res erat tutela navis et insigne : quoties scilicet Dei, in cujus tutela navis erat, effigies collocaretur in prora : et tunc nomine illius navis appellabatur. Vide Salmasium ad Solinum, pag. 570, et seqq.

173. *Expertos belli.* Peritos; nam *expertes* sunt ignari. *Belli* autem potest pro *in bello* accipi. — *Ilva.* Quidam Ilvam *Æthalen* dictam volunt; est autem insula adjacens Thuscia in conspectu Populoniæ. Probus *trecentos*, subdistingui vult, ut *insula* sequentibus jungatur. *S.*

ducebat hic raptim aciem juvenum mille, qui veluti in globum unum densati; et illis horrentes hastæ. Sed unde coactus hic miles? ab Pisis, quæ urbs sita in Etruria, quum tamen originem duceret a Pisis illis, quæ juxta Alpheum Arcadiæ: et quidem Pisæ Græcorum sic dictæ ab auriga hujus nominis, cujus ibi fuit sepulcrum. Verbo illo *parere* nihil aliud capias, quam Pisas voluisse suum militem subditum esse Asylæ.

180. Quartus Astur, cujus multiplex elogium: nam *pulcherrimus;* nam *equo fidens*, id est, eques optimus et peritissimus; nam *armis versicoloribus*, id est, pictis. Conflavit hic militem ab locis multis; videlicet ab Cæretanis; ab accolis Minionis fluvii; ab Pyrgis; ab Graviscis: istæ enim urbes trecentos juvenes adjecerunt superiori aliarum urbium multitudini, addictos et veluti mente una ad id bellum conspirantes. De attributis Pyrgorum et Graviscarum, vide infra notas, et vol. IV, pag. 192.

176. *Fibræ*. *Fibræ* sunt jecoris extremitates. *Serv.* — *Cui pecudum fibræ, etc.* His duobus versibus maximam partem posuit aruspicinæ et auguratus. Dicam breviter de singulis in hac nota. Pendere sæpe fata a fibris satis indicat Tibullus, a quo Eleg. II, 1, *fibra* dicitur *nuntia* Deorum, et Eleg. I, 9, *conscia* Deorum. Secundo loco ait sidera subdita esse huic potestati, ac proinde cælum ipsum. Ideo « sidera parent », ut quæ prona ad obediendum. Contemno hic nugas Servii de verbo *pareo;* et arripio notam Lævini monentis in Suetonium, hoc verbum augurum esse et aruspicum, quod Petronii et Ulpiani auctoritate confirmat. Tertio adhibet « linguas volucrum », ut et Æn. III, 359; Stat. Theb. III, « affatus volucrum. » Ovid. Trist. I, 8: « Linguave servatæ, pennave dixit avis. » Quarto, « ignes præsagi fulminis »: quod fortasse accipiendum ait Germ. ut Διὸς σέλας apud Sophoc. in Colon. quod signum inter reliqua cælestia ibi numeratur. — *Præsagi*, futura denuntiantis, ut, « De cælo tactas memini prædicere quercus. » Alii non ipsum fulmen præsagum accipiunt, sed eos præsagos, qui inde futura prædicunt.

184. *Pyrgi veteres*. Fortasse *veteres Pyrgi* Thusciæ, quia ab antiquis *Pyrgis* Græciæ: nam *Pyrgos* quoque in Græcia Strabo constituit lib. VIII, et credibile inde ductam coloniam. Ceterum Cato in Fragment. Originum utrumque etiam nomen conjunxit; *Pyrgus*, « Graviscæ ab aere dictum », ut et Plin. III, 5: « Graviscæ, castrum novum; Pyrgi, Cæretanus amnis. » Sic Mela II, 4. *Cerda*. — *Intempestæque Graviscæ*. Graviscanum oppidum, alii *intempestum* dicunt ventis et tempestatibus carens: quod nulla potest ratione contingere. *Intempestas* ergo *Graviscas* accipiamus pestilentes, et secundum Plinium in naturali historia, et Catonem in Originibus, ut *in-*

185. Sermo totus destinatur ad Cupavonis adventum narrandum, qui exigua militum manu venit ad bellum; interserit tamen patris Cycni fabulam. Vide vero uti explicem quatuor primos versus, ut a nemine hactenus: *Non ego te transierim, o Cycne, ductor Ligurum bello fortissime: nec te, o Cupavo paucis comitate, de cujus vertice surgunt pennæ olorinæ*. Est vero hoc *crimen vestrum*, id est, tui, o Cycne; tui, o Cupavo: quod vero est hoc *crimen?* Patris quidem Cycni *amor*, quo turpiter Phaethontem deperiit: filii Cupavonis *insigne paternæ formæ;* nam ita repræsentat turpem amorem patris: itaque in extremo versu poeta distribuit, ut dicat crimen utriusque: patris, quod turpiter amarit Phaethontem; filii, quod gestaverit olorinas cristas in galea, quasi gloriabundus de turpi amore patris. Non refello aliorum explicationes; non defendo meam; nam veritas subjecta oculis ipsa se tuetur. Tamen legendus est Excursus I*, pag. 195; vol. IV, ubi varia et nova docte conjiciuntur.)

189. Narrat patris fabulam: deperibat Cycnus Phaethontem: extinctum hunc eo fletu, et mœstus carminibus prosecutus est ad solatium sui, ut præ luctu in avem cognominem transierit, niveam quidem; nam ipse jam senex: itaque avis jam factus terras reliquit; aerem cantu petiit. Commemorat vero poeta obiter locum, ubi hic fletus; nimirum inter eas populos, in quas conversæ sorores Phaetontis, Phaetusa, et Lampetusa; alii plures nominant. Itaque hic omnia sunt admodum tragica, a fletu sororum; a fletu Cycni; a conversione illarum in arbores; a conversione hujus in avem. Expende versum illum; *Populeas inter frondes, umbramque sororum*, ut speciosissimum, et plenum affectus τραγικωτάτου. Verbum *duxisse*, explico vestivisse; ut dicat: vestivit Cycnus canam senectam molli pluma.

194. Redit jam ad filium, qui in classe sua ducebat *catervas æquales*, videlicet æquales aut virtute, aut cultu armorum: nisi velis sequi Servium, qui ita explicat: *æqualiter habens per*

tempestas intelligas sine temperie, id est, tranquillitate: nam ut ait Cato, « ideo Graviscæ dictæ sunt, quod gravem aerem sustinent. » Lucilius; *scorta Pyrgentia*. Serv.

190. *Umbramque sororum*. Ambitiose dictum, pro inter arbores de sororibus factas: et est unum de his, quæ habet Virgilius inimitabilia et sua propria. Tale est illud, « Sinuatque alterna volumina crurum »: et, « quum primum sulcos æquant sata. » *S.* — *Umbramque sororum*. Hoc imitans Ovid. dixit, « silvamque sororibus auctam. » Et Val. Arg. lib. I, « veteris sat conscia luctus Silva Padi, et viso flentes genitore sorores. »

naves distributas catervas. Promovet filius remis ingentem Centaurum; navi ejus hoc nomen ab Centauri simulacro; quæ fera in ardua navis parte, puppem intellige, depicta, gestansque navibus saxum immane, toti minari pelago videbatur, quasi pondus projectura; et ita demum sulcabat maria.

198. Hoc in gloriam Mantuæ Virgilius; condidit eam urbem Ocnus filius Mantus et Tyberis : habita vero est matris ratio in nominanda urbe, et ideo dicta Mantua. Vide Excursum primum, vol. IV; p. 193.

201. Mantuæ gloria; quæ urbs olim potentissima, ut quæ olim caput totius Thusciæ, ideo postea *ipsa caput populis*, atque adeo *dives avis*, id est majoribus: addit poeta, *sed non genus omnibus unum*, quia videlicet *gens illi triplex;* nam Mantua divisa in tribus tres, conflatas e variis populis: istæ vero tribus imperium habebant in urbes duodecim Thusciæ, ac proinde una quæque harum tribuum imperabat quatuor urbibus: ideo, *populi sub gente quaterni*, distributive; fiebat enim ut imperium quaternatim, sic dicam, divisum esset: nam quum quæque tribus urbes quatuor haberet subditas, fiebat ut singulæ haberent quaternas. Absolvit inde Mantuam esse *caput populis* Thusciæ, ac proinde vicissim *viris de Thusco sanguine;* nam virtus principis tota a subditis, quum ipse caput sit subditorum.

204. Redit ad viam, et ait Ocnum quingentorum militum agmine comitatum venisse ad id bellum, et signate contra Mezentium Regem quondam Thuscorum; et jam tum inde exulantem propter cædes.

205. Inerat navi Ocni depictus in puppe Mincius fluvius, qui ortum ducit ab lacu Benaco: ideo quasi princeps esset expeditionis Mincius, ait ab illo duci exercitum pinu nautica, id est, nave: dat illi arundinem, nam hic ornatus in capitibus fluviorum. In locutione lepor est eximius, et potius παράδοξον, et admirandum quiddam; nam fluvius fert homines per maria.

207. Ocnum sequitur Aulestes vir militaris: vide vero, uti describat nauticum ejus apparatum et conatum, ab remis centum, ab verberibus, ab spumante et verso mari.

207. *Gravis.* Fortis: ut « ferit ense gravem Tymbræus Osyrim. » Vel *gravis* aut animo, aut ætate, aut *gravis* propter navem; nam sequitur, « centenaque arbore fluctum Verberat assurgens. » Non ait remis, sed arboribus, ad exprimendam navis magnitudinem, quæ

209. Dubitat Servius, an Triton hujus navis depictus in prora esset, an factus ex ære: in extremum inclino, quum natantem inducat, et undam ejus pectori admurmurantem: itaque in ipso navis rostro erat Triton, a quo ipsa nomen accepit; ideo Triton dicitur vehere Aulestem: erat *immanis*, signat magnitudinem, et cum concha, qualis fingi solet; ac proinde tanquam sonitu *exterrens freta*. Sed quæ forma? ab fronte, quæ hispida, usque ad latera, id est, usque ad medium; præferebat formam hominis: ab alvo ad imum erat piscis: spuma, quæ excitata erat, in eumque illisa, cum fervore sub ejus pectore admurmurabat. Inquinamus sæpe interpretes versus divinos; nam quis hunc assequatur? *Spumea semifero sub pectore murmurat unda.*

213. In summa, viginti erant naves, quæ in subsidium Trojæ, in quibus magni et lecti viri: per *Trojam* intelligit Æneæ et Trojanorum opes; et quidem hoc arroganter, et in gratiam Thuscorum, quasi horum virtute Troja iterum excitanda esset.

215. Dixerat supra, *media Æneas freta nocte secabat;* hic addit, abiisse jam mediam hanc noctem; et proinde abiisse ipsam diem, more scilicet Romano, quo dies absolvebatur ipso noctis intermedio; ac tunc in medio cælo splenduisse Lunam, cui poetice dat currum.

217. Sed vide in altissimo silentio Æneæ ducis curam, qui nihil quietis caperet, sed jam clavum regeret, jam velis ministraret: ait *ipse*, emphatice, quasi alii dormirent, et ipse solus vigilaret.

219. Occurrit tunc illi in medio cursu chorus comitum suarum; videlicet Nymphæ, quas e navibus in Deas maris jussu

plures habuit remorum ordines: unde ait Lucanus, « et summis longe petit æquora remis. » *Serv.* — *Centenaque arbore*. Navem facit ἑκατόνζυγον, ut Homer. loquitur Il. XX, id est, « centum remorum, aut transtrorum. » Ita et Silius lib. XI: « Centeno fractus spumabat verbere pontus. »

216. *Noctivago*. Nomen mire compositum. Ἅρματι νυκτιπόλῳ. Lunæ autem currui poetæ nunc *equos* dabant, nunc *cervos*: vel, quia eadem Diana, vel quia motus est velocis inter planetas. Eidem et *mulos* dabant: quod illa non sua, sed aliena luce luceat. *Taub.* — *Phœbe*. Luna; sicut Sol *Phœbus*: item et *Titan* Sol, et *Titanis* Luna. Describit autem noctem mediam, et dicit finitum diem secundum Romanum ritum; quia media nocte diem numerant, et noctem similiter a medio die. Nec Lunæ fit sine caussa commemoratio: nam aliter videri Nymphæ non poterant. *Serv.*

Cybeles commutatas scripserat superiori libro. Ergo totidem nunc Nymphæ, quot olim naves, pari natatu Æneæ occurrunt, ad ejus carinam accedentes.

224. Agnoscunt quippe regem suum, ejusque navem *lustrant choreis*, id est, circumeunt; et ideo *choreis*, quia supra *chorus*.

225. Celebrat eloquentiam Cymodoceæ; quæ tenuit a tergo Æneæ puppim dextra manu; ac simul cum nave adnatabat, dorso in aquis eminens: sinistra tantum natatui serviente.

228. Ignarum videlicet successus, et metamorphoseos *alloquitur:* in hoc verbo inest lenocinium, et blanditiæ: illud *Deum gens*, dictum luculenta laude, quia Æneas Heros: quæ hic de vigilia, dicam infra in notis: illud *velis immitte rudentes*, ad hortationem pertinet; quasi dicat: ne impedi mora aliqua tuum cursum; incumbe totus in navigationem.

230. Aperit successum: vides nos Nymphas? sumus classis tua, et pinus sectæ ad navigia ex Idæo monte: dum tu abfuisti, voluit nos Turnus gladio vastare, flammis absumere: tulit hoc indigne Cybele, nosque in hanc formam convertit, quæ te per undas quærimus, factæ Deæ maris. Quanta, putas, admiratione successus hic tragicus Æneam affecerit? dicunt Nymphæ *invitas* se hoc fecisse, quasi lubentissime ministraturæ Æneæ sub navium forma, veluti hoc præferrent ipsi adhuc divinitati.

236. Scire vis de Ascanio tuo? tenetur septus muro; telis premitur; instant Latini bello horridi.

238. Arcades, quos cum Etruscis præmisistis ante te, jam sunt in campo pugnaturi; ne vero se conjungant cum castris Ascanii, Turnus medium se vult interponere, hostem hinc inde separaturus.

241. Absolvit Nympha, quid facturus Æneas ex periculo

225. *Doctissima Cymodocea*. Poetice: sicut et mutatio ipsa confingitur. Ergo *doctissima*, quæ divinitus hanc doctrinam fuerit consecuta: nam stultissimum est quod quidam ait, Ilionei navem fuisse, et ideo eam esse doctissimam fandi.

228. *Vigilasne, deum gens*. Verba sunt sacrorum: nam virgines Vestæ certa die ibant ad regem sacrorum, et dicebant, *Vigilasne rex? vigila*. Quod Virgilius jure dat Æneæ, quasi et regi, et quem ubique Pontificem et sacrorum inducit peritum: et bene primo interrogat, deinde quod vigilat approbat. *Deum* autem *gens*, propter, « Diis genite, et geniture Deos. » *S.* — *Vigilas*. Recte dubitat: nam tempus somnum, curæ vigilias suadebant. — *Immitte rudentes*. Sermo ducitur ab re equestri; navis enim, ut equus fræno, sic rudentibus regitur. *Cerda*.

Ascanii, ut quum primum ad portum adpellet sub auroram, socios ad bellum comparet, arrepto clypeo Vulcani: obiter Nympha fidem sui facit, ut credatur in auspicio, quod statim infert: nam illud de armis Vulcani scire, nisi Dea esset, non poterat.

244. En jam felix auspicium! videbit lux crastina ingentem cædem, quam tu editurus es; tantum crede id fore.

246. Servius laudat poetam, qui dixerit, *discedens impulit;* adjuvatur enim pulsus recedente eo, qui impulerit: ergo ab hac vi impressa, sequitur, *fugit illa per undas ocyor;* et sequitur duplex comparatio; prima, *et jaculo;* altera, *et ventos æquante sagitta.* Quid vero illud, *haud ignara modi?* loquitur cum respectu ad primam formam: Nympha hæc prius fuerat navis, ac proinde sciebat, qui impellenda: ideo postea; *inde aliæ celerant cursus:* id est, explicante Servio, *Nymphæ aliæ efficiunt cursus aliarum navium celeriores, sicut fecerat Cymodocea:* sed placet tamen, ut *aliæ* sint aliæ naves, quæ ad regiam impulsam ipsæ quoque celerrimæ: quod et Servius amplectitur. Sequitur admiratio Æneæ, potius stupor, ut qui *inscius* rerum earum, quas audierat: et inde etiam alacrior factus, omnia hæc in omen arripit.

251. Preces Æneæ ad Cybelem, quæ mater Deorum omnium, et eadem cum terra: ideo *alma,* quia *parens,* et alens universa: *Idæa* ab Ida monte Trojæ, ubi culta: *cui Dindyma cordi,* mons est Phrygiæ huic Deæ sacer, unde et *Dindymene* dicta ab Catullo: *turrigeræque urbes,* quia Tellus turrita in capite; ejus scilicet simulacrum cum corona plena turrium: *bijugique ad fræna leones,* quia vecta hæc Dea leonibus; quo notatur, ferocissimos quantumvis maternis jussis debere esse obedientissimos. Vide vero quam pomposa captatio præcesserit, ut subjiciat, *Tu mihi,* etc. Tria petit, sit princeps ad pugnam: prosperum faciat propitiumque augurium; nam hoc est, *propinquare augurium:* adsit Trojanis felix et fausta.

256. Vix dixerat, quum jam dies aderat, nox abierat:

245. *Spectabit cædis acervos.* Hæc est vera lectio: et ordo est; Si mea dicta irrita non putaris, crastina lux ingentes acervos cædis videbit: nam male quidam *spectabis* legunt, et ad *lucem* referunt: quod non procedit: nullus enim sic loquitur, o Ænea, si quæ dico minime credis, o lux crastina, ingentes cædis acervos videbis. — *Spectabit acervos.* Prædixit futura, ut Dea appareret. *Don.* et *Serv.*

256. *Tantum effatus.* Breviter, ut supra dixit, propter lucem jam

notetur apparatus, et descriptio diei adventantis, abeuntis noctis.

258. Præclare dat principi Æneæ militare edictum: hoc triplex; sequantur signa; parent animos; parent arma: hæc est sententia, quamvis videatur aliter abjungi.

260. Quum jam suos Æneas in conspectu habuit, clypeum e puppi ubi erat, extulit: qui quum esset fulgentissimus, ac proinde visus a Trojanis, qui erant in muris, clamorem attollunt; et spe propinqua ferociunt in majores iras, quibus excitati complura tela in hostem jaciunt. Adducit vero comparationem clamoris excitati ab illis et subitæ lætitiæ, ab gruibus, quæ quum ex loco in locum migrant, clamore maximo et sonitu feruntur per aerem. Vocat clamorem *secundum*, id est, lætum, ut quadret cum lætabundis Trojanis. Vide notas, pag. 125, vol. IV.

267. Stupet Turnus, et reliqui duces ad clamorem istum, et subitam lætitiam; ignorant causam, donec respiciunt, ac tum vident puppes converti ad litora, et mare ipsum non tam undis contra se, quam puppibus adlabi: vel, si mavis, proprie explica: mare adlabitur, quia naves, quum secant mare, propellunt ante se undas, et fluctus agglomerant.

270. Ex occasione describit poeta fulgorem armorum Æneæ, videlicet apicis, cristarum, clypei: apex ardet; cristæ flam-

maturam, id est, plenam: nam nec crepusculum, sed lux jam matura describitur. — *Revoluta*. Id est, aperta: sicut e contrario quod involvitur clausum est. — *Ruebat*. Non occidebat, sed oriebatur, cum impetu veniebat, quia per orbem: ut, « Et ruit Oceano nox »: Est autem hysteroproteron in sensu: ante enim est, ut nox fugetur; et sic lux adventet. *Serv.*

258. *Edicit.* Est *edicere,* cum auctoritate aliquid curandum jubere. — *Signa sequantur.* Vel tubarum, vel tesseræ, vel re vera signa militaria. *Serv.*

263. *Dardanidæ e muris, etc.* Ostendit quid possit spes: nam qui metu fugiebant, nunc spe in hostes insurgunt. *Donat.*

265. *Strymoniæ grues.* A fluvio Thraciæ Strymone, juxta quem habitant. Hæc autem comparatio non ad telorum pertinet jactum, sed ad Trojanorum clamorem. — *Dant signa grues, etc.* Indicat loca, a quibus et ad quæ *grues* migrant. Vid. omnino Plin. Hist Nat. X, 23, et de eorum cum Pygmæis pugna VII, 2. — *Æquora tranant.* Sic Æn. IV, « nubila tranat. » Ita, « Nare apes ad sidera cæli », dixit. Contra, *Volare*, de navibus, Æn. III; Scal. IV, 16; vide notas Æn. I, 224, « et mare velivolum. »

270. *Ardet apex capiti.* Ex sequentibus intelligimus Æneæ armorum fieri descriptionem: nam dicturus est, « At non audaci Turno fiducia cessit »: licet talia arma

matæ sunt; clypeus totus igneus: nota verba, *flamma funditur; umbo vomit ignes suo auro.*

272. Sequitur mira comparatio: vidisti pura in nocte cometas sanguineos, ac lugubrem in modum rubentes: vidisti Sirium, qui suo ardore sitim et morbos affert, ægrosque reddit mortales, quum nascitur, ac cælum contristat infelici lumine; talia puta fuisse Æneæ arma. Comparatio eo spectat, ut non tantum fulgor armorum describatur, sed etiam timor injectus hostibus; ideo a cometis et Sirio, minacissimis stellis. Ergo rubor cometarum, et ardor Sirii ad fulgorem: luctus sanguineus cometarum, sitis, morbi, et lævum lumen Sirii ad timorem pertinent. Expende et aliud: quia cristas nominarat, a quibus flammæ, ideo postea mentio cometarum, quasi cometæ referrent comantes cristas. Vide notas, vol. IV, p. 126.

276. Vidisti supra perculsos admiratione tam Turnum, quam reliquos duces; sed in hoc aliorum terrore ab uno Turno non abit fiducia præoccupandi litora, et pellendi hostes. Ratio hujus fiduciæ, quia audax juvenis: ergo ab hac insita audacia, suorum animos jam attollit ad spem victoriæ, jamque increpitat.

279. Sequitur Turni oratio plena militaris vigoris, atque audaciæ: « optastis occasionem bellandi; en jam non in votis est Mars, sed in manibus: adest tempus, quo hostem dextra, non votis, perfringatis »: en primus stimulus. Alter; quisque sibi ante oculos proponat, quæ sibi sunt charissima, videlicet conjugem et totam familiam; nam hanc capio per *tectum*, nisi quis velit Lares et Penates intelligi; quasi dicat Turnus: conjux et reliqua, aut amittenda hoc bello, aut retinenda. Tertius; proponat etiam quisque ante oculos majorum suorum

conspiceret. Si tamen primam respicias connexionem, quasi de Turno videtur dicere: quod non procedit. *Apicem* tamen modo coni altitudinem dicit. Dicitur autem apex virga, quæ in summo pileorum Flaminum lana circumdata et filo colligata erat, unde etiam Flamines vocabantur. Hoc autem nomen a veteribus tractum est: *apere* enim veteres ritu Flaminum adligare dicebant, unde *apicem* dictum volunt. *Serv.* — *Ardet apex.* Damnat hæc oculatissimus explorator Macrob. V, 13, ac si immodice usus sit Homeri exemplo, de Diomedis armis. Sed Jov. Pontanus, in Antonio p. 149, et Scal. V, 3, p. 575, ista acerrime tuentur; et Statius, Val. Fl., Claudian. hoc imitantur.

279. *Quod votis optastis, adest.* Magna ars persuadentis est, ut quod cupit fieri, in præjudicium trahat hoc loco: quia vult Turnus ut optent pugnam ejus socii, dicit eos hanc semper optasse. *Serv.*

gesta, et belli laudes, a quibus degenerare indignum: ab hoc igitur triplici stimulo sequitur veluti conclusio: ergo, *occurramus*, et *ultro ad undam* ipsam, fruituri occasione rei gerendæ. Quæ hæc occasio? *dum trepidi, egressisque labant vestigia prima*: absolvit tandem cum gnome prolata ab audaci homine; *audentes fortuna juvat.*

285. Non idcirco extra se Turnus in tanto fervore, sed ut egregius dux perpendit, uti suos dividat: partem vult ducere contra adventantem hostem, partem relinquere contra obsessos: ergo deliberat, versatque secum, quos destinet huic, aut illi negotio: et nota. præclare de altero negotio dici *congredere*, quasi obsessi potissimum curandi absente Turno: vulgaris poeta diceret *relinquere in obsidione*, quomodo locutus est Plutarchus in vita Luculli; ἐπὶ τῆς πολιορκίας ἀπέλιπεν.

287. Habuit superior tractus diligentiam Turni; huic opponitur Æneas pari conatu suos exponens. Tanta vero militum fuit aviditas, ut servato maris refluxu, saltu se in vadosa loca darent; nam hæc sunt *brevia*.

284. *Audentes Fortuna juvat*: potest hæc sententia et superioribus adplicari, et per se separatim intelligi. *Serv.* — Quot huic germanæ et cognatæ sententiæ? Ovid. Met. X: « Audentes Deus ipse juvat. » Et Fast. II, « audentes forsque Deusque juvat. » Catilina apud Sallust. « semper in prælio his maximum est periculum, qui maxime timent: audacia pro muro habetur. » Val. Flacc. Arg. IV, « Deus adfuit ausis. » Terentius Phorm. « Fortes fortuna adjuvat. » Ennius Annal. lib. VII: « Fortibus est fortuna viris data. »

288. *Pontibus.* Transtris navium. Navales pontes sunt triplicis generis: vel e navibus positis ordine, supra quas injectæ tabulæ, quales exhibet Plutarch. in vita Luculli: vel ex utribus coriaceis conjunctis et colligatis: vel illi, qui dicti catarancti pontes. De extremis capiendus poeta. Thucyd. lib. IV, hunc seu pontem, seu scalam navium vocat ἀποβάθραν: ἐχώρει (ait) ἐπὶ τὴν ἀποβάθραν. — *Multi servare recursus.* Observabant sedati maris refluxum, inque *brevia*, id est, syrtes (Æn. I, 115) et loca vadosa desiliebant. — Sensus hic est: tres ineunt exscensionis vias. I. Æneas applicat naves summæ crepidini litoris, et jactis pontibus milites exponit. II. Aliqui quærunt vadosa quædam loca, quæ æstu quidem affluente, fluctibus operta sunt; refluente, sicca sunt; aut saxis et arenis et stagnantibus aquis infesta: hæc autem in loca exsiliunt, aut saltum remis adjuvant ac sustentant. III. Tarchon, omissis vadosis illis et inæqualibus locis, elegit planum et humile litus: quo fluctus absque offensione ac strepitu, sed leni et æquali impetu evolvuntur. Quum autem ibi aqua deficiat, hortatur Tarchon, ut valido impetu naves impulsæ, ac velut

290. Quid sit *per remos* factus descensus, non capit Servius, qui *remos* explicat scaphas: dicit poeta, milites aviditate insiliendi in terram, arreptos navium remos conjecisse ad extremam oram aquarum, ut illis tanquam ponticulis descenderent. Sæpe in oris fluminum videas tabulas ad hunc usum, quia cymbæ applicari terræ omnino nequeunt, neque illi adhærere: facit poeta gradum ad Tarchontem principem Etruriæ: animadvertit ille locum, quem putavit vadosum non esse, sed profundum, deceptus argumento aquæ non fractæ, nec remurmurantis: sed vere locus vadosus erat, et profunditas illa tantum ab maris fluxu crescente ad litora: igitur ita deceptus proras navis suæ et suorum eo advertit.

294. Nihil hac oratione ferventius: calet totus sermo ira, odio, incogitantia: ira loquentis, ut ex sermone ipso apparet: odio in Italos, quum ait, *findite rostris hanc terram*, quasi et tellus ipsa debeat sentire adventum hostilem: incogitantia in illis, *sulcumque sibi premat ipsa carina*, id est, in damnum sui carina ipsa trahat sulcos: nam quale hoc periculum navium, si se vadis imprimant, ut aratrum solet sulcis imprimi? in extremo tamen est ardor militaris: nihil jam naves necessariæ, si semel terram arripuero, immo eas frangam; quasi vir militaris non egeat illis ad fugam. Quæ dixi de sulco presso, non muto, sed possum tamen putare allusum a poeta ad morem imprimendi aratri muris hostilibus in notam evertendæ urbis; quod Horatius et alii; ut dicat Tarchon: incumbite, donec carina se vadis imprimat; nam hoc profecto omen pulcherrimum erit subjugandæ Italiæ.

298. Ita incensi sunt ad orationem Tarchontis milites, ut naves etiam arvis impingerent, et in sicco sisterent, donec tandem sederent omnes, et reliquæ sine damno; tantum periclitata est navis Tarchontis.

303. Adhibet modum, quo lacerata navis Tarchontis: est *dorsum* cumulus arenæ durior; dicitur *iniquum*, quia non æquale cum reliquo vado: hinc fit, ut naves, quum sunt in dorso, necessario pendeant in alterutram partem, veluti ancipites: ergo ab hoc dorso calamitas tota hujus navis: quum

sublatæ, sulcum in terra sibi aperiant: eo tamen in loco repertis præter spem vadis et inæqualibus arenarum cumulis, navis Tarchontis alliditur.

297. *Statione*. Portu temporali; nam portus est ubi hiematur: sed modo *stationem* siccum litus significat; nam hoc dicit; potiar terra, et navem frangere non recuso. *S*.

enim diu in eo dorso hæsisset; nam hoc est *sustentata;* ac fluctus plures exciperet, nam hoc est, *fluctusque fatigat;* factum, ut solveretur, omnesque in undis exponeret.

306. Est veluti appendix cladis, a fragminibus remorum; a transtris fluctuantibus, quæ omnia moras faciebant: unda quoque relabi milites faciebat, retrahebatque huc illuc pede non firmo.

308. In Turno nullæ tunc moræ: aciem totam eo rapuit; nec divisit militem, ut cogitaverat; adeo magnum momentum putavit in præoccupando litore!

310. Æneas jam suos exposuerat; Turnus jam suos in occursum adduxerat, agrestes inprimis, quos ex agris conjunxerat. In hos ergo, post concentum tubarum, fit primus Æneæ impetus; stravit illorum multos, in his Theronem. Erat huic rustico corpus maximum, et major audacia, quippe qui Æneam petiit: sed Æneas pleno ictu confecit hominem; nam gladio trajecit scutum, quod æreum; tunicam, quæ auro rigens et squalens; ac tandem latus hominis perforavit. Expende aliqua: Æneas *primus*, quia ante alios progressus, et prægressus: inde illi se Theron opposuit, quasi ad singulare certamen: ait *omen pugnæ*, quia, ut hic victor, ita alibi semper vincet: in scuto æreo trajecto, in tunica quæ auro squalebat, attollitur virtus brachiorum Æneæ.

315. Secundus Æneæ ictus destinatus in Lycam: narrat hujus successum: latebat hic in utero matris jam mortuæ, sed extractus est secto utero; hos Latini exsectos vocant: inde conquestio poetica: licuit per fata huic, parvus quum esset, ferrum evadere, quo secta est mater: et non licuit jam juveni evadere Æneæ ferrum. Vide quam importuna sæpe fata! Cur Lycas sacer Phœbo, quia qui prodeunt secto matris utero, Deo Medicinæ consecrantur.

312. *Therone.* Hoc nomen tantum in Pindaro lectum est: et bene in honorem victoris victum laudat. *Serv.* — Stat. Theb. II, *Theronem* quemdam inducit, cujus avi fuere terrigeni. An traxit ex Virgilio, qui *Theronem* suum facit rusticum? *C.*

314. *Haurit.* Modo *ferit* significat: non nudum latus, sed quod aperuerat: et putatur ὑστεροπρότερον: quidam Italicam elocutionem putant: quum enim a latere quis aliquem adortus gladio occidit, *hausit illum* dicunt. *Serv.* — *Latus haurit*, quia sanguis exit. Metaphora ab utribus et doliis, e quibus vinum extrahitur facto foramine. Scal. IV, 16. Et notat Germ. Valens, Homerum eadem significatione usurpare suum ἀφύειν, Il. P et Ξ, διὰ δ' ἔντερα χαλκὸς Ἤφυσ'. Nonius, *confodit.*

317. Transit ad fratres Cisseum et Gyam: illum *durum*, quia ut rusticus, obdurato erat corpore; hunc *immanem*, quia procerus: pugnabant isti clavis ad exemplum Herculis, edebantque stragem, et agmina sternebant: tamen dejecti sunt ab Ænea. Itaque neque arma Herculis, nec virtus propria, nec meritum patris Melampodis, qui comes fuit Herculis, quum hic gravissimis laboribus est vexatus, quicquam juvere. Vide quam incerti sint in extrema necessitate favores anteactæ fortunæ.

322. Sequitur ultimus rusticorum Pharus; huic ignaviter clamanti jaculum in ore ingessit. Legendum itaque, *Pharo clamanti*, nam hoc concinnius; quam lectionem agnoscit Servius. Aliqui *Pharon*, et *clamantis*, non ita placent: ait *voces inertes*, quia *ubi pugnare oportet*, *loqui inertis est*, ait Servius.

324. Successum hujus adolescentis vestit poeta magnis circumstantiis. Erat Cydon in flavore primo lanuginis; sequebatur Clytium amores suos, quum pugnandum esset; vide quanta vis τοῦ παιδεραστεῖν : nam παιδικὸν poeta intelligit in Cydone; et in Clytio exoletum, quem catulastrum appellant glossæ optimæ a catuliendo: in eam voluptatem se tum primum induerat, ideo *nova gaudia*. In hunc vulnus et ictum destinavit Æneas, quo pæne Cydon stratus esset, jaceretque miserandus, et careret suis amoribus. Sed fata Æneam, ac proinde mortem Cydonis averterunt, ne mollissimus juvenis gloriam haberet; est enim gloriosum vinci ab hoste forti et virili. Sed quæ ratio avertendi Æneæ? est hic oculatissimus poeta. Septem fratres Phorci filii fiunt obviam illi; et hi quidem stipati in cohortem unam, et cum septem telis, quæ simul in eum conjiciunt: sed hæc omnia partim e galea, et clypeo resultarunt; partim deflexit Venus curans natum, quum tantum corpus leviter strinxissent. Vide, inquam, Lector, an

325. *Infelix*. Ad amorem detorqueo: qui alium depereunt, dicuntur amare infeliciter, ut etiam misere: sic amans Medea ab Eurip. δύστηνος: sic et in Æneid. I, Dido bibens longum amorem *infelix* dicitur. De Cretensibus accipimus, quod in amores puerorum intemperantes fuerunt: quod postea in Laconas, et in totam Græciam translatum est, adeo, ut Cicero dicat in libris de republica, « Opprobrio fuisse adolescentibus, si amatores non haberent. » Propter quod poeta *Cydonem* inducit amatorem: novimus autem *Cydonas* Cretenses dici. Vide notas vol. IV, pag. 132 et seq.

331. *Deflexit partim stringentia corpus Alma Venus*. Quidam ἐμφατικώτερον putant, id est, jam stringentia: alii participium præsens

Patrocli, citissime obiturus, ut ille. Arcades pugnabant in parte quapiam litoris, in quam fortasse torrens intulerat, ut solet fieri, et saxa plurima, et truncos arborum ripis dirutos aquarum vi: quum vero illi neque equos agere in locis impeditis possent, neque assueti essent pedestri prælio, cæperunt fugere, quod unicum in adversis remedium: ergo eos Pallas cœpit jam precibus rogare; jam jurgiis increpare.

369. Proponit primo ante oculos peccatum, videlicet *fugam;* et interrogando, quo vis major, *socios* appellat: quasi dicat; itane, qui sociis estis, desertores sitis? quod gravius crimen? agit cum illis jam precario, jam amarulenter ad evitandum crimen fugæ: ergo primo loco sunt preces; *per vos*, *per patrem*, *per me:* quid potuit in precibus efficacius? per vos, quorum sunt *facta fortia:* per patrem, in cujus comitatu vobis sunt plurima *bella devicta:* per me, cujus *spem* videtis jam *æmulam paternæ laudis.* Quid vero tam anxie petit? *fidite ne pedibus;* immo, hostem rumpite, qua densissimus globus; nam hac parte reduces patria nos vult: ac si dicat; vult patria vos et me accipere, si ad eam revertamur per cædes hostium, non turpi fuga: nam reditus ab fuga abominandus; ab cædibus laudandus.

375. Sequitur pars altera orationis, quæ tota objurgabunda: quum nulla nos premant numina; quum tantum nos urgeat hostis mortalis; quum nobis totidem, quot illis, animæ et manus, cur fugimus? his verbis procul dubio illos pudore suffundit, quod genus objurgationis acre.

377. Adhibet extremo loco impossibilitatem fugæ, quo majore pudore afficiat: ergo nec mari fugere, nec terra potestis: non mari, quia ingens est ejus magnitudo, quam non pedibus transibitis: deest terra fugæ, nam hanc hostes occupant: objicitis; eamus ad Trojam, id est, ad castra Trojana, ubi Ascanius: diluit; neque hoc possumus, nam qui *pelago?* Subeat, Lector, hanc urbem conditam ab Ænea in ipso maris litore: vide in lib. VII, 158, verba poetæ; *primasque in litore sedes Cas-*

375. *Numina nulla premunt.* A facili argumentatur, dicens non *contra Deos*, sed contra mortales bella tractamus. *Serv.*

377. *Ecce maris.* Quod est efficax, in fine posuit: nam dicit, eos quo fugiant non habere, quum terra ab hostibus teneatur; mare autem pedibus transire non possint: castra vero ingredi turpissimum sit: aut certe etiam hoc impossibile, si ab hostibus obsidentur, ut quidam volunt, intelligentes. Denique hæc verba exemplo confirmat.

trorum in morem pinnis, atque aggere cingit. Quum ergo Arcades descensum fecissent in ea parte, unde adire urbem, nisi pelago, non possent, ait Pallas aditum intercludi. Sic mihi visum de hoc loco poetæ. Si vero rem jure agerem meo, adimerem hoc hemistichium: nam neque lectio altera, quæ profertur, *deest jam terra, fugæ pelagus;* placet, ne recurrat vates, quod vitium est maximum.

379. Firmat Pallas exemplo, quæ oratione dixerat; et qui monuerat *rumpendam viam*, ideo *prorumpit;* et quia in *globum densissimum*, ideo ipse in *hostes densos*.

380. Prima sors contigit Lago misero; ideo *fatis adductus iniquis:* in voce *obvius* est πάθος, quasi ipse miser mortem quæsisset: sed quod mortis genus? res tragica: dum miser saxum vellit, quod terræ hærebat, et cui magnum pondus, hasta figitur: res, inquam, tragica: nam quum arma quærit ad salutem, tum mortem invenit: et quia inclinato erat corpore ad saxum arripiendum, hasta spinam mediam trajecit, ubi costarum discrimina. Pallas statim hastam ad se recipit, immo *receptat;* quo verbo indicantur moræ in recipienda hasta, utpote hærente firmiter in ossibus spinæ.

384. Inclinavit se Pallas ad recipiendam evellendamque hastam ex Lagi corpore; ac tum Hisbo potuisset, ut speraverat, occupare illum desuper, et interficere; sed furor nimius conatum impedivit: itaque Pallas ruentem incaute in se gladio excepit, penetrato pulmone. Nota hic esse duplicem rationem: est enim Hisbo incautus præ furore, et furit ex acerbitate mortis Lagi sodalis: ego admiror multa brevissime dicta: quot alii versus insumerent in describendo mortis genere; in Pallantis providentia; in Hisbonis præcipitantia; in præcipitantiæ hujus rationibus? in voce *incautum* est πάθος; nam verbum amoris hic in morte: et pulchre pulmo dicitur *tumidus*, tum naturaliter, tum ex ira.

388. Procedunt Pallantis gesta: interficit Helenum et Anchemolum: nam quamvis tantum *petit*, tamen est credibile

381. *Magno pondere.* Hoc est, magni ponderis: ut, « Ære cavo clypeum, magni gestamen Abantis », pro æris cavi. *Serv.*

383. *Receptat.* Ideo frequentativo usus est, quia ossibus inhærentem hastam facile avellere minime poterat: et expressit moram quamdam et molitionem extrahentis: ergo *receptat*, est frequenti concussione divellit. Tale est et illud, « Clypeoque sinistram insertabam aptans. » *Serv.* — Vide var. lect. et notas, vol. IV, pag. 138.

necem secutam, tum quia *petitio*, levis laus in tanto furore; tum quia statim, *vos etiam cecidistis*, quasi ceciderint etiam, qui præcesserunt. Historia Anchemoli, quam attingit, hæc est Serviano filo texta : fuit Rhœtus Rex Marrubiorum in Italia; mortua uxore, ex qua Anchemolum susceperat, duxit Casperiam; privignus novercam stupravit, et iratum patrem fugiens se ad Turnum contulit, cui nunc reddit hospitalitatis gratiam, ad bella sequens : ideo vero *gente vetusta*, quia Rhœtus ferebatur originem ducere a Phorco, marino Deo.

390. Transit ad duos Lari filios, Dauciam et Tymbrum, quos ideo Laridas vocat: erant hi *gemini*, id est, editi uno partu : ita vero similes, ut discerni a suis non possent; qui error gratissimus erat parentibus: sed hanc tantam formæ similitudinem Pallas crudeliter discriminavit; nam Tymbro abstulit caput; Dauciæ, quem *Laridem* vocat, dexteram : ne putes tamen Dauciam non obiisse; nam supra, *cecidistis :* sed ante mortem passus est hanc lanienam : vide vero, an quicquam vividius extremis versibus, ubi *decisa dextra quærit suum Laridem; digiti micant jam semianimes, et ferrum retractant!*

397. Stimuli quatuor accendunt Arcadas; externi duo, interni duo : externi sunt, Pallantis oratio, et ejus præclara gesta subjecta oculis : interni, dolor et pudor : præclare *accensos* memor sui, nam supra de Pallante, *virtutem incendit :* en itaque jam *accensos*.

399. Ad sententiam horum versuum cognoscendam scias hoc primum, Rhœteum et Ilum fuisse Rutulos; Tyren et Teuthranta, Arcadas : ergo quum Pallas hastam conjecisset in Ilum, tum fortasse Rhœteus miser ictum intercepit, quum fugeret duos fratres Teuthranta et Tyren. Itaque Rhœteus in fuga mortis mortem invenit, ac devolutus curru in terram est. An vero Ilus postea percussus a Pallante ceciderit, poeta non dicit; Servius et alii suspicantur cecidisse; nam verba illa, *hoc spatium, tantumque moræ fuit Ilo,* ad mortem Ili detorquent: ut dicat poeta; interceptio Rhœtei tantillum morata est mortem Ili. Est *fugientem præter*, præterfugientem.

394. *Thymbre.* Pro *Thymber*, metri caussa Metaplasmum fecit: ipse enim superius *Thymber* dixit. *Serv.* — *Caput Evandrius.* Docet Martianus Capella syllabam ubique esse communem, quæ desinat in *T* literam. Politianus cap. 71. *T.*

397. *Arcadas, etc.* Vehementer movetur virtus alieno exemplo, maxime ducis. *Donat.* — *Tuentes.* Modo intuentes, alias defendentes significat. *Serv.*

405. Aptissima comparatio ad exprimendam virtutem et ardorem Arcadum grassantium dire in hostes, sicuti flammæ solent in sylvam. Expende aliqua : ait *optato*, quia in æstate hoc solet esse votum, ut venti oriantur : *pastor immittit sylvis incendia*, non aliter ac Pallas ardorem suis militibus; et quia comparatio petenda esset a flammis, ideo præclare præmissum, *Arcadas accensos monitu* : ait *acies Vulcania*, et hæc *horrida*, et *per latos campos*, quia acies Arcadum cum horrore in hostes ingruit : et quia ubique grassata cædes, ideo incendia *dispersa*, et *extensa*. Demum, quia Arcadum *virtus omnis in unum coit*, ideo incendium incipit *correptis mediis*.

411. Sequuntur Halesi Rutuli facinora : quia *bellis acer*, ideo *tendit in adversos* : et nota genus oppositionis mirum; qui *tendit*, is *se colligit in sua arma*. Sed quæ ejus gesta? Tres conficit; quarto amputat dextram elatam in jugulum; quinti os contundit saxo, dispergit ejus ossa et cerebrum.

417. Halesi pater, fatorum sciens et divinus, filium in sylvis occultaverat : ut ille obiit, jam tum Parcæ, injecta manu, quod suum erat vindicarunt, ac Pallanti tradiderunt occidendum : itaque Halesum Pallas *petit* veluti sibi jure debitum, præmissa tamen oratione ad Thybrim, loci illius, ubi pugna committebatur, Deum.

421. Petit Pallas a Thybri felicem exitum hujus congressionis, et pollicetur trophæum : audit Deus : itaque occupatum Halesum in spoliando Imaone, ac proinde sine scuto in pec-

408. *Acies Vulcania*. Inepte Servius; « de igne aciem dicere, nimis incongruum est » : immo *nimis poetice*, ait Erythræus verissime. An insolitum est, ut ignis *pugnet*, et *hostis* sit? deinde, nonne ignis omnia devastat veluti hostiliter? cur non ergo dicetur *acies?* et sane qui diceret *exercitum flammarum*, poetice admodum loqueretur. Inde Sallust. Jugurt. « igni ager vastabatur. » Tertio, acumen est in poeta ex acumine ignis : quippe acies dicta ab fronte acuta in quam desinit, nam ea forma solet collocari : atque ignis etiam acuminata est forma, Græce πῦρ : immo ab illo acuminata omnia, ut pyramis, pyrum, pyrinæi : congrue itaque *acies Vulcania* cum respectu et ad formam ignis, et militiam, nam vis ignis, veluti exercitus est Vulcani. Plautus *violentiam Vulcani* dixit. *Cerd.* et *Taub.*

418. *Canentia lumina*. Aut Hypallage, pro *ipse canens* : aut physicam rem dicit : dicuntur enim pupillæ mortis tempore albescere.

419. *Injecere manum Parcæ*. Traxerunt debitum sibi : et sermone usus est juris : nam « manus injectio dicitur, quoties nulla judicis auctoritate exspectata, rem nobis debitam vindicamus. » *Serv.*

tore, Pallas telo occupat: atque adeo dum spolium quærit, mortem invenit.

426. Delabitur poeta ad res Lausi, unde innexione quadam pendent omnia, quæ sequuntur in hoc libro. Halesi morte Lausus nequaquam fractus est; neque fugit; immo acrius incubuit, ut qui *pars ingens belli:* et ante omnia Abantem interficit, qui reliquis pro muro erat; ideo vocat *nodum, et moram.* Quo prostrato fit cædes mira; nam multi promiscue cadunt, Arcades, Hetrusci, Trojani: ex hac enim triplici gente conflatus Æneæ exercitus: poeta omnia παθητικῶς verbis *sternitur, sternuntur, imperdita corpora Graiis.*

431. Explicat qualis hic conflictus, ubi concursus ducum parium, virium parium; ubi posteriores propellunt, et addensant priores, redduntque ita confertos, ut nec tela, nec manus moveri apte possint.

433. Dixerat pares esse duces: explicat jam in quibus sita hæc æqualitas, videlicet in virtute; in ætate; in forma; in fortuna: in virtute, nam *uterque urget, uterque instat:* in ætate, nam par ferme utrique: in forma, nam utrique egregia: in fortuna, nam neuter rediturus in patriam: sed noluit tamen Juppiter, ut sibi occurrerent, et inter se congrederentur: imminet quippe utrique major et nobilior hostis, Pallanti Turnus, Lauso Æneas.

439. Duplex sententia; prior, ut dicat, monitum a sorore Turnum, qui volanti curru in omnem partem ferebatur: posterior, quam ita concipit Servius, *monitus a sorore continuo secat agmen*, videlicet venturus in auxilium.

441. Ut ad suos Turnus pervenit, monet illos, tempus jam esse, ut desistant abscedantque a pugna, quia uni sibi fatalis est Pallas; optatque patris Evandri præsentiam, quo tragicus

428. *Oppositum.* Obstantem, fortiter pugnantem; et quidam dubium volunt, utrum *pugnæ oppositum,* an *nodum pugnæ*, quod est melius. — *Nodumque moramque.* Bene addidit *moram*, ne nodum alium acciperemus: nam *nodus* proprie est densa peditum multitudo, sicut *turma* equitum; ut lectum est in disciplina militari: modo autem *nodum* pro difficultate posuit, quæ vix possit resolvi. *Serv.*

430. *Graiis imperdita corpora Teucri:* quos Græci perdere nequiverunt. *Teucros* vero accipimus, quos secum duxit Æneas: nam ait, « Quorum de numero qui sese in bella sequantur Præstantes virtute legit. » Alias non procedit: nam paulo post erupturi sunt, qui obsidentur in castris. *Imperdita* autem quis ante hunc? *S.* — Statius postea imitatus est, Theb. III, 84: « Magno feries *imperdita* Tydeo pectora. »

successus esset τραγικώτερος, non aliter ac visum in Priamo quum spectavit ipse Polytæ filii cædem; Æneid. II, 531.

444. Discedunt omnes ad imperium Turni; quo reliquorum abscessu, ut primum a Pallante visus est Turnus, tum mirari cœpit superbiam jubentis; tum obstupescere magnitudinem corporis illius. Poeta hoc mire concipit verbis illis, *per ingens corpus volvit lumina*, quasi ita magnus Turnus, ut non satis fixus intuitus, sed necessaria oculorum volutatio ad lustrationem: inde statim *obit visu*, pari energia: alii sententiam aliter concipiunt, ut miretur Pallas superba jussa, quia statim omnes recessere. Non pugno; sed non probo.

448. Quid tum Pallas? nihil illo generosius; optat aut victoriam gloriosam interfecto Turno: aut mortem gloriosam interfectus ipse ab Turno: et addit, *sorti pater æquus utrique est*, id est, pater Evander æquo animo feret utramque sortem, videlicet sortem gloriosæ aut victoriæ, aut mortis: alludit scilicet ad Turni verba illa, *cuperem ipse parens spectator adesset*: pergit; *tolle minas*. Paucissimis hæc Pallas, ne si diu certamen differret, timidus videre posset: itaque statim procedit ad certamen in locum medium: ac tunc Arcades de successu timuere.

453. Desilit e curru; et pedes vult congredi, quia pedes quoque erat Pallas; quod jam supra; nam Arcades, qui soliti pugnare equis, propter iniquitatem loci pedites erant. Sequitur comparatio, ubi Turnus, quia ferocior, est leo; Pallas taurus: videt leo *ab alta specula*, quia Turnus sublimis erat in curru: taurus *meditatur prælia*, quia hoc initium bellorum Pallantis, et vere meditatio.

457. Ubi Pallas credidit, Turnum esse intra teli jactum; et esse *contiguum hastæ missæ*, id est, contingi jam posse ab missa hasta, prior Turno voluit ictum facere, putans fore ut hanc audaciam juvaret fortuna; prius tamen preces fudit ad Herculem paternum hospitem, conversus ad cælum, ubi is Deus. In minore quippe conatu contra Halesum, Thybrim in-

443. *Cuperem ipse parens. Ipse*, scilicet qui amat: *ipse*, qui inimicis meis auxilia subministrat: *ipse*, a quo missus est contra me. — *Spectator*. Quia graviora sunt quæ videntur, quam quæ audiuntur: quod leoni Turnum, et tauro Pallantem comparet, jam eventus rei demonstrabit. *Donat.*

452. *Frigidus Arcadibus coit in præcordia sanguis*. Præsagio mortis futuræ. *Serv.* — Imitatur hunc locum Valer. Arg. lib. IV, ubi Castor timet, viso Polluce fratre progrediente ad certamen contra Amycum. Versus sunt: « nudo steterat jam pectore Pollux, quum pavor et gelidus defixit Castora sanguis. »

vocaverat minorem Deum; in majore contra Turnum, Herculem invocat majorem Deum.

460. Precatur Herculem, quem putat sibi esse devinctum, quod acceptus fuisset hospitio a patre Evandro, quum Hercules *advena* et peregrinus erat: petit vero duo, rem, et circumstantiam rei: rem in illis, *cœptis ingentibus adsis*, quibus vult, ut Turnus cadat: circumstantiam in illis, *cernat semineci*, etc. Sententia est: prius quam exspiret, cernat me sibi rapientem spolia; atque illius oculi secum *ferant* me victorem vel inviti et nolentes. Dixerat modo Turnus, *cuperem ipse parens spectator adesset:* vicem ergo rependens Pallas, ait: sit ipse spectator suæ mortis; non rapiatur subito ictu; sed percussus tandiu vivat, quandiu doleat de interitu sibi a me illato.

464. Audiit Hercules, et frustra audiit, quia nullum in se auxilium impedientibus fatis; et *incassum missæ preces*, ut loquitur Livius libr. II: itaque compresso gemitu erupit in lacrymas, et has *inanes*, ut nihil valituras ad ferendam opem Pallanti: et lacrymæ quidem ex miseratione nec Diis negantur. Illa Ovid. II. Metamorph. *neque enim cælestia tingi ora licet lacrymis*, ex alio affectu procedunt.

467. Quum videret Juppiter flentem Herculem filium, solari illum cœpit ab decretis fatorum, quæ mutari nequeunt: cuique enim mortalium statuta est dies mortis: et vita quidem omnis, quamtumvis longa, brevis est, si comparetur cum æternitate nominis et famæ, quam virtus parit. Itaque, perire corpus, temporis est: extendi famam, virtutis. Rem postea efficit exemplis: nam cur Pallas eximatur a morte, quum in Trojano bello ceciderint multi Heroes, qui nati e Diis? Sarpedon etiam, qui filius ipsius Jovis: quin Turnus qui nunc futurus occisor Pallantis, jam ferme ad exitum vitæ pervenit: usurpat enim tempus præteritum, ut indicet, celerrimum

460. *Per patris hospitium.* Deest, mei. Obtestatur Herculem per hospitii jus cum patre Evandro quondam lib. VIII, « hæc limina victor Alcides subiit. » Quasi diceret Pallas; etsi Deus factus es meritis tuis, fuisti tamen aliquando homo, fuisti hospes patris mei, fuisti conviva; habes ubi vicem reddas. *Donat.*

461. *Te precor, Alcide.* Supra contra inferiorem hostem fluminis imploravit auxilium: nunc, contra hostem majorem viribus, Deum invocat virtute præstantem.

468. *Omnibus est.* Magna consolatio, quæ ostendit non esse dolenda communia: quis enim indignetur contingere sibi quod omnium est? *Serv.* — Stoicorum doctrinam refert, qui Deos colunt. Cicero idem ait in philosophicis, et Seneca passim in operibus suis.

exitium imminere Turno.... Hæc quum dixisset, oculos inde avertit.

474. Memineris supra dictum de Pallante, *ire prior:* ergo jam in conflictu hastam jacit, antequam Turnus, et qua potuit vi; mox gladium eximit; immo *diripit,* quo verbo indicata celeritas et prudentia, ne jacto telo inermis esset.

476. Sententia est, hastam Pallantis incidisse in extremas oras clypei; et illic difficulter viam fecisse ad Turni humerum, quem leviter vulneravit; penetravit etiam qua thorax tegebat humerum: nam per *tegmina humeri,* capio partem thoracis, quæ humerum summum tegebat.

479. Statim Turnus jacit hastam suam, nihil enim est aliud, *robur præfixum ferro acuto:* libravit diu, ut certior esset ictus. Quæ Turni consideratio opposita, ut credo, temeritati Pallantis: addit Turnus jactui verba insultabundus.

482. Sed qualis ictus Turni? transverberat, non oras clypei, ut Pallas, sed *medium clypeum,* ac verius dixeris, penetrat plurima ferri ac tauri terga: intelligit laminas ferreas, quibus tegebatur replicatilis pellis tauri : victis itaque tot moris perforat Pallantis ingens pectus.

486. Pallas indignabundus hastam statim rapit de vulnere, sperans fortasse fore, ut ea evulsa acrior rediret ad pugnam, sed *frustra* hoc: nam una cum hasta effluxit sanguis et vita: corruit in vulnus; dedere sonitum arma super ipsum; atque ille cruentato ore terram moriens petit.

490. Hæc omnia insultabunde et re, et verbo: re, nam pedem ille impressit, hoc enim est *super assistens:* verbo, nam jactabunde ait, se Evandro filium remittere, qualem ipse meruit, id est, mortuum: dixerat quippe supra Turnus, *cuperem ipse pater spectator adesset:* ergo nunc; quum non viderit morientem, videat mortuum. Hoc mihi gloriosum.

477. *Viam molita.* Hoc est, cum difficultate quæsivit: per quod et soliditas clypei, et minus firmus hastæ jactus ostenditur. *Serv.*

487. *Una eademque via.* Hic eadem est moduli ratio, quæ inferius lib. XII: « Uno eodemque tulit partu », figura, quæ *συνίζροις* dicitur. — *Sanguisque.* Adimunt aliqui, in his Gifanius, particulam *que*, et legunt, *sanguis animusque;* quia veteribus *sanguīs* producebatur in fine. *Animus* pro *anima:* nam *animus*, consilii est; *anima*, vitæ; Græcorum imitatione: nihil enim frequentius in Homero, quam θυμὸς, pro ψυχὴ. Hic secundum sectam Epicureorum locutus est.

492. *Qualem meruit Pallanta remitto.* Insultans Turnus, et successu superbior factus describitur: fieri autem non potuit, ut hostis et

493. Non invidet tamen sepulturam Turnus; dat enim illum sepeliendum, ut reddatur tum honos Pallanti filio, tum solatium patri Evandro, cui constabunt magno Æneæ hospitia: nihil potuit acerbius dicere in Evandrum; quasi dicat: inivérit Evander fœdus hospitalitatis cum Ænea; dederit filium: quid habebit ab eo hospitio, nisi præmium filii mortui?

495. Repetitur contumelia; nam iterum mortuus Pallas pede premitur: rapit etiam Turnus spolium, videlicet balteum ponderosum, in quo Danaidum cælata fabula, potius *nefas*, opera artificis Eurytionis; idque ex *auro*, et inde *immania* illa *baltei pondera*. Fabula hæc est: Danaus et Ægyptus fratres fuere: habuit ille filias quinquaginta, hic filios totidem: nupsere illæ suis totidem patruelibus, quos prima conjugii nocte fœde jugularunt, excepta una Hypermnestra, quæ Lynceo peperit viro suo: sic ultæ sunt filiæ paternas inimicitias: hostili enim animo Danaus et Ægyptus semper fuerant: causas adulti odii atque ulti atrociter, in aliis quære; igitur hoc pretioso spolio Turnus eximie lætatur: gaudium enim supra modum agnosce tot vocibus; *ovat; gaudet; potitus.*

501. Excitat poeta miram conquestionem ab intemperanti Turni gaudio, qui futurorum ignarus nullum nunc modum in secundis haberet; atqui futurum tempus, in quo nollet

Evandro, et Pallanti infensus, pro malefactis benevolentiam redderet: unde sub imagine humanitatis, dum sponte patri reddit occisum, etiam patrias pœnas conatur exigere: supra enim professus est, quid animi gereret: nam dixit: « Solus ego in Pallanta feror, cuperem ipse parens spectator adesset »: quod quia factum non est, alio genere cupiebat impleri; ut qui cadentem filium spectare in campo non potuisset, in sedibus suis positus videret occisum. Levius enim, ut supra dictum est, dolemus, si audiantur mala: gravius vero, si videantur. *Donat.*

499. *Bonus Eurytion.* Laus ab artifice: ut, « mira quem fecerat arte Lycaon. » Item, « divini opus Alcimedontis. » *Serv.* — *Eurytion* passim in codicibus impressis habetur; sed in antiquis *Eurytides* uno omnium consensu positum est. Epitheton vero illud *bonus* in manu scriptis exemplaribus variat: nam Oblongus codex, Mediceus, et aliquot ex iis, qui apud me sunt, *Clonus* habent. Romanus una plus litera *Clonius*: alius codex pervetustus *Comus*: sed quum *Eurytides* sit patronymici forma, *Clonus*, quod in codicibus emendatioribus habetur, pro nomine proprio mihi magis placet. Legendum igitur, *quæ Clonus Eurytides;* quod admisi post Pierium: vide vol. IV, pag. 150.

501. *Nescia mens hominum.* Hoc ad Turnum pertinet; quia propter hunc balteum occiditur, Æn. XII, 949. *Serv.* et *Taub.*

Pallantem interfecisse, emissetque magno, non abstulisse balteum, qui esset allaturus exitium: quin odio etiam esset habiturus et spolium, et tanti gaudii diem: et nota ingenium poetæ referentis hanc sententiam ad præterita verba Turni: dixerat hic, *haud illi stabunt Ænëia parvo hospitia:* ergo vicissim poeta: non tibi hæc cædes stabit parvo; immo magno.

505. Pallas jam tum efferebatur in scuto cum gemitu et lacrymis suorum: hic iterum poeta conquestionem excitat ab dolore, quo Evander excarnificandus; et gloria qua Pallas laudandus: ille propter amissum filium prima die certaminis; hic propter ingentes acervos mortuorum, quos fecit, antequam caderet: nihil enim majus neque ad dolorem illius, neque ad hujus gloriam: ergo quum redieris ad patrem, eris dolor; nam bello ablatus in ipso initio bellandi: eris decus; nam linquis ingentes acervos Rutulorum.

510. Hic tractus abundat πάθεσι: miros enim affectus et iræ et pietatis dat Æneas; iræ in Turnum, pietatis in Pallantem: ergo, interfectum Pallantem ab Turno, primo fama ad Æneam pertulit; deinde certus nuntius, qui advolavit. Quid vero nuntius? res Trojanorum esse in magno discrimine, nam *suos* quum dicit, Trojanos intellige, non Arcadas; ideo consequenter, *tempus versis succurrere Teucris.* Memineris enim supra dici, stratos Arcadas, Etruscos, Teucros: itaque misti cum Arcadibus Trojani quoque: vide vero tacitam Pallantis laudem, cujus obitu factum, ut Trojani in fugam verterentur.

513. Quid jam Æneas accepto nuntio? quæ sunt in proximo omnia *metit:* sic virtus indicata: facile enim aristas siccas messor demetit, pari facilitate Æneas hostes; ac si factum, ut per agmen ageret *latum limitem:* sic conjunge; nam lib. IX *et lato te limite ducam:* et inter tot unus Turnus quæritur, qui superbus et gloriabundus *nova*, id est, magna Pallantis *cæde.* Cur vero ita ardenter Æneas? quia multa simul viro pio obversantur, videlicet *Pallas, Evander, mensæ, datæ dextræ:* habent omnia emphasin: in *Pallante* considera floridam juventutem; militarem fortitudinem; spem maximam, hæreditatem paternarum opum: hæc omnia abrepta unico Turni vulnere: in *Evandro* miseram senectutem; vires jam langui-

507. *O dolor atque decus.* Duos hos versus plerique a poeta dictos volunt: alii a sociis qui reportant cadaver. Dolor autem propter illud, « Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert. » *Serv.* — Vide notas vol. IV, p. 150 et seq. et Martial. Epigr. VII, 4; XI, 14.

das; vitam sine spe; ademptam successionem : quid hac senectute miserius? demum fœdera, quæ in *mensis* inita, quæque *in datis acceptisque dextris*, omnia fœdata sunt hoc successu fortunæ : omnia ista Æneæ obversantur. Quin oratio est perturbata, ad indicandam perturbationem animi Æneæ, quod jam Servius vidit; video in hoc Æneæ successu repræsentata verba illa Sen. Rh. Cont. VIII. *Crede mihi pater, non sum mei juris, quum ille prælii clamor exortus est, invadere hostes libet; obstantes cuneos gladiis diducere: hic impetus, hic ardor animi.*

517. Quum tot interfecisset, servati sunt octo ad inferias defuncti; et hi quidem in florida juventute, ut par esset compensatio.

521. Vidit tum forte Æneas ante oculos Magum; contendit in illum hastam : hic astute et ex militari peritia *subit*, id est, inclinans se et submittens it sub hastam curritque; ac tunc hasta ipsa supervolavit Mago intacto, qui statim supplex ad Æneæ genua accidit, amplectens tangensque.

524. Sequitur oratio Magi ad Æneam : precatur per patrem, per natum; illum mortuum, ut quiescat placide; hunc vivum, ut surgat feliciter spe, quam præbet. Quid, inquam, precatur? *Animam :* nil potuit majus petere. Quibus? patri seni, nato

518. *Quatuor hic juvenes.* Emphasis virtutis, quod multos, quod juvenes, quod armatos, quod rapit : minus enim fuerat, si dixisset *capit.* Mira virtus hominis, qui tanta facilitate tot hostes rapiat. — *Quatuor.* Numerum parem elegit; quia de sacris Inferorum res est.

519. *Inferias quas immolet umbris. Inferiæ* sunt sacra mortuorum ab Inferis dictæ. Sane mos erat in sepulcris virorum fortium captivos necari : quod postquam crudele visum est, placuit gladiatores ante sepulcra dimicare, qui a bustis bustuarii dicti sunt. Usitatum Græcis (accepere ab his Latini) fundere humanum sanguinem ad sepulcra mortuorum, placandis illorum manibus. In Heliod. lib. IX et X Hist. Æth. magna est moris hujus mentio de juvenibus, qui servati in bello ad mactationem. Græcis parentationes dictæ αἱμακουρίαι : qua voce usus Pind. Olymp. Od. 2, ab sanguine puerorum, qui fusus.

523. *Et genua amplectens, etc.* Genua cur tangerent supplices vide supra apud Servium Æn. III, 607; Plin. XI, 45 : « Hominis genibus quædam et religio inest, observatione gentium. Hæc supplices attingunt : ad hæc manus tendunt : hæc, ut aras, adorant, fortassis quia inest iis vitalitas. » Ad quem locum vid. Dalecamp. *Emm.*

524. *Per patrios manes, et spes surgentis Iuli.* Per eas personas rogat, propter quod precatur : et bene ut in belli calore, breviter omnes locos ad impetrandam veniam complectitur. *Serv.*

impuberi: ergo, per patrem tuum serva hanc animam patri meo; per natum tuum nato meo; ut videlicet Æneas recordatione patris ac nati sciret quid gerendum in alieno. Addit pretium, si ista non satis; videlicet thesauros argenti cælati; aurum factum infectumque: et, ut credat Æneas sibi esse thesauros, addit speciem veritatis; *est domus alta*, etc.: ut ille ex domus magnitudine æstimet fortunas: demum ait, victoriam non constare se aut vivo, aut mortuo.

530. Quid vero ad illum Æneas? primo contemnit sordes pretii, ut se indignas; et aurum illud, atque argentum vult servari liberis Magi: nec locum esse commerciis, quum jam Turnus sustulerit Pallantem. De patre et nato quod objecerat Magus, diluit Æneas; nam ita placitum Anchisæ, ita Iulo. Dixit *commercia*, ait Jul. Scal. *quia vitam auro, atque argento mercabatur.*

535. Statim Æneas læva tenuit galeam, et miseri cervicem reflexit, atque ensem capulo tenus supplici abdidit.

537. Dat poeta explicatissime omnia, quæ in Hæmonide, ut ejus exitium appareat acerbius, et τραγικώτερον. Itaque interitus illius nobilitatur ab circumstantiis, quæ in hoc viro: inprimis ejus ministerium, nam *sacerdos Phœbi et Dianæ:* deinde insigne, nam illi *infula redimibat tempora*, et cum *sacra vitta:* nam videlicet vittis innexæ infulæ: tertio, erat illi vestis insignis, et arma insignia, et ideo ab utraque re *collucens*. Hunc igitur ministerio, insigni veste, et armis venerandum

532. *Gnatis parce tuis. Talenta parce* per accusativum, Plautine dictum, qui ait in Milite, « Parce vocem. » *Parce* autem est secundum antiquos *serva*, ut apud Lucilium et Ennium invenitur. — *Commercia*. Vicissitudines, facultatem ignoscendi, vel captivorum redemptionem. *S.* — Donatus de humanitate tantum interpretatur.

534. *Hoc patris Anchisæ manes, etc.* Idem sentire et patrem et filium dicit, quasi hoc commodum ad illos pertineat. *Serv.*

535. *Reflexa cervice.* Ut solent noxii: itaque hoc ad ludibrium. Retro cervice tracta, more hostiarum quæ Superis immolabantur; quippe hæ cælum spectabant supinæ; ut quæ Inferis, terram pronæ.

538. *Infula.* Fascia, in modum diadematis, a qua vittæ ab utraque parte dependent: quæ plerumque lata est, plerumque tortilis, de albo et cocco. *S.* — *Vitta.* Notetur mos antiquorum ex paritate rerum: coronæ lemniscis ornabantur, mitræ redimiculis, infulæ vittis: neque vero otiose; nam ut lemnisci serviebant illigandæ coronæ, ut redimicula illigandæ mitræ, ita vittæ ligandis infulis.

542. *Lecta refert.* Proprie dixit: nam spolia quæ aptantur trophæis, *legi* dicuntur, id est, eligi. — *Tibi, rex Gradive.* Ut, « Tibi, Phœbe,

Æneas quum vicisset, ac proculcasset ingenti contumelia; mox immolavit, ut victimam, et erepta arma ab humeris Seresto tradidit, qui sibi proximus, ad erigendum trophæum Marti: illud, *congressus agit*, est, quum prius egisset, id est, insecutus fuisset campo, congressus cum illo est. Expendit Servius τὸ *immolat;* quasi dicat vates; immolat sacerdotem, qui immolare consueverat. Quid sit, *ingentique umbra tegit;* non est facile divinare. Servius vulgaris multis explicat, et is, qui ex schedis prodiit, plures adhuc addit explicationes. Mihi visum, tantum alludi ad mortem, quam vocat *umbram magnam*, ut rem efficiat summopere tragicam.

543. Transit ad Cæculum et Umbronem: illum insignit a patre Vulcano, a quo genitus; hunc ab montibus Marsorum, unde advenit: et nota, signate dici, venisse non ab Marsis, sed ab *montibus Marsorum*, quia Umbro artem veneficam exercuit contra serpentes; hi vero in montibus. Sed de hoc late jam in septimo: hi ergo duo fusam Æneæ impetu suorum aciem instaurant. Vide notas IV vol., p. 154.

545. Contra hos duos Æneas furentissime, sed vis præcipua in Umbronem, cui attulit exitium: ergo in hunc quum irruisset, primo ejus sinistram manum, et totum clypei orbem uno ictu amputavit: deinde illum interfecit, qui magnum aliquid

sacravit. » *Serv.* — *Rex*. Deorum omnium commune elogium. *Cerda.*

543. *Instaurant acies, Volcani stirpe creatus Cæculus.* Κατὰ τὸ σιωπώμενον. Nam ante fusas accipimus: ergo eas *instaurant* adversus Æneam. Notandum *stirpem* de patre dictam, quum semper de longa generis significatione dicatur. *S.*

545. *Dardanides*. Patronymicum a majoribus. — *Anxuris ense sinistram*. Quidam ex hoc volunt intelligi etiam Umbronem occisum. Constat enim vere ab Ænea occisum, sicut ipse hoc libro in Catalogo ait, « Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum Evaluit. » *S.* — Torquet me hic locus, et possit alios. Quæ præcedunt, capiuntur de Umbrone; quæ sequuntur, de eodem sunt: quid ergo in medio narrationis facit *Anxur?* Nam illa, «Dixerat ille aliquid magnum », etc. de Umbrone capienda sunt. Mihi placet duplex solutio. Prima, ut *Anxur*, aut, quod potius credo, *Auxur*, sit *Umbro* ipsissimus, etiam Servio placet, qui quod imberbis adhuc dicatur *Anxur*, et inde jactantia illa promittentis sibi *canitiem* et *longos annos*. Altera, ut versus poetæ ita scribantur, « Dardanides contra furit (Anxuris ense sinistram Et totum clypei ferro dejecerat orbem) Dixerat ille », etc. Et ita *Anxur* iste sit extra materiam *Umbronis*, atque adeo inclusus parenthesi; ut dicat poeta: Furebat in *Cæculum*, et *Umbronem* Æneas, qui prius tamen Anxuris sinistram amputaverat, et orbem clypei. *Cerda.*

jactaverat; et fore, quod jactaverat, crediderat, animo cælum superbissime attingens, vitam sibi longissimam et canitiem promittens.

550. Tarquiti exitium narraturus omnia discriminat, videlicet ejus superbiam, genus, virtutem, mortem, et mortis circumstantiam: superbiam, nam *exultans*, quæ exultantia ab *armis fulgentibus:* genus, nam filius Fauni sylvestris Dei, et Dryopes agrestis Nymphæ: virtutem, nam *sese obtulit* Æneæ, et huic *ardenti:* mortem; nam quum Æneas prius ejus loricam et clypeum hasta consuisset; ac proinde usum tam loricæ, quam clypei impedivisset, mox caput illi gladio abstulit, oranti nequicquam et paranti multa dicere: circumstantiam mortis, nam truncum pede propulit indigne circumagens per pulverem.

557. Addit Æneas insultabundus Tarquito; *jace istic, qui prius metuendus;* et *jace*, inquit cum oppositione ad τὸ *exultans.* Sequitur, *non te optima mater*, etc., ubi πάθος ab matre, quæ filium non visura, nec mortuum: ab filio, qui insepultus: ab alitibus et piscibus, qui miseri cadaver voraturi sunt.

561. Sequitur multorum ærumna, Anthei, Lycæ, qui in primo Turni agmine; Numæ, et Camertis: in hoc sistit, vocatque *fulvum* a cæsarie, aut barbitio. Homerus sæpe de suis ducibus ξανθοὺς: prædicat illum a genere; nam filius Volscentis: ab opibus, nam *ditissimus agri Ausonidûm*, pro, *Ausonidarum*, ut Deûm, pro Deorum: quin ait regnasse illum in Amyclis, quæ urbs insignis Pythagoræ doctrina et silentio. Vide Excursum secundum, vol. IV, p. 197.

565. Aptissima comparatio ad Æneæ furorem explicandum. Erant Ægæoni centum brachia, centenæ manus cum totidem

556. *Super hæc inimico pectore fatur.* Quæritur quid tantum iste commiserat, ut sic sæviret Æneas: sed ubique de morte Pallantis objicitur dolor. *Serv.*

560. *Impasti.* Ita avidi, ut semper credantur impasti, sicut de Harpyis dixit, « et pallida semper Ora fame »: quasi de fame. *Serv.* — *Lambent.* Sunt qui reprehendant Virgilium, qui dat piscibus id verbi, quum careant linguis: dicuntque consideratiorem fuisse Homerum; neque advertunt dici ab eodem Homer. Il. XXI, in sermone piscium, αἷμ' ἀπολιχμήσονται: *lambent sanguinem.* Oppian. quoque (hunc Scaliger advocat) dicit de piscibus λάμπτουσι. Dicamus ergo notari hoc verbo aviditatem piscium, ideo etiam *impasti.* Nota etiam indicari a Virg. etymon piscium. Sunt enim, qui putent dictos a pascendo, in his est Isid. et alii. Ergo, « pisces impasti. » *Cerda.*

565. *Ægeon qualis.* Ipse est, qui

clypeis atque ensibus: inerant quinquaginta ora, quinquaginta pectora; quibus oribus, quibus pectoribus ignem spirabat adversus Jovem, adversus fulmina. Talem puta Ænean: videbatur enim dimicare adversus Latinos manibus et brachiis centum: adeo ille indefessus et ἀκάματος! Sed quid illud, *ut semel intepuit mucro?* puto hanc esse sententiam: ut vidit mucronem suum tepentem sanguine, id est, madefactum, tum cruore ipso excitatus majores edebat strages, ac per totam aciem victor *desæviebat:* hoc sane loco *de* auget significatum. Nolui poetam expendere: nam quis assequatur altissimam Musam? tantum nota decorum poetæ videntis omnia: nunquam comparat Ænean, qui Augustum repræsentat, cum leone, tigride, aut aliis feris immanibus et truculentis: has quippe Turno servat, Mezentio, aliis: quod quoties cogito, admiror.

570. Miraris ad furorem Æneæ? sed ecce majus quidpiam atque insolentius: equi Nyphæi, ut videre illum per mediam aciem gradientem, ac dira adversum omnes infrementem, ac si essent ratione præditi, versi statim in fugam sunt, Nyphæo excusso a curribus: itaque equi agnovere divini viri virtutem.

575. Orditur poeta Lucagi et Ligeris fratrum historiam: vehebatur uterque eodem curru bijugo; dant se ad pugnam in medium campi contra Æneam; hoc discrimine, ut Liger aurigaretur, Lucagus ense pugnaret: it illis Æneas obviam non ferens illorum ardorem. Applaudit poeta tacite virtuti Æneæ, qui unus, et pedes, in duos, et qui in curru: jam si expendas illud, *adversaque ingens apparuit hasta*, videbis nihil dici posse τραγικώτερον.

580. Liger insultabundus ait ad Æneam, non illi certamen

et Briareus dicitur, cæli et terræ filius. Alii hunc ex terra et ponto natum dicunt, qui habuit Cœum et Gigen fratres. Hic contra Titanas Jovi adfuisse dicitur, vel, ut quidam volunt, Saturno. *Serv.*

569. *Sic.* Ut non unam manum putares; namque ad hoc pertinet comparatio, ut intelligamus eum multitudinis vice dimicasse. *Desævit* autem hic *valde sævit;* alias *sævire desiit.* Serv.

579. *Adversaque ingens.* Hoc est, adversus ipse cum hasta apparuit: et bene *ingens* visus, quum adversa hasta minaretur. *Serv.* — *Ingens.* Ex more Epicorum, qui suis Heroibus semper attribuunt magnitudinem corporis. Talis hic Æneas, talis Turnus, qui « toto vertice supra est. » Talis apud Homerum Ajax, Achilles, Agamemnon, Idomeneus, et plures alii.

580. *Cui Liger.* Quamvis non parum venustatis et elegantiæ videatur habere lectio absque eo

esse adversum Græcos, non cum Diomede, aut Achille, qui pugnabant e curru in bello Trojano; neque id bellum esse in campis mollissimæ Phrygiæ, sed in Latinis, ubi futurus finis belli, et vitæ Æneæ. Non assentior interpretibus, qui hoc referunt ad fugam Æneæ, de qua Homerus: hoc enim languidum esset argumentum Ligeris: immo fingit Diomedem et Achillem in fugam versos a Trojanis; ac proinde istis Latinos præfert, quasi dicat; non sumus imbelles Græci, qui fugiamus, et quos tu vincas.

583. Hæc Liger per summam dementiam: sed vere *dicta*, quia longe a factis; et vere *volant*, quia nullius ponderis. Æneas *contra parat*, non *dicta*, sed facta; quia *jaculum in hostem torquet;* videlicet in Lucagum, ut statim explicat, non in Ligerem: nam, tametsi provocatus hujus verbis, videbatur in illum jaculaturus; sed certe verba Ligeris volare permisit; attendit ad facta Lucagi, qui ensem rotabat.

586. Quum Lucagus pendens in verbera equos telo stimulasset, lævumque pedem extenderet, ut ita se ad pugnam compararet, Æneæ hasta subiens per imam clypei partem lævum inguen, quod ad pugnam Lucagus extenderat, perforavit: ac statim miser excussus curru devolvitur, et interit.

591. Insultat Æneas Lucago cadenti e curru; idque cum irrisione: nam hanc ex habitu orationis debes agnoscere. Non probo illos, qui sententiam referunt ad Homer. Iliad. Simpliciter loquitur: non te equi tui prodidere, in quibus nulla segnities: non objectæ tibi vanæ umbræ hostium: tu ipse exilis, tu currum deseris: statim ad se equos traxit; ac tum Liger perculsus et fato fratris, et metu suo delapsus e curru, ad Æneam supplicabundus accessit.

597. Magni affectus, et oppositi præteritæ insultantiæ: jactaverat Liger in Æneam miram vesaniam; jam mortem horret: orat illum per ipsum, per parentes: quid vero tanto conatu? *sine* et *hanc animam*, et *miserere precantis*. Quid tu, Lector, hoc homine et dementius prius, et nunc abjectius? atqui Æneas hic totus ferox revocat illi in memoriam, quæ prius jactaverat; hortatur mori ut velit, neque fratrem deserat: ac vix hoc dicto, miseri hominis pectus perforat, quasi fenestram aperiret exituræ animæ.

602. Sequitur velut epiphonema factorum Æneæ, qui *ede-*

carminis imperfecti principio, *Cui Liger*, ea tamen duo verba passim in antiquis codicibus reperimus: quare illa præterire religio est. *P.*

bat funera, et formidandas strages ad eum modum, quc rens, aut turbo solent furere: in hoc vero puncto temp Trojani, qui obsessi, portas aperiunt, et dant se in can ad pugnam. Ascanii qui Princeps obsessorum, poeta mer

606. Notat in verbo *compellat* amicam confabulatio inde et *ultro*. Duæ amoris faces, germanitas et conjug quid vero ad illam? non tu falsa es, Juno. Venus Trojan res sustentat: nam illi nulla belli virtute præditi sunt; feroci animo et periculorum patientissimo. Oratio hæc ironica: quasi dicat; non egent illi Venere; fortissimi ac patientissimi laborum: nam, ut tu vides, Juno, non rum pugnæ Venus adest; et tamen miranda edunt.

611. Intellexit Juno mariti animum et dolos, ac prop ipsa clare culpam in illum conjicit: tu me ægram, o co facis; te timeo, non Venerem, non alium. Vin'scire cau quia tu me non jam amas, ut olim, et ut decuerat: n mihi vis eadem ad te alliciendum, annon possem ego Tu pugnæ subducere, servare incolumen patri Dauno?

617. Amara concessio: pereat, et, pius licet, mori quasi dicat; quid tu curas Juppiter, si pietatem non c cui faves, si virtuti non faves? Duo dixerat, et *pereat;* et est: diluit primum, et firmat alterum. Cur pereat, qui a nobis originem, et cui est avus quartus Pilumnus I firmat quæ dixerat de pietate; nam te sæpe coluit sacris et tua limina. Perinde ac si dicat; quæris aliena merita? rum est genus. Propria? pius est, et religiosus: et nota nis artem, quæ latenter Turnum æquat Æneæ, cujus prop elogium, pietas: si Æneas Deos patronos habet, quia Turnus quoque *pius* est.

621. Respondet Juppiter Junoni, tantum se posse su here Turnum morti ad tempus aliquod: itaque hoc dat

608. *Ut rebare.* Ut arbitrabaris verum est, quod Trojani Veneris utuntur auxilio: et dictum est per Ironiam: nam superflue quidam hanc orationem simplicem volunt dictam, ut re vera dicat Jupiter per se nihil posse Trojanos, quod falsum est: adeo ut Junonis oratio ad Ironiam, non ad simplicia verba respondeat. — *Nec te sententia fallit.* Hoc per parenthesim dictum est.

611. *Cui Juno submissa.* lis; et quia intelligit obliqu janorum accusatione imp suum pudorem, etiam ipsa r det oblique. *S.* — *Submiss* milem esse decet, quam nec precandi urget. *D.* — Vide in hunc locum vol. IV, pag.

621. *Rex ætherei breviter tur.* Ubique Reges breviter lo tes ostendit: « Jupiter hæc pa

cibus uxoris, ut differatur mors, quæ jam præsens Turno aderat; et permittit, ut fuga illum eripiat ab instantibus fatis: hoc tantum indulget. Sin vero sub illis precibus major aliqua latet venia; id est, si petitur a me, ait Juppiter, ne hoc sub hoste cadat Turnus, et belli hujus ratio mutetur, spes ista inanis est. Hæc est sententia : explico aliqua; est *caduco*, morituro: illud, *meque hoc ita ponere sentis*, id est, sentis me posse ita statuere: *hactenus*, id est, hucusque indulgeo.

628. Duplex pugnandi modus in Jovem: primus lacrymis; sunt hæ potentissimæ: alter ratione; ea hæc est. Quod *gravaris*, id est, abnuis, *voce dare*, posses, si velles, mente concedere; ac tum *Turno maneret rata vita*, id est, perpetua, non ad tempus. Ita explicui, ut intelligeres. Juno certe altius concipit; nam rogando, tum urget acrius, tum lædit minus Jovis animum. In illis, *da mente*, *quod gravaris voce*, latet hæc sententia: vox tua pro fato est; nam Statius dixit, *et vocem fata sequuntur*. Ergo, non dubito, quin, si diceres, mente etiam sentires: absolvit tandem cum querelis et novis precibus: querelæ; insons est, et tamen indigne periturus, nisi ego vana sum augur veritatis: sed utinam ludat me mea formido, et vana ac falsa sim! preces, utinam reflectas in melius, quæ semel exorsus es; certe *potes*.

633. Accingit se statim Juno ad dolos; ideo *protinus*, et *misit se*, ut solet e cælo avis: venit vero *succincta nimbo*, id est, nubibus; nam præcessit *agens hyemem*, id est, commovens tempestatem: hoc apparatu descendit ad campum, ubi Trojani et Latini.

636. Quis vero dolus? effinxit illa e nube tenuem umbram,

et, « Tum breviter Dido vultum demissa profatur. » *Serv.*

622. *Si mora præsentis lethi.* Ex Jovis concessione quali arte egerit Juno, cognoscitur; scilicet ut Turnus possit evadere. *Serv.* — *Lethi.* Qui ita scribunt, ducunt hanc vocem ἀπὸ τοῦ λαθεῖν; est enim mors rerum oblivio: qui vero *letum*, ducunt ἀπὸ τοῦ λύειν, nam mors est corporis solutio. Etenim antiphrasim illam, *lætum*, *quia non læta mors*, ἀσεισοῦμαι. *Cerda.*

626. *Venia ulla.* Beneficium quod te sperat mereri: et duas habet significationes: quod petitur, ut hic, et quod conceditur, ut, « Si qua est victis venia hostibus, oro. » *S.* — *Spes pascis inanes.* Pro, « spe inani pasceris. » Ita Euripid. in Bacch. ἐλπίσι ἐβόσκετο: item Æsch. in Agam. οἶδ' ἐγὼ φεύγοντας ἄνδρας ἐλπίδας σιτουμένους. *Spem pascere*, ait Donatus, est quasi aliquo cibo promissis inanibus optata nutrire.

636. *Tum dea.* Potest sensu integro *Dea* detrahi. *Serv.* — *Nube cava.* Solere similes formas com-

quæ referret similitudinem Æneæ: addidit tela, clypeum, jubas: in hac forma nullæ vires: erant verba, sed hæc inania: sonus, sed sine mente: gressus, sed hic fictus. Ait Scaliger de his versibus, esse *facilius intelligere, atque admirari; quam vel imitari, vel explicare.* Legendum porro *assimilat*, non *assimulat.*

641. Sequitur aptissima comparatio: erat forma illa quasi idolum; figuram vocat poeta, defuncti hominis; qualia idola feruntur volitare: aut instar somnii, quo solent deludi dormientium mentes. Certe Pind. Od. VIII. Pyth. utramque rem conjunxit, σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι: *umbræ somnium homines*, ut videas quam non sine imitatione Virgilii utramque rem conjunctim advocarit.

643. Cœpit statim imago illa exsultare ante acies; irritare Turnum telis et voce: hic instare, hastam conjicere; illa tergum dare et fugere.

647. Putavit Turnus vere Æneam fugere: itaque plenus spe et animo fugam illam increpat, ne thalamos Laviniæ deserat, fore ut victus hasta sua terram teneat. Ad hæc, voces addit; hastam coruscat; neque sentit miser se inaniter gaudere.

pingi atque efformari non ex aere solum, sed ex nubibus, vaporibus, exhalationibus, hoc ipso Virgilii versu probat diligentissimus Delrius lib. II, Disqu. Magic. quæstione 27, sectione 2. Fit enim uti hac rerum mistione facilius formæ et membra exprimantur, conglutinentur, condensentur.

637. *In faciem Æneæ.* Quæ Æneæ faciem habebat: atque hoc ex decoro fictum est, ne vir fortis fugisse videretur. — *Jubasque.* Propter equinam caudam, quæ esse solebat in galeis: unde est, « cristaque hirsutus equina. » *S.* — Vide notas vol. IV, pag. 163 et seq.

644. *Irritatque virum telis.* Ideo hoc arte agit Juno, et imagine decepit Turnum: quia si ei ex aperto fugam suaderet, more viri fortis ille fugæ præponeret mortem; cum præsertim ipse in sequentibus dicat, « Usque adeone mori miserum est? *Serv.*

647. *Ænean aversum.* Nescio quo factum fato, ut typographi semper excudant *Æneam*, quum Virg. scripserit *Ænean* terminatione Græca in *n*, non in *m*, quod clare indicat locus in quo sum: ac proinde, ut hic, ita alibi, semper scribendum. *Cerda.*

649. *Pactos.* Nunc passivum: ut, « Pacta puella. » — *Thalamos ne desere pactos.* Cum Lavinia, ὑμεναιῶς: quasi dicat; exspecta, dum servata pactorum fide optatam duces uxorem. *Taubm.*

652. *Nec ferre videt sua gaudia ventos.* Proverbium est, « Venti ferunt gaudia », id est, lætantur incassum. Sic supra, « sed auræ Omnia discerpunt. » Item, « partem Mente dedit, partem volucres dispersit in auras. *Serv.*

653. Indicatur occasio liberandi Turni a bello et cæde, quæ illi imminebat: erat fortasse navis hærens promontorio ipsi, cum scalis expositis et parato ponte; qua nave Osinius Rex advenerat e Clusio: huc se in fugam conjecit imago Æneæ trepida. Turnus ardore magno putans verum esse Ænean; cum impetu involat, instat, ac pontes transilit, avidus assequendi hostis: sed vix proram attigerat, quum Juno funem rupit, navem avulsit, ac rapuit per turbata maria. Per *crepidinem celsi saxi*, accipe rupem, quæ instar promontorii ibi inerat; ac cui conjuncta Osinii navis et illigata.

661. Ista omnia longe a vero; neque enim Æneas fugit, neque Turnus inde aliquid gloriæ habuit: immo tunc Æneas in unum Turnum ferebatur, obvios quosque, dum illum quærit, prosternens: atqui imago interim, nullis latebris quæsitis, in altum rapitur, dissipaturque in atram nubem, turbine rapiente Turnum per maria.

666. Tum demum Turnus ludibrium esse intellexit, tametsi ignarus illud fieri in salutem suam, ingratusque de accepta, vocem ad cælum et manus sustulit cum querelis.

653. *Forte ratis.* Descriptio per ἔκφρασιν facta: non enim a superioribus pendet, sed antedictis adjungitur: ut, « Insula Sicanium juxta latus. » Has autem descriptiones esse aptas et raras convenit. — *Crepidine saxi. Crepido* est abrupti saxi altitudo. *Crepidines* etiam *templorum* dici ipsos suggestus in quibus ædes sunt conlocatæ; et *crepidines viarum*, id est, ipsæ eminentiæ dextræ sinistræque. Sane hic Antiptosis facta est propter metrum. *Conjuncta* ergo *crepidine*, pro *crepidini*: sicut, « Hæret pede pes », pro *pedi*. Est autem ablativus pro dativo. *Serv.*

659. *Vix proram.* Ἀσύνδετον: sic enim melius. Vide etymon apud Lil. cap. 21, de Navig. Arripio illud, ut quasi πρωΐρα dicatur, quia præcedat. *Cerda.* — *Rumpit Saturnia funem.* Debuit dici, « cum rumpit Saturnia funem »: ut, « Vix e conspectu Siculæ telluris, Cum Juno æternum servans. » Ideo autem *rumpit*, ne deprehenso dolo Turnus in bellum rediret. *Serv.*

666. *Respicit.* Conferatur hæc fuga Turni, oratio, affectus, cum fuga Alarici ab Italia, oratione, affectibus apud Claud. de VI, Cons. Honor. *Cerda.* — *Ignarus rerum.* Id est, artis, per quam evaserat: hoc est, nesciens hoc pro salute sua factum, ideoque et ingratus; nam et queritur. *Serv.* — *Ingratusque salutis.* Hominem acceptæ salutis ingratum repræsentat Horat. eo versiculo: « Invitum qui servat, idem facit occidenti. » *Cerda.* — *Ingratusque salutis.* Pro *caussa salutis*: vel, ingratus de accepta salute, et nullam gratiam habens pro illis, quæ pro salute ejus facta erant: quippe qui auctorem nesciret. Ita et Gr. *ἀχάριστος τῆς σωτηρίας*. Notat et Scal. IV, 16. *Taubm.*

668. Ardentissima oratio, et plena conquestionum: fugam illam, non sua voluntate factam, vocat *crimen*, ac proinde sequutæ sunt pœnæ, quas tunc pendit: idque queritur. Deinde sequuntur stimuli doloris plurimi, quibus se ad iram acuit: ubi necessario subaudienda multa. *Quo feror* in incertum? *unde abii? quæ fuga reducet* me in castra? et *quem*, id est, qualem *reducet* me? videlicet plenum ignominia et dedecore: sunt vero isti affectus animi dubitantis de successu.

671. Pergit dolens, aitque, se non jam posse redire ad castra; nam desertor fuisse putabitur; neque ulla erit res, quæ satis queat mederi tantæ ignominiæ: quasi dicat; qui rediturus sum in castra, ubi qui me secuti, dicent de me, jactabuntque quod volent? quos reliqui in morte? quos nunc video palabundos? et quorum accipio gemitum, quum moriuntur? dicuntur ista omnia satis tragice.

675. Deliberat jam de exitu: ergo *quid agam? quæ tellus satis ima* (intelligit Tartarum) *dehiscat mihi?* quum videat Turnus, se non esse in terra, quæ possit dehiscere, corrigit se, et ventos adorat venerabundus; petitque ab eis, ferant ratem illam in rupes, in saxa; immittantque illam sævissimis vadis alicujus Syrtis, ut ibi obruatur; neque sciant Rutuli, ubinam locorum perierit, nemine inde nuntio apportante famam.

680. Duplex viri fortissimi deliberatio, et ejus qui graviter ignominia pungitur. Prima, an se interficiat? altera, an ad bellum redeat? Ratio utriusque *ob tantum dedecus*. Primam exornat atrociter, alteram viriliter: quid enim atrocius, quam velle se *mucrone induere, crudum ensem per costas exigere?* quid

669. *Expendere pœnas*. Nam præcessit crimen, et hoc sequuntur pœnæ: inde conquestio illa apud Ovid. Metam. IX, « patior sine crimine pœnam », quia, « viximus innocuæ. » *Cerda*.

677. *Turnus adoro*. Id est, juxta veteres, qui *adorare* adloqui dicebant; nam ideo et *adoria* laus bellica, quod omnes cum congratulatione adloquebantur eum, qui in bello fortiter fecit. Alii *adoro* pro *oro*, ut *ad* vacet, et sit metri caussa additum. *Serv.*

679. *Quo neque me Rutuli, etc.* Optat esse, ubi agnoscatur a nemine. Tale illud Tibull. IV, el. ult. « Qua nulla humano sit via trita pede. » Et Propert. Eleg. I, 1: « Ferte per extremas gentes, et ferte per undas, Qua non ulla meum femina norit iter. » *Cerda*.

681. *Mucrone induat*. Aut *καταχρηστικῶς* dixit *induat*, pro feriat: aut Hypallage est, pro mucronem suo induat corpore. Si enim *induere*, est vestire; non mucrone corpus induitur, sed induitur mucro corpore, id est, tegitur et vestitur. *Serv.* — Alii dicerent, ait Scal. IV,

virilius, quam *jacere se mediis fluctibus*, *nare ad litora*, *reddere se iterum in arma hostium*, postquam jam exemptus fuerat a periculo?

685. Tentavit *ter*, id est, sæpe rem utramque; et toties Juno continuit juvenem misericordia commota. Tandem Turnus secundo mari pervenit ad urbem patris Dauni, Junone navem eo dirigente, ut affectus et amor patris juvenem retineret. Expende poetæ artificium in hac Turni fuga: et navis salutem Turno attulit, quæ erat hostium, et quæ hostes adduxerat adversum Turnum: sic sunt humana.

689. Nulla esset gloria Æneæ, si hostes vinceret carentes duce: ergo Mezentius pugnæ succedit loco Turni: id Dii voluerunt ad Æneæ, ut dico, gloriam; ideo *monitis Jovis*. Quæstiunculas Servii negligo, quas esse εὐήθεις duco: tu expende apparatum ingredientis in aciem, *ardens*, *succedit*, *invadit*. Tyrrheni erant infensissimi Mezentio, uti apparet ex narratione Evandri lib. VIII: horum itaque acies integræ in illum ruunt; omnes unum petunt, ut *odiis*, ita et *telis*.

693. Vidisti rupem, quæ prodit in vastum mare; quæ ventis obvia, et exposita fluctibus; quæ minas omnes perfert cæli et maris, nec movetur e loco; talem puta Mezentium inter hostiles furias; evaginatos gladios; prætentas cuspides. Expende voculam, *vim cunctam*, quæ signata; non *omnem*, ad explicandum ab omnibus simul junctim oppugnari unum, non vicissim.

696. Sed jam ad facinora: interficit Hebrum, Latagum, Palmum: variat omnia poeta: nam primum sternit; alteri faciem comminuit saxo; tertio succidit poplitem: hujus arma et cristas dat filio Lauso: arma ad humeros; cristas ad galeam.

[6]81. Se in mucronem induat: aut, Mucronem suo pectore induat: ἐνδυσῃ. Cæsar de B. Gall. lib. VII, « Se ipsi acutissimis vallis induebant. » Vide notas et varias lect. vol. IV, p. 166.

689. *At Jovis interea, etc.* Quæ hic Serv. de sacrilegio vana sunt: vere incitatus est a Jove etiamsi malus, ad eum modum, quo Iliad. IV, Pallas Jovis præcepto excitat in Græcos filium Lycaonis etiam contra fœdera, ut hoc flatu bellum accenderetur. Inde Hom. τῷ φρένας ἄφρονι πεῖθεν. Ut ergo hoc Pallas, cur non et Jupiter ad bellum concitet furentem hominem?

692. *Uni odiisque.* Bene repetitur *uni*, ut ostendat conspirationem Etruscorum soli Mezentio incumbere. *Serv.*

699. *Occupat os.* Bene notat Serv. dici hoc Græca figura. Tale illud Il. IV, ὁππότε κέν μιν γυῖα λάβῃ κάματος: *si quando ipsum membra occuparet defatigatio.* Sed ibi sub-

702. Numerat duos alios, qui interfecti ab illo, *Evantem*, et *Mimanta*. Primum ait fuisse *Phrygium;* et fortasse ideo *Evantem* nominat: nam Phrygii semper bacchabundi; et *Phrygios modos* nemo ignorat, horumque luxuriam. De altero longior est sermo: erat Mimas filius Amyci et Theanus, æqualis ævo Paridi, hujusque comes: nam qua nocte Theano Mimanta peperit, eadem nocte Parin Hecuba filia Cissei. Sed vide fati extremi inæqualitatem: Paris in Troja occubuit; Mimas in Italia: ita scilicet fortuna calamitates divisit. Illud de Hecuba, quæ *face prægnans*, refer ad somnium, quo visa est sibi facem parere, et vere peperit; nam unico Paridis flabello tota arsit Troja.

707. Non facile invenias, cum quo conferas tractum istum inter Poetas aut Græcos, aut Latinos: latet aper in Vesulano monte, aut Laurentia palude, ubi sylva arundinum, unde ille pastus: tunc si canum morsibus et latratibus eruatur e latebris in ipsa retia, primum subsistit meditabundus quid agat; deinde infremit; demum inhorrescit, nemini vero venatorum aut ira, aut virtus suadet prope accedere; sed eminus instant jaculis, et tutis clamoribus.

audienda est præpositio κατὰ, ut dicat, κατὰ γυῖα. Ita in Virg. syntaxis est, « occupat faciem ad os », id est, ea parte faciem occupat, qua est os. *Cerda.*

706. *Ignarum Laurens habet ora Mimanta.* Scilicet casus sui: vera tamen lectio est *Ignarum*, id est, ignoratum, qui nesciretur: et est supina significatio, sicut in quarto, « Liquitque volatile ferrum Nescius », pro « qui nesciebatur. » Alii Hypallagen volunt esse, ut « Mimas in Laurenti ora ignota jacet. » *Serv.* — Sallustius: « More humanæ cupidinis *ignara* visundi. » Ita et *nescius* passive usurpatur a Plauto Rud. I, 5: « Quæ in locis nesciis nescia spe sumus. » — *Laurens habet ora Mimanta.* Conquestio frequentissima in poetis. Erat enim tristissimum occumbere longe a patria: inde itaque quæsitus dolor a poeta, quod quum Paris in patria occubuisset, non idem beneficium contigisset Mimanti, quum æquales in aliis essent. *Cerda.*

713. *Tutis clamoribus.* Præter periculum: id est, ipsi tuti. *Serv.* — *Clamoribus instant.* Pythius apud Germ. Valentem, item H. Stephanus in Schediasmate Virgil. et, qui instar omnium mihi est, Jos. Scaliger, Prolegom. in Manilium emendatæ Editionis, huic versui continue jungunt illos duos: *Ille autem imp.* et, *Dentibus infrendens, etc.* quod feræ magis, quam Mezentio, judicio omnium sanorum, conveniant. Ita Lucan. lib. VI: « Sic Libycus densis elephas oppressus ab armis Omne repercussum squalenti missile tergo Frangit, et hærentes mota cute discutit hastas. » Et jure mihi fecisse videntur; pace nostri Cerdæ

714. Sic Tyrrheni, quibus justa est ira in Mezentium; quibus animus militaris et virtus; non tamen audent cominus aggredi; sed e longinquo rem gerunt jaculis et clamoribus; nam hoc tuto possunt. Expendo aliqua: quia dixerat de apro, *nec cuiquam irasci*, ideo de Mezentio, *justæ quibus est Mezentius iræ:* quia de illo, *prospiusve accedere virtus*, ideo de hoc, *non ulli est animus stricto concurrere ferro*. Itaque ut *irasci* et *iræ* sibi respondent; ita *virtus* et *animus*. Procedo: quia de illo, *sed jaculis, tutisque procul clamoribus instant*, ideo de hoc, *missilibus longe, et vasto clamore lacessunt*. Servius videt aliud quidpiam. Vesulus mons est Liguriæ juxta Alpes, et Liguria cohæret Thusciæ: ergo ut ab Liguria eductus aper; ita Mezentius ab cohærente Thuscia.

717. Sunt qui hos duos versus adnectant cum superioribus, ita ut illis continuetur sermo institutus de apro, atque adeo aper dicatur *impavidus*, et *cunctari* et *infrendere dentibus*, ac *tergo hastas decutere:* non placet horum judicium. Sunt qui de Mezentio accipiant; ac tunc explicabis hunc in modum: quia aper *substitit*, ideo Mezentius *impavidus cunctatur in omnes partes:* quia ille *infremuitque ferox*, hic *dentibus infrendens:* quia ille *inhorruit armos*, hic *hastas decutit tergo*, id est, scuto facto e tergoribus boum. Ego præfero hanc explicationem; nam interjecti versus faciunt, ne debeat continuari sermo assumptus de apro. Vide notam infra.

719. Hæc quum sint clara, unico tractu percurrenda, et quæpiam expendenda. Ergo Acronis rès partim inexspectatæ adhibentur, partim tragicæ; et omnia ad movendum Lectorem. Quid magis inexspectatum, quam venire ad auxilium Trojanòrum hominem Græcum? Quid magis tragicum, quam liquisse infectas nuptias? Itaque desponderat sibi virginem; sed domum non duxerat, ac proinde neque amorem primum gustarat, ideo postea *infelix Acron*, ut supra Cydon *infelix* dicitur, quia sequebatur *sua gaudia*. Videt hunc Mezentius *miscentem media agmina*, agentem nihil in bello serium, tan-

dixerim. Vide varias lectiones, vol. IV, p. 170; et adnotationem nostram, vol. V, p. 341 et seq. ubi Scriverium aliosque eadem audentes confutare tentavimus.

723. *Impastus, etc.* Scal. V, 3, hæc cum Homericis Iliad. III, 23, comparans, Ecce, *inquit*, quomodo dixit πεινάων, *Impastus:* in utroque verbo moles est. Cæterum ornamenta sunt maxima: « fugacem capream »: et, « cervum in cornua surgentem »: κεραὸν et πεινάων. *Vesana fames:* amentes enim famelici

tum versantem in aliorum tumultu et fervore. Sed cur hunc præ aliis vidit? quia huic viro cristæ purpureæ, et lucentissimum ostrum ad futuras nuptias. Hac ergo tanquam præda invitatus ruit in illum, instar leonis, qui præ fame ferocior, quum capream, aut cervum vidit, illam *fugacem*, hunc *surgentem in cornua*, id est, sublimem cornibus; *gaudet, hians immane,* diducto oris hiatu magno, ut famelicus; et *comas* arrigit, id est, jubas, ac tunc advolans *hæret*, accumbitque super visceribus prædæ, ac totus cruore perfunditur. Dicit *lavit* antiquum, pro *lavat*. Talem puta Mezentii impetum in Acronem, qui statim *sternitur:* nulla enim illi virtus ad resistendum, sicut nec capreæ, aut cervo contra leonem. Adhibet circumstantias mortis; nam *calcibus humum tundit, cruentat tela;* et hæc *infracta*, ut quæ primo impetu Mezentii diffracta. Expende cervum dici *surgentem in cornua*, quia Acroni cristæ: et nota puncto temporis interfectum illum, ut cervum, aut capream a leone, quia tam Acron, quam hæ feræ, imbelles. Explica *alacrem*, promptum, strenuum, ἕτοιμον, ὄρθιμον.

732. Orodes visa aliorum strage se in fugam conjecit; potuisset Mezentius fugientem hasta assequi, sed noluit præ generositate animi: itaque adversus se illi obtulit, stravit, pedemque et hastam impressit supra illum, et clamare victoriam cœpit, cui lætissimo Pæane socii omnes acclamarunt. *Cæcum vulnus*, quod averso, et non videnti infigitur. *Haud melior furto*, est, non melior insidiis. Versus ille, *Pars belli haud temnenda*, etc., accipitur, credo, ironice: nam ista qui quadrent in fugientem?

fiunt etiam homines, atque efferantur. Unde Lucanus, «nescit plebes jejuna timere.» Notabis etiam verbum *suadet:* facetum est: non dixit, *cogit*. Superavit hisce: superavit illis, «Gaudet hians immane»: et, «comas arrexit.» Illud autem, μάλα γὰρ ἐσθίει, impensius, *hæret visceribus super accumbens*. In cavea enim hoc vidimus: quanto magis urgebatur pertica, tanto acrius premebat vitulum. Nonne est generosior oratio, quam μάλα κατεσθίει? Epiphonema pulcherrimum! sic enim *lavat os* sanguine, ut diu post lambat. *T.* — Statius Theb. VI dixit rabiem de leone famelico.

732. *Oroden*. Istum Oroden, virum fortem, intelligimus in fugam necessitate esse conversum. Mezentius haud se dignum est arbitratus Oroden sternere fugientem, nec ei a tergo non videnti vulnus dare; hoc enim appellat «cæcum vulnus.» Quæ enim esset ista gloria, fugientem et aversum ferire?

738. *Pæana secuti*. *Pæan*, proprie Apollinis laus est: sed abusive etiam aliorum dicitur: unde Pindarus opus suum, quod et ho-

739. Sequitur vaticinium Orodis jam exspirantis, qui duo canit Mezentio: primum, *non eris victor me inulto*, quia *te quoque fata prospectant paria*: alterum, *nec lætabere tempus longum*, quia *mox tenebis eadem arva*. Hæc profecto mens Virgilii; neque enim quatuor continet hoc vaticinium: sed duo tantum, quibus sua quæque annexa ratio.

742. Subrisit Mezentius; qui risus nihil ad gratiam, nam totus iracundus: itaque jacenti hosti mortem denuntiat, res vero suas Jovi ironice committit; ac statim eductum telum e vulnere secuta est mors: hanc poeta vocat *duram quietem*, *somnum ferreum*, *æternam noctem*.

747. In hac promiscua multorum cæde, multi Virgilium reprehendunt, quod non explicet, qui Trojanus, qui Rutulus. Sed næ isti inscientissimi sunt: certe *Cædicus*, *Sacrator*, *Rapo*, *Messapus*, *Valerus*, *Antronius*, *Nealces* Rutuli sunt; reliqui Trojani: quod liquidum, vel ex aspiratione, vel ex origine, vel ex historia, vel ex littera ὑψιλὸν: ex aspiratione, nam *Alcathous*, *Hydaspes*, Trojani necessario sunt: ex origine, nam *Orses* ἀπὸ τοῦ ὄρω, et ficto ὄρσω: ex historia, nam Messapum scimus esse Rutulum, et Salium Trojanum e lib. V Æneid.: ex littera ὑψιλὸν, nam Ericates Lycaonius, et Agis Lycius: itaque Latina nomina Rutulorum sunt, Græca Trojanorum: ac proinde omnes occisi, Trojani sunt, excepto uno Antronio, qui Rutulus: quia videlicet Mezentii virtute et auspiciis inclinavit victoria in Rutulos: et quidem Græci multi Ænean sequebantur, partim ex Lyciis, partim ex his, quos illi Evander adjunxit.

755. Ponit utramque aciem parem viribus et armis; inde verba, *æquabat*, *mutua funera*: et deinde *cædebant pariter*, *ruebant pariter*, tam *victores*, quam *victi*; et fuga in neutra parte. Cæci, qui legunt *cedebant*: nam statim, *neque his fuga nota*, *neque illis*: ergo, legendum est, *cædebant*, id est, occidebant; et qui occidebant, vicissim etiam cadebant.

758. Spectabant ardorem hunc e summo cælo Superi; immo miserabantur *iram inanem*, et susceptos labores. Sed cur ira

minum et Deorum continet laudes, *Pæanas* vocavit. *Serv.* — *Lætum Pæana*. Carmen, quo milites se invicem acuunt successu aliquo allucente felici. Inde Plato epist. 7, πολεμικὸν vocat Pæanem *bellicum*, ut qui caneretur in ipso bello; quam rem hic exhibet Virgilius.

739. *Ille autem exspirans*. Solent poetæ morti vicinis scientiam futurorum tribuere: ita et Hector Achilli mortem prædicit: cujus verba Scaliger cum his Orodis confert, V, 3. *Taubm*.

inanis in tanto belli fervore? quum præsertim dixerit, nullam fuisse fugam, et omnes cædibus instare. Non placet Servius, non alii: explico *iram inanem*, tum quia necunde allucebat victoria, nihilque proficiebatur in tanto mortalium labore, utraque acie æque resistente; itaque neutra acies victrix, neutra victa; labor ergo hic, etiamsi summus, certe inanis: tum quia, qui *cædebant*, etiam *ruebant;* qui primum *victores*, mox *victi:* itaque inaniter labor ille suscipiebatur, quia, qui vitam suam tuebatur cum magno labore, breviter illam amittebat.

760. Venus spectat pro Trojanis sollicita, Juno pro Rutulis, Tisiphone utramque aciem acuit. Non probo Servium, qui non accipit veram Furiam, sed tantum furialem ardorem: certe ex conjunctione Veneris et Junonis aptius est, ut vera Furia intelligatur: nihil tamen pugnat per hanc intelligi affectum iræ. Dicitur *pallida*, tum a pallore morientium, quos ipsa in cædes impellit; tum quia furiosi pallent.

762. Jam tum Mezentius se dedit in medium bellum: etenim, ut apparet ex poetico excursu, hactenus ille veluti oras campi ambibat, extremas acies: nam tantum pugnæ successerat; Teucros invaserat; Orodem interfecerat fugientem: jam nunc medium campum ingreditur inter vasta armorum, *turbidus* præ ira, et *hastam quatiens*, et hanc *ingentem*, non aliter atque Orion per medium pelagus proceritate maxima spectandus: aut etiam ornum referebat, quæ *annosa* in *summis montibus*, et præ longo ævo radicibus in imum solum ingreditur, capite in summas nubes. Talem finge Mezentium, et *infert se* verbo lethali et mortifero, ut hinc jam divines, quam ille multis exitialis. Itaque reliquæ comparationes, quæ præcesserunt, tantum indicant, Mezentium versatum in extrema acie: ut scopulus; ut aper; ille solus et in extremo litore contra omnes undas; hic solus contra omnes venatores: jam nunc, ut *Orion incedit per stagna medii Nerei*, ita ille per medium campum. Est et aliud, quod consideres in his comparationibus, quod nescio an assecuti interpretes, qui ante me. Est Orion, est ornus: ille incedit per medium pontum; hæc tangit nubila. Ergo, Orion est Mezentius, ornus ejus hasta, quam *ingentem* fuisse signate dicit poeta: atque adeo ex Orione, et ex orno vides integram repræsentationem Mezentii cum ingenti hasta. Hinc vide, quam leviter alii percurrant hunc Vatem. Porro fabulam Orionis habes in Servio, Turnebo,

Germano, Higyno, Natali qui latissime cap. XIII, libr. VIII, et in aliis. Similia, ne a me requireres, sæpe monui.

769. Affulget jam Æneæ magna seges gloriæ; ideo enim tot præmissa de Mezentii virtute, qui similis scopulo, apro, leoni, Orioni, ut hinc major gloria in Æneam redundet: ergo, generose admodum ire in illum parat, contemptis aliis hostibus, et attente speculatur, quærens ubi sit. Ille autem quasi Ænean contemnat *manet imperterritus opperiens* (exspectans) *hostem magnanimum*: addit, *et mole sua stat;* quia supra comparatus cum rupe est, quæ *immota manet.* Expendatur versus, qui etiam, non aliter ac rupes, *mole sua stat.*

772. Ut vidit Mezentius, esse jam Ænean intra teli jactum, hastam jecit; prius tamen se impietate imbuit, et qui semper Divorum fuit contemptor, nunc quoque in extremo actu vitæ: nam quum soleant duces alii in bello ante jactum teli invocare alicujus Numinis favorem, tum etiam soleant promittere erecturos se trophæum Marti, utrumque contemnit: nam dextram suam et telum esse ait pro Deo, et hæc duo invocat: deinde, Lausum filium vult indui armis hostis, contempto Marte, cui solent dicari ab aliis: et nota, Ænean magno contemptu dici *prædonem*, non *hostam.* Ulpianus: *Hostes sunt, quibus bellum publice populus Romanus decrevit, vel ipsi populo Romano: ceteri latrunculi, vel prædones appellantur.*

776. Post hanc impietatem *hastam jecit*, et ab impetu stridentem: illa *excussa est*, ut attigit divinum clypeum, et *Anthorem figit.* Signat locum vulneris *inter latus et ilia*, videlicet in cavo, quod infra costas.

779. Explicat quis hic Anthores (ita inflectitur, non Anthor) nimirum comes Herculis, patria Argivus, Evandri socius, Italiæ novus hospes. Itaque pro Hercule Evandrum habebat, pro Argis Italiæ urbem.

781. Ideo *infelix*, quia stratus *alieno vulnere*, atque adeo periit, nullo ostentato virtutis suæ documento. Jam vero exspirans animam *cœlum aspicit* magno aspectu, ut solent mori-

773. *Dextra mihi deus.* Sic dictum est, ut, « In manibus Mars ipse viri », ut non alium sibi putet Deum esse sacrilegus, quam dextram et fortitudinem. *Serv.* — Statius Theb. II de Capaneo, « virtus mihi numen et ensis. »

781. *Alieno volnere.* Telo, quod in Æneam fuerat destinatum. — *Cœlumque aspicit.* Ut, « alto quæsivit cælo lucem. » Item, « Hausit cælum, mentemque recepit. » Naturaliter enim morientes cupiunt satiari extremo lucis aspectu. *Serv.*

bundi; et *Argos* patriam *reminiscitur*, et hos *dulces*, ut qui doleat cadere in alieno solo.

783. In Mezentium impium *pius Æneas hastam jacit*, quasi aboliturus tantam impietatem: ita vero virilis fuit et fortis jactus, ut clypeum (*orbem* vocat) penetraret, cui triplex ærea lamina; linum triplex; pellis tauri triplex; ac tandem ima hasta hæsit in Mezentii inguine. Hypallagen hic agnoscit Servius, ita ut *ima hasta sedit in inguine*, sit, *hasta sedit in imo inguine*. Est hic, *sedit*, altius penetravit, explicatore Passeratio in Tibullum. Accidit tamen, ut hasta defessa, quippe quæ perforaverat æreas laminas, et pelles taureas, minus afferret virium, quia lethale non fuit vulnus, sed tantum elicuit sanguinem: quamobrem Æneas statim eximit gladium; immo *eripit* ad celeritatem, et ita *fervidus trepidanti instat*.

789. Jactaverat Æneas hastam, et percusserat Mezentium in femore; quo vulnere debilitatus tantum ille est, non occisus. Ergo Æneas ensem nudaverat, ut hic faceret, quod hasta nequiverat: hoc puncto temporis, Lausus Mezentii filius, interposito corpore, subjecit se Æneæ gladio, excepturus vulnus paternum. Hæc, ut dixi, ita sunt gesta. Sed Virgilius poetice ante illatum Lauso vulnus quædam præmittit ad pietatem Lausi prædicandam: incipit ab ejus gemitu, et lacrymis: gemitus ut in milite, et forti; lacrymæ ut in filio, et puero: et ille gravis, hæ volutæ: et pro patre utrumque; nam charus.

791. Luculentus est poeta pro Lauso; et quantum deturpaverat patris impietatem in octavo, et ubique, tantum hic et alibi etiam extollit pietatem et mores filii. Ergo ait, non se taciturum *casum duræ mortis*, et præclara facta Lausi ab hoc insigni facto memorandi; interponitque versum illum, *Si qua fidem tanto est operi latura vetustas*. Certe latura, o Maro! nam quæ tam deformis posteritas, quæ tuam Musam in honore non habeat? quæ non Lausi facinus admiretur, te narrante?

790. *Lacrymæque per ora volutæ.* Non viri fortis, sed filii est consideranda persona. — *Hic.* In hoc loco, vel in bello: nam adverbium est. *Serv.* — *Mortis duræ.* Quæsite et proprie: mors juvenum *acerba* dicitur, quia immatura, ac proinde etiam *dura;* nam hæc vox dicitur de fructibus arborum non maturis: cui morti *mitis* opponitur, id est, senilis. *Cerda.* — Jam in Æn. VI, idem scripserat de infantibus, quos atra dies funere mersit *acerbo*. — *Tuaque, optime, facta.* Alii; *tuaque optima facta*. Sed illud rectius censet Fabricius: est enim apostrophe poetæ ad Lausum impii patris pium filium. *Taubm.*

itaque, credet vetustas, te scriptore, exstitisse filium pientissimum ab impientissimo parente.

794. Post hæc exordia, redit poeta ad viam: referebat pedem Mezentius, ut qui *inutilis* jam ad bellum, quia illigatus, et trahebat hastam Æneæ, quæ hærens scuto ex eo pendebat. Tum juvenis cedente patre, ipse *proripuit se;* vide celeritatem; et *se armis immiscuit,* immo *subiit mucronem*, adeo ille imperterritus, *Æneæ assurgentis* ad ictum, et jam *plagam ferentis:* atque hac mora sustinuit, detinuitque impetum et ardorem Æneæ.

799. Ad hoc facinus et pietatem, abeunte patre, objiciente se filio, ut protegeret patrem clypeo, secutus est clamor Rutulorum, qui etiam confertissima tela conjiciunt in unum Ænean, ut proturbent undique, et avertant illius ardorem: quippe miserabantur Lausi sortem, videbantque non posse eum eripi tam diro hosti: itaque commoti omnes Lausi pietate, strenui sunt pro illo, et contra Ænean. Ille tum *furit,* quia ereptus sibi Mezentius: tum *tectus* clypeo *tenet se,* id est, continet, donec detonet telorum nubes.

803. Optima comparatio: vidisti, ut ad præcipitantes nimbos grandinis arator, agricola, viator, omnes fugiant lateantque sub *arce tuta;* videlicet sub arboribus, quæ sunt in ripis amnium, aut sub fornice alti saxi, donec, abeunte nimbo, et redeunte sole, ipsi pariter ad opus redeant; talem finge Ænean, qui tectus sub scuto continuit se a bello, et nubem eam, dum detonaret, sustinuit; tantum tunc Lausum et *increpitat,* et *minatur,* si possit a diro auso avertere.

811. Generose admodum hæc Æneas, ut qui nolit facilem gloriam et degenerem. « Cur, inquit, ruis ad mortem certissimam? sunt hæc tuis viribus majora: pius es in patrem, sed tibi incautus. » Ille dementius exsultare; Æneas sævius irasci.

805. *Tuta latet arce;* quod scilicet se perite a tempestate defendunt. *Tuta* autem *arce,* quæ tuetur. *Serv.* Dignus locus, qui animadvertatur. *Arx* est omnis locus, qui hostes arcet. Ergo, quemvis locum, qui arcet grandinem, aut alias injurias temporis, *arcem* vocat. Itaque, quæ sequuntur in versu altero explicant hanc *arcem,* ut sententia sit: latet arce arboris; aut saxi. Idem est etymon *arca:* non enim dicta, quod arceat; id est, contineat res: sed quod arceat, id est, repellat inde fures. *C.*

811. *Quo moriture ruis.* Fortitudinem Æneæ condivit hac pietate; quum Lauso, quia patrem texerat, noluit afferre mortem: sed et monuit ipsum atque increpuit. Tandem vero non nisi irritatus eum morte affecit, et coactus, et invitus: dementi enim et insultanti juveni quid faceret? etc. *Taub.*

Pulcherrime hoc poeta, ut detur occasio occidendi Lausi; nulla enim fuisset Æneæ gloria, si sæviret in juvenem, nisi irritatus, et pæne adactus. Ergo jam Parcæ afferebant exitum misero Lauso; nam Æneas per medium juvenem ensem exigit; condit totum; transfigit parmam et tunicam: juvenis sanguine totus perfunditur, et tandem cedit vita: hæc historia. Sed tu vide, ut exornet eam poeta miris affectibus, et pæne ad lacrymas: quale est audire, juvenem indignum morte, perire causa pietatis, et medium scindi? quale illud de aurea tunica, quam neverat mater, non sperans hunc exitum? Illud, *levia arma minacis*, explica cum respectu ad Lausum, ut *minacis* sit minitantis et exultantis juvenis: nam, ut ad Ænean referas, prorsus abnuo.

821. Sequuntur majores adhuc affectus a moriente juvene; a pallente vultu; ab miserante Ænea: quippe subiit, quid ipse sentiret, si Ascanius tale quidpiam pateretur: ergo in tanta animi commiseratione concedit id, quod potest, nimirum juvenem sepulturæ, et ipsi arma; indigne putans spolia detrahi: addit etiam gloriam juveni a se victore: est enim gloriosum cadere sub nobili et forti hoste. Quin, vide pietatem, ipsemet sublevat defunctum a terra, et cunctabundis sociis tradit ad sepulturam! non pedem imprimit defuncto, ut Turnus Pallanti; nullam infert contumeliam, et vere in hostem est pius. Nolui integra expendere, ne inquinarem.

822. *Anchisiades.* Non pro libidine, sed ex judicio; quia statim dicturus, « Et mentem patriæ subiit pietatis imago. » *Cerda.*

825. *Pro laudibus istis.* Quia et contra fortiorem, et pro patris salute dimicare conatus est: nam ideo et pluraliter *laudibus* dixit. Alii *laudibus* pro virtutibus, ut solet a poeta, dictum tradunt. *Serv.*

827. *Quibus lætatus, habe tua.* Donat arma ad honorem sepulturæ; moris enim fuerat, ut cum his rebus homines sepelirentur quas dilexerant vivi. *Serv.* — Sic Græci Penthesileam mortuam remiserunt ad Trojanos σὺν τεύχεσιν.

828. *Si qua est ea cura.* Aut more illo dixit, quo solet sepulturam ad ipsa cadavera non pertinere: licet umbris, sicut in sexto legimus, prosit, ut « Si qua est ea gloria, signat. » Item de Pallante, « Vano mœsti comitamur honore. » Aut certe siqua est ea cura Mezentio, hoc est patri sacrilego, qui Superos Inferosque contemnit. An de tota hac re dubitat? *Serv.*

832. *Comtos de more capillos.* Antiquo scilicet more, quo viri sicut mulieres componebant capillos: quod verum esse et statuæ nonnullæ antiquorum docent, etiam personæ, quas in Tragœdiis videmus similes in utroque sexu, quantum ad ornatum pertinet capitis. *S.*

833. Omnia sunt ad affectum potissima; dum natus pugnat pro patre, pater quiescit; ille pro patre moritur, hic vivit filii opera: ille habet capillos turpatos sanguine, hic siccat vulnera et cruorem : ille jacet in scuto mortuus, hic corpus levat innixus trunco arboris: deinde vide, ut tragica omnia appareant; nam galea e ramis pendet; clypeus in terra jacet; juvenes stant; dux ipse anhelat præ ægritudine, et *fovet colla*, videlicet sustinens se trunco arboris; barba, quæ propexa, fusa est toto pectore.

839. Optime explicas sollicitudinem patris pro filio: nam *rogitat* frequentativo: et non *mittit*, sed *remittit*, ut multos intelligas: ad hæc, *qui revocent*, qui *ferant*. Posses accinere Mezentio illud Senecæ Rhet. Controv. VIII, *quousque pavidus præliorum nuntios exspectabo?* de patre videlicet sollicito, bellante filio. Sed vide alternantem fortunam : ille tot ad natum mandata, et natus tum super arma defunctus ferebatur: quot πάθη in eo versu, *Flentes ingentem, atque ingenti vulnere victum.*

843. Quem non moveant isti, qui sequuntur, affectus? divinavit pater filii exitium; ac tunc cœpit injecto pulvere canitiem deformare, ut sit jam similis capillis nati deturpatis cruore: ad hæc, quasi Deos incusans, palmas ad cœlum tendit; mox defuncto nato advolvitur, et hæret vulneribus. Quæ hæc species!

846. Oratio plena magnis affectibus, et in qua nihil molle

834. *Volnera siccabat lymphis.* Siccabat aqua: sed et nove et Physice locutus est: nam quum aqua omnia infundantur, hic ait « siccari vulnus aqua »; et ratio vera est, quia fluxus sanguinis aquarum frigore continetur. *Serv.*

836. *Gravia arma quiescunt.* Cur illa pendeant, hæc in terra sint, docuit dicendo *gravia*, unde et *quiescunt* dixit: bene ergo *gravia*: ut galeam, arma, sed levia intelligamus. Et talis est figura, sicut illa Sallustii, « leonem atque alias feras »: ergo et leo fera est. *Quiescunt* autem quasi in terra posita: quoniam galea quæ pendebat, poterat et moveri. *Serv.*

841. *Super arma ferebant.* Ad illustrandum hunc morem adjicio illud Lacænæ, quæ, quum filio præberet ἀσπίδα, *clypeum*, adjecit, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶν, verba sunt Plutarchi de Instit. Laced. « aut hunc, aut super hunc. »

845. *Ad cœlum tendit palmas.* Increpans Deos, quasi sacrilegus: et sciendum non eum uno eodemque tempore potuisse et corpori inhærere, et manus ad cælum levare; licet poeta ista conjunxerit. *Serv.* — *Corpore inhæret.* Similis species Evandri in lib. XI, super defuncto nato: « Procubuit super, atque hæret lacrymansque gemensque. »

aut fractum. Poeta imperitus flueret istis affectibus: *tu lux mihi, tu oculus senectutis, tu ætatis meæ* ἕρκος, ut loquitur sæpe Homerus, *tu debuisses mihi oculos claudere*, et similibus: sed isti affectus decent Evandrum, aut matrem Euryali; non Mezentium ferum et barbarum. Adscribit sibi in primo versu vitium (Græci dicunt φιλοψυχίαν) mollissimorum hominum, qui habent retinendæ vitæ plus justo cupiditatem. Secundus versus respicit illud de Lauso, *Æneæ subiit mucronem;* nam hoc est, *hostili dextræ succedere*. In tertio magna conquestio; *Quem genui?* quasi hoc novum: patres enim sæpissime periculum vitæ adierunt pro liberis, non ita liberi pro patribus: et ideo pergit pari admiratione, *tuane hæc genitor per vulnera servor morte tua vivens?* quasi hoc raro visum. Et nota varia πάθη: nam *hæc* δεικτικῶς, et *vulnera* ad invidiam Æneæ; unicum enim tantum vulnus erat: addit etiam, *heu misero mihi*, etc. quasi dicat; nullum esse putabam meum olim exilium; nullum nunc vulnus ab Ænea acceptum: at, te mortuo, jam exilium mihi visum est *infelix;* jam *vulnus alte adactum*, quum tamen lethale non fuerit.

851. Doluit hactenus mortem filii; nunc jam infamiam, quam filio aspersit, quasi hæc gravior omni morte: *meo crimine tuum nomen maculavi*, quia patrum crimina redundant in filios; et quia dixerat *meo crimine*, addit corrigens, *pulsus ob invidiam*. Sed statim redit ad viam doloris, quum ait, *debueram patriæ pœnas*, etc., quasi dicat; quicquid sit de meo crimine, verumne, an falsum; sed certe ego *debueram pœnas patriæ et odiis meorum*, non tu, o Lause. *Omnes per mortes*, etc., id est, utinam expertus essem mortes omnes, priusquam tuam cernerem: atqui meo malo fato *nunc vivo, nec adhuc homines, lucemque relinquo:* se mox ad mortem firmat, *sed linquam*.

855. Quæ voce dixerat, confirmat factis, pergitque ad mortem; et ideo *attollit se in ægrum femur*, nec tardatur vulnere, quod altum, nec animum dejicit: itaque neque corpore est, neque animo dejectus: ergo jubet *duci equum* ad se, qui illi *decus* erat, et *solamen;* quia *bellis hoc victor abibat omnibus:* hunc itaque *mærentem*, vide πάθος; ipse *alloquitur* hunc in modum.

858. *Haud dejectus*. Non dejectus animo. *S.* — *Hoc decus illi, etc.* Majore affectu quam cura designavit equum Mezentii; ut et *felicem* cum faceret, non solum *fortem:* quem etiam fidelem agnovit, quum *mœrentem* dixit. Scalig. III, 3. *T.*

860. *Adloquitur mœrentem*. Tris-

861. Oratio ad equum: summa est, aut victoriam reportandam, aut pariter occumbendum: victoriam, interfecto Ænea, et ablatis spoliis, id est, armis Æneæ cruentatis Lausi sanguine: occumbendum; nam, hoc potius decet fortissimum, quam subdi ignavorum imperio: nam, ut ignavos, notari Trojanos Servius hic animadvertit. Nota vero initio sententiam; *diu viximus;* nam male viximus, et cum dedecore, in fuga, in exsilio: et illam, *res si qua diu mortalibus ulla est,* quasi dicat; mortales quum simus, quid tandem diu esse potest? Demum adverte, ut in tota oratione honestam mortem turpi vitæ anteponat. Illud, *aperit si nulla viam vis,* explicat Scaliger, si virtuti adversus eventus est.

867. Agnoscebat equus sessorem suum; ideo *excipit,* et *consueta membra:* videor prope agnoscere equi genu flexionem. Quid vero tum Mezentius? *oneravit jaculis ambas manus,* ut suppeterent multa contra unum Ænean: *armavit caput galea,* nam hoc est, *ære caput fulgens.* Non melius Apollo, non Musæ loquerentur. Sequitur, *cristaque hirsutus equina,* præclare: nam quia *crista equina,* ideo *hirsutus.* Vix se armaverat, quum *cursum in medios rapidus dedit.* Sed quæ causa tantæ præcipitantiæ? duæ, videlicet *pudor,* quod jam victus ab Ænea: *insania cum luctu,* quod natum amisisset; dolor quippe amissi nati agebat in insaniam. Versus qui sequitur, respicit superiorem, hunc

tem: hæc enim animalia secundum Homerum sunt tristia, quando indicant dominorum mortem futuram: et proprie *alloquitur* dixit, est enim adloqui consolari.

861. *Rhœbe, diu (res si qua diu mortalibus ulla est).* Hoc loco notant Virgilium Critici, quod homini sacrilego dedit prudentem sententiam: quam rem, ratio naturalis excusat; ea enim quæ per naturam movent animos, in quamvis personam cadunt. Illa vero, sunt tantum prudentium, quæ non nisi consilio et ratione deprehenduntur: unde et Terentius servis dat plerumque sententias prudentissimas quidem, sed quæ se per naturam offerunt cunctis; ut, NE QUID NIMIS. *S.*

865. *Pariter.* Subaudi *mecum:* sed fuit veteris elegantiæ hanc vocem ponere absolute. — *Neque enim, fortissime, credo, etc.* Quod dignaberis habere dominos Teucros, scilicet ignavos: nam hoc intelligimus ex eo quod dixit equo, *fortissime.* Plerumque enim ex alterius personæ vituperatione vel laude, quid de alia dicatur agnoscimus: ut hoc loco Trojanos vituperatos ex equi laude cognoscimus. Item alibi e contra, « Et nunc ille Paris », scilicet adulter: nam illic ex persona Paridis vituperatur Æneas. *Serv.*

870. *Æstuat.* Verbum ad magnos animi affectus indicandos. Sic *æstus* a Virg. de curis, a Propertio de amore Eleg. I, 33, ad finem: demum nullus est affectus, qui

in modum : cur puduit? quia *conscia virtus :* cur luctus ad insaniam? quia *amor agitatus furiis.*

873. Vocat sæpe Ænean, ne timidus videatur; et vocat *voce,* id est, vociferanter : nulla itaque est redundantia; nam signatur modus : gaudet Æneas, et Deos precatur Jovem, Apollinem, ut Mezentius velit manum conferre : ac statim apparuit obvius *infesta hasta,* id est protenta; veluti paratus jam ad certamen, et tanquam minitabundus.

878. Ideo *quid me terres sævissime?* quia præcesserat *hasta infesta.* Quid vero Mezentius? erepto nato vitam recuso : frustra me terres : ita me potuisti, non aliter, perdere : mortem non horreo, quæ mihi in votis, quum filio caream. Hactenus furiosus, deinde sacrilegus : *nulli Deorum parco,* quasi dicat : omnes accuso et incuso; omnes Dii mihi ex æquo hostes; nullum veneror, ut tu qui modo Jovem invocasti et Apollinem : *desine* hæc ludicra Deorum; esto meus carnifex; nam *jam venio moriturus;* sed prius tamen *porto tibi hæc dona.*

882. Explicat, quænam illa *dona;* scilicet, *telum* quod *intorsit in hostem :* an vero unum? immo *aliud insuper, atque*

non exprimatur hoc verbo : quam ad rem unicum est testimonium hoc Maronis, in quo *æstuat pudor, insania, luctus, amor, virtus :* vide quot affectus! *Cerda.* — *Imo in corde pudor.* Multa quidem exemplaria vetera, *uno in corde* legunt : sed *imo* magis placet. In Mediceo autem codice, non *pudor,* sed *dolor* habetur.

872. *Et furiis agitatus amor.* Carmen hoc non habetur in antiquissimo codice Romanæ notæ : sed locum habet in duodecimo libro, ubi poeta de Turno loquitur, ut loco suo dicetur : neque tamen incongruum est idem carmen in diversos usus disponere : veluti alterum illud, « Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras », et Camillæ et Turno adcommodavit. *Pier.* — *Conscia virtus.* Lucret. « sentit enim vim quisque suam. »

875. *Sic pater ille deum faciat.* Bene in perniciem contemptoris deorum, deos invocat. *Serv.* — *Sic altus Apollo.* Aut venerabilis, aut quia in excelso loco consecratus est : cum respectu ad totam Iliadem, ubi Apollo semper inducitur Æneæ favens : exploranda inprimis vigesima Ilias.

877. *Tantum effatus.* Ideo pauca, ut qui cupidus rei gerendæ. O quoties in hac re Homerus ἄτοπος, et εὐήθης! non vereor ita loqui : plena Ilias his ante certamen inutilibus jactantiis : non hæc certe natura iræ, præsertim in bello. *C.* — Vide var. lect. et notas vol. IV, pag. 186.

879. *Qua perdere posses.* Deest *me :* nam hoc dicit, nisi exstincto filio nulla se potuisse ratione superari. — *Nec divum parcimus ulli.* Hoc ideo, quia Æneas invocaverat Deos : ut, « Sic pater ille Deum faciat, sic altus Apollo. » *Serv.*

aliud fugit, id est, multa; ut qui *oneraral ambas manus acutis jaculis*: deinde *volat in orbem ingenti gyro* semper jaculans, si posset ita Ænean a ratione et mente avertere: sed *umbo*, ut qui *aureus*, ac proinde firmissimus, omnia *sustinet* jacula.

885. Omnia ex peritia militaris doctrinæ: inprimis *equitavit*; nam Æneas erat pedes, a quo facile stans eques superaretur; remedium ergo a cursu et discursu: deinde in *lævos orbes*, id est, suos, ac proinde in dextros Æneæ; atqui dextera non tecta scuto. Quærebat ergo Mezentius si nudam partem hostis, id est, dexteram, posset telo consequi: sed non minor peritia in Ænea certe et prudentia: nam facile scutum *circumfert* in omnem partem, et ad velocissimos orbes Mezentii ipse etiam se versat. Mire dictum *circumfert sylvam immanem*, quia talis clypei imago ab tot fixis telis.

888. Videbat Æneas se nihil proficere contra Mezentium; nam tantum se tuebatur; illum nihil lædebat ipse: trahebat quippe moras in evellendis spiculis; iniqua erat pugna, nam ipse pedes: ergo sibi cogitanti, qua tandem ratione bellum conficeret, subiit equum percutere; atque adeo hastam conjicit inter equi tempora; signat trajectam equi frontem.

892. Ecce ad sensum doloris se statim equus attollit, firmatque in pedes posteriores, arrectus totus: ac deinde subito, mutata forma, sistit se in pedes priores, et *calcibus auras verberat*; ac tum equitem effundit, incumbitque ejecto Mezentio, cadens ipse in armum pronus, ac sic *implicat*, id est, impedit Mezentium. Itaque non concordant inter se *ejecto armo*; immo *cernuus armo incumbit*, *ejecto* Mezentio: et nota, impleri jam quæ dixerat ad equum suum Mezentius: *aut eris mecum victor, aut pariter occumbes*: non primum, sed alterum: occubuit certe pariter; nam *incumbit cernuus ejecto* et cadenti domino.

895. Ad hunc successum clamorem ingentem tollere Trojani et Latini: Æneas advolare; ensem diripere; hostem premere;

894. *Implicat.* Impedit. — *Cernuus. Cernuus* dicitur *equus*, qui cadit in faciem, quasi in eam partem cadens, quam cernimus: unde et pueros, quos in ludis videmus ea parte qua cernunt κυβιστῶντας, *cernui* vocantur: ut etiam Varro in Ludis theatralibus docet. *Serv.* — *Incumbit.* Verbum *incumbere* a Græcis oriundum est auctore Scalig. IV, 16, et sonorum est ac grande, et sæpe a poeta usurpatum. Sensus est: Mezentio ejecto, pronus incumbit sonipes cadens in armum.

895. *Clamore incendunt cælum.* Implent: et abusive dixit. — *Troesque.* Hoc est Trojani, gaudio. —

illum increpitare verbis illis; *ubi nunc acer Mezentius? ubi animi vis effera?* Per *cælum* hic cape aerem : tritum illud Lucretii, *in hoc cælo, qui dicitur aer.*

898. Collegit se Mezentius; cælum vidit; recepit animum quippe turbatum ex ruina equi et sua; ac tunc ad increpitantem et interminantem Ænean : « mori in acie virum fortem nefas non est; *nec ita veni ad prælia,* ut putarem scelus esse mori; hoc enim si existimarem, non venissem: quid quod *Lausus meus non tecum pepigit mihi hæc fœdera*, id est, non ita a te in certamine affectus est, ut mihi reliquerit desiderium vitæ? itaque non mortem deprecor, mori cum filio volo, recuso esse superstes. » Potest etiam sententia aliter concipi hunc in modum : « non ita veni ad prælia, ut tibi, si victor essem, parcerem: quamobrem, neque volo mihi parci, quando interfectus a te meus Lausus hæc fœdera non permittebat. » Vide, si placet, Titium lib. III. Loc. cap. X, qui aliter explicat hos versus : et tu nota elegantem illam commutationem, *auras suspiciens, hausit cælum :* auræ hauriuntur; cælum suspicitur: sed non hoc voluit; immo contra, auras fecit suspici, cælum hauriri. Hæc acumina millena in hoc vate, si sint oculi.

903. Tantum hoc unum oro, si victis hostibus danda venia aliqua, ut corpus meum sepeliendum tradas. Ratio, cur hoc petat; quia acerbissima sunt meorum in me odia : ergo *defende hunc furorem*, ne sim ludibrium meis civibus. Hæ primæ preces Mezentii. Alteræ : fac, ut una cum Lauso sepeliar : credo id petivisse Mezentium, quasi occurrentem objectioni : nam posset illi dici : quid petis sepulturam? eruent te inde hostes tui. Ergo ille; tutus ero, si sepeliar cum Lauso; nati mei reverentia incolume erit sepulcrum.

907. Hæc ille paucissimis : ac ne degener videretur, et non fortis, ipse jugulum præbuit; ensem accepit; et effudit animam largissimo cruore effuso.

Latinique : scilicet dolore. *Serv.* — Versus ex studio hypermeter ad significandum clamorem illum productum in longum. *Cerda.*

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS

LIBER UNDECIMUS.

(Vide Argumentum generale, vol. IV, pag. 199.)

ANALYSIS.

Die orto, Æneas trophæum Marti sistit; 1—11. Hortatur socios ad virtutem, ad pietatem; illam in peragendo bello, hanc in humandis mortuis; 12—28. Adit locum, ubi positus Pallas; excitatur aliorum gemitus, et unius Æneæ lacrymæ; 29—41. Oratio Æneæ, in qua affectus ad mortuum Pallantem, maxime ad absentem Evandrum, ex successu præterito, præsenti, futuro; 42—58. Eligitur comitatus, qui deferat mortuum: exstruitur pheretrum cadaveri: explicatur comparatione pulchritudo Pallantis adhuc mortui; 59—71. Obnubit Æneas mortui corpus, et caput: jungit prædam, quæ mittenda: ligat juvenes, qui mactandi: induit armis arborum truncos, qui ferendi ad trophæum; 72—84. Procedit pompa funeris; Acœtes custos juvenis; currus hostium capti; Pallantis equus plorabundus, et ejus arma; milites lecti ex toto exercitu armis inversis: demum adhibentur Æneæ verba; 85—99. Veniunt ad Æneam Legati Latinorum supplices, ut petant mortuis sepulturam: hanc ille concedit; et belli culpam, ac tantæ cladis in Latinum conjicit, seque purgat Deorum fatis; 100—119. Commoventur hostes pietate Æneæ: erumpit in ejus laudes effusim Drances: fiunt induciæ, et paratur materia rogis cremandorum cadaverum; 120—138. Fama mortuum prævenit, implens urbem Evandri; ruunt omnes ad portas et cum facibus; junguntur agmina; editur ploratus; adest Evander, hæretque mortuo nato; 139—151. Oratio Evandri, plena magnis affectibus, in qua inest Pallantis gloria, sui miseria, ereptæ conjugis felicitas, Trojanorum laus, Æneæ magnificentia, Turni detestatio, cupiditas vindictæ; 152—181. Trojani suos sepeliunt; consumitur dies integer in parentando; attinguntur varii mores, qui servati in re funerea; 182—202. Latinorum exsequiæ, ubi major cædes, distributio cadaverum, ossilegium; 203—212. Ab tot cædibus luctus civium; etiam dissidia pro

Turno, et contra Turnum; 213—224. Redeunt Legati ab Diomede, spe frustrati: mœret Latinus; concilium cogit; conveniunt proceres; fit consessus; jubetur Venulus princeps legationis referre omnia; ille se narrationi accingit; 225—242. Venulus ait se ivisse ad Diomedem condentem tunc urbem; prætulisse munera, et mandata legationis exposuisse; 243—251. Oratio Diomedis dehortatoria a bello cum Trojanis: causam efficit exemplo calamitatum, quas passi Græci in bello, et post illud: commemorat naufragium commune Græcorum; tum privatas calamitates Menelai, Ulyssis, Neoptolemi, Idomenei, Locrorum, Agamemnonis, et demum suas, et sociorum suorum; 252—280. Desinit in laudem Æneæ, hortaturque ad pacem, et adhibetur audientium fremitus; 281—299. Sequitur Latini orationis pars prima, ubi extollitur Trojanorum virtus, et proponuntur tum formidanda, quæ passi Itali in bello; tum quæ imminent, quum destituti sint omni spe in posterum; 300—313. Pars altera orationis suadentis pacem cum divisione, ut Trojanis detur ager in Italia, si velint manere: vel naves, si velint abire; 314—335. Drances, cujus hic mores describuntur, in Turnum invehitur; et Regi suadet, uti Æneæ natam Laviniam in matrimonium adjungat; 336—357. Pars ultima orationis, quæ tota ad Turnum, qua petit, ut vel cedat Æneæ nuptiis, vel pugnet cum illo monomachia; 358—375. Turni orationis pars prima, qua in Drancem invehitur, ejus in loquendo futilitatem elevans, et in agendo ignaviam reprehendens; 376—391. Pars altera, qua virtutem suam attollit; Trojanos contemnit; Dranci insultat; 392—409. Pars tertia, qua Latino satisfacit de cæde pariter vagante etiam per hostium castra; ac proinde nihil desperandum a victoria; 410—427. Pars ultima, in qua docet; satis esse auxiliorum in Italia; et se devovet pro communi salute; 428—444. Dum hæc in concilio, Æneas instructa acie ruit; fit turbatio, et clamor omnium; hic clamor qualis fuerit, comparatione illustratur. Turnus, ut angustiæ temporis locum dedere, aciem disposuit; 445—467. Discursus civium ad defensionem urbis; Latini mæstitudo; apparatus ad bellum; clangor buccinæ; matronarum preces; 468—485. Armatur Turnus, et comparatur cum equo exsultante; 486—497. Occurrit Camilla Turno; grate se excipiunt; promittit virgo virilem virtutem, et munia belli dividit; sed illa aliter disponit Turnus; 498—521. Describitur locus, qua transiturus Æneas, et ubi contra illum dispositæ a Turno insidiæ; 522—531. Orditur Diana Camillæ historiam, volens aperire, unde sibi sacra esset ea virgo; incipitque a fuga patris Metabi e regno cum infante filia; 532—543. Fugientem patrem hostes insequuntur; ille in fuga quum ad amnem tumentem imbribus pervenisset, natam inclusam subere, et hastæ illigatam jacit in ulteriorem ripam, Dianæ illam devovens; 544—563. Mox pater se fluvio committit, nec se urbibus credit; ævum agit in montibus; Camillam nutrit equino lacte, quæ jam tum a pueritia venationi assuevit; 564—580. Egressa Camilla pueritiæ annos, virginitatem colit; dolet Diana bello illo perituram, datque Opi sagittam, qua conficiat interemptorem tantæ virginis. Opis descendit ad locum belli; 581—596.

Accedunt jam Trojani et Rutuli congressuri; describitur apparatus armorum, et animorum furor; 597—607. Primus prælii impetus; tela crebra; Tyrrheni et Acontei congressus, et hujus mors: belli reciprocatio, et hæc comparata cum maritima; 608—628 Fuga repetitur: tertio sistitur omni copiarum mole;. cædes asperrima; Remuli, Iolæ, Herminii clades; 629—647. Camillæ inter duces reliquos exsultantia; arma, et pugnandi modus; ejus comites et comparatio sumpta ab Amazonibus; 648—663. Interficit variis mortibus duces plurimos; horum aliquos poeta speciali narratione ab aliis discriminat; 664—689. Pergit in factis Camillæ recensendis: occiduntur Butes et Orsilochus: narratur Auni dolus; 690—714. Camilla pedes fugientem equo Aunum consequitur, et mactat ad satietatem: adhibetur comparatio accipitris eviscerantis columbam; 715—724. Res Æneæ perditas Tarchon reficit, Tyrrhenos suos ab bellum acuens contra Camillam; utiturque ad illos sermone, qui totus ad pudorem; 725—740. Verba exemplo firmat; nam in hostes incurrit, Venulum equo abripit: quod facinus, ut egregium, illustri comparatione exornatur aquilæ rapientis draconem, lacerantisque in aere; 741—759. Arruntis dolus in Camillam; Chlorei armati venustissima descriptio; Camillæ cæca et incauta cupiditas; 760—784. Preces Arruntis ad Apollinem, quibus petit cædem virginis, et reditum in patriam: cædem annuit Phœbus, reditum abnuit, 785—798. Camilla cæditur; Arruns arripit fugam; hanc poeta explicat comparatione lupi abdentis se in sylvas, post audax facinus; 799—815. Camilla moriens Accam ad Turnum mittit, fessis ut rebus medeatur; quibus datis mandatis, vitam deserit; 816—831. Æneæ acies acrius incumbit, Camilla victa. Opis Dianæ famula, quæ pugnas spectaverat, dolet cecidisse virginem; promittitque ultionem: describitur sepulcrum Dercenni Regis, 832—851. Opis arcum contendit; Arruntem interficit; redit in cælum; 852—867. Fit fuga Latinorum; Trojanorum impressio; et passim cædes misera, quam magnis affectibus explicat poeta; 868—895. Audit ab Acca Turnus suorum cladem; insidias relinquit; ad urbem tendit; Æneas post illum; daturque libro exitus; 896—915.

EXPLICATIO.

1. Post interfectum Mezentium nox advenit; quieverunt arma; orta est lux, et cum ea Æneæ cura: itaque statim *primo Eoo*, id est, prima albente Aurora, ut qui *victor, solvebat Deo-*

NOTÆ.

1. *Oceanum interea surgens Auroram reliquit.* More suo prætermisit noctis descriptionem, quam transisse indicat præsens ortus diei: quæ enim naturalia sunt, omnibus patent. Donatus igitur hoc perperam carpit in Terentii Eunucho.

2. *Æneas, quanquam et sociis dare tempus humandis.* Consuetudo Romana fuit, ut polluti funere,

rum vota, trophæo excitato, tametsi premeretur tum cura humandorum cadaverum, tum unius Pallantis funere esset mœstissimus : poeta majore incremento addit *turbatus :* pertinet hoc ad pietatem Æneæ, cui sacra primum curæ in tantis curis, in tam acerbo dolore.

5. Constituit trophæi speciem, quod sacrum Marti, magno bellorum Deo. Ergo, quercus, cui undique rami amputati, constituitur in tumulo; et ea *ingens*, nam arma ingentia : in hac quercu *aptat cristas*, et has *rorantes sanguine;* deinde *tela*, et hæc *trunca;* mox, *thoracem*, et hunc *perfossum ictibus duodecim :* tandem post omnia *clypeum, atque ensem*, illum *ex ære*, id est, æreum ; hunc *eburnum*, propter vaginam, ut vult Servius, aut propter capulum, ut ego volo. Data vero est sedes clypeo ad sinistram partem quercus; ensi ad collum ejusdem arboris; ut quercus armatum hominem, qua posset ratione, repræsentaret, vere Mezentium ipsum. In hoc enim posita trophæi ratio, ut arbor pro homine esset, captiva pro captivo.

12. Incipio ab parenthesi : repræsentatur magnus princeps, et qualem in sua Æneide vult Maro : stipat tegitque illum *turba*, sed *ducum :* nam præ illo, et ejus virtute, duces etiam in turba sunt. Hortatur itaque *socios*, et illos ab se uno *ovantes :* quippe omnium gloria ab illo tota, ut qui Mezentium interfecerit.

14. O *viri*, quia cum ducibus tantum loquitur, et proceri-

minime sacrificarent. Si tamen contingeret, ut uno eodemque tempore funestaretur quis, et cogeretur operam dare sacrificiis, elaborabat, ut ante sacra compleret, quam funus agnosceret. Secundum quem ritum etiam Æneas inducitur ante operam dare sacrificiis : et sic ad sociorum et Pallantis sepulturam reverti. *Serv.*

3. *Præcipitant.* Urgent : longam enim dilationem sepultura non patitur. — *Turbataque funere mens est.* Funere Pallantis. Κατ' ἐξοχὴν : nam est hæc consuetudo apud poetas, ut a plebe segregent duces.

7. *Exuvias.* Πανοπλίαν Mezentio detractam.—*Tibi, magne tropæum, Bellipotens.* Videtur interrupta descriptio : hoc per parenthesim dictum est et prosphonesin, et post reddita : *magne* autem *bellipotens* antonomasia per duo epitheta sine nomine. *Serv.*

9. *Telaque trunca viri.* Id est, perfracta : ita enim in trophæis poni consuerunt. Vel *trunca tela*, quæ de suo clypeo legeret : ideo enim *trunca*, quod in evellendo præfracta. *Serv.* — *Bis sex.* Quanta vis fuit istius, qui duodecim, id est, multis plagis occidi non potuit? nam in aperto jugulo perit. Cæsar lib. III, bell. civ. « scuto ad eum relato Scævæ centurionis, inventa sunt in eo foramina ducenta triginta » : ut Epig. ἀσπίδα πολύτρητον.

bus, non cum reliquo exercitu: ergo, o *viri*, si interfecto Mezentio *maxima res effecta est*, *quod superest*, id est, τὸ λεῖπον, reliquum est, ut *absit omnis timor*: sed *absto* augustius, et ex dignitate magni principis: verum quare abesse debet omnis timor? quia, *hæc sunt spolia*, *et de rege superbo Primitiæ*, *manibusque meis Mezentius hic est*: quasi dicat; videte qualem vobis Mezentium reddidi: nam *hic* contumeliose accipio, cum oppositione ad superbiam: superbus ille rex Mezentius *hic est*; jam nullus, οὐδείς. Apage, ut per *regem superbum* capias Turnum: et *primitiæ* dixit signate, quia sacrat tropæum Marti.

17. Vicimus jam campestri bello; jam nunc ibimus alacres ad obsidendos muros Latini regis: sed tria necessaria; arma, animi, spes.

19. Volui vos monitos de expeditione ad muros, ne in mora sitis, quum, captatis auguriis, ire ad bellum cœperimus, educto e castris milite: quæ sane mora segnitiem et metum arguet.

22. Dum vero a bello vacamus, et tempus fit obsidendæ urbis, *mandemus terra socios*, *inhumataque corpora*, id est, inhumata corpora sociorum; est enim ἓν διὰ δυοῖν: nam hic *solus honos est sub Acheronte*, quia videlicet talis honos animæ, qua lis cadaveri: quippe sepultorum animæ, trajiciebant fluvium.

24. Oratio plena artis militaris; non enim tam miseratur mortuos, quam accendit vivos ad virtutem. Egregiæ sunt hæ animæ, quia *pepererunt nobis* ἐμφατικῶς, *patriam hanc* δεικτικῶς, non auro, aut quovis alio, sed *suo sanguine*: nota, quia *pepererunt*, ideo *sanguine*: ab tot meritis decorandæ sunt *muneri-*

16. *Manibus meis.* Id est, virtute: locutio Latii crebra. — *Mezentius hic est.* Pro talis est: ut, « Hunc ego te, Euryale, aspicio? » Id est, talem; et utrum per contemptum, an per commendationem hoc pronuntiandum? *Serv.* — Moris fuit in trophæis affigi nomina illorum, de quibus trophæum erigebatur, quod infra, n. 84, firmabo ad illud, «inimicaque nomina figi»: titulus itaque hujus trophæi fortasse fuit, « Mezentius hic est. »

18. *Arma parate animis.* Aut Hypallage est, pro « armis parate animos »: aut certe est mutanda distinctio, ut sit, « animis et spe præsumite bellum. » — *Præsumite bellum.* Mente præoccupate; ut supra Turnus, « Et pugnam sperate parati. » Bene autem ait *præsumite*, quasi rem jam sui juris, ut ei deberi videatur certa victoria. *Serv.*

19. *Vellere signa.* Signa evelli non poterant, nisi captato augurio, et Diis faventibus. Itaque ait; ad annuentes Superos signa evellemus, non aliter. Nota vero; annuentium erat, si signa facile evellentem sequerentur.

bus, id est, sacris, quæ suprema: et ante alios curanda unius Pallantis sepultura; itaque, *mittatur ad Evandri urbem:* addit elogium et dolorem: elogium: nam nulla eguit virtute, id est, fortissimus fuit; nihil in eo requiras, nihil desideres: dolorem; nam obiit immaturus, ideo *dies atra, acerbum funus, ablatus, mersus.*

29. Oratio Æneæ in lacrymas desinit: itque ad locum, ubi positus Pallas jam exanimis; ubi servatus ab Acœte sene, qui fuerat Evandri armiger, et Pallantis custos, prius quidem felix, nunc satis miser. In his versibus miri sunt affectus; aliquos Donatus attigit: quale est audire, senem bello jam inutilem, esse superstitem; juvenem bello utilissimum, jacere? quale fuisse Acœtem felicem in anteacta vita, infelicem in exitu? quale, interesse funeri charissimi alumni, qui putaverat se reportaturum illum victorem ad patrem? quale interfuisse tot bellis semper illæsum, et Pallantem primo pugnæ die abreptum fuisse?

34. Efficitur res tota tragica; ab turba famulorum et Trojanorum, qui erant circum cadaver complorabundi; ab Iliadibus feminis, quibus solutus crinis lugentium more.

36. Vix Æneas pedem intulerat, quum ad visum illum novus et magnus gemitus exoritur, qui pæne ad sydera: tundunt omnes pectora, et Regia immugit: quid compares cum hac mœstitia?

39. Ab aliorum gemitu, tunsione, luctu, separat lacrymas

29. *Ad limina.* Occulte morem tangit, quo cadaver ablutum, unctum, coronatum efferebant cubiculo, et in vestibulo ædium collocabant ad januam ipsam, et quidem pedibus in publicum versis, eo situ abitionem postremam significantes.

31. *Servabat.* Nota ritum, quo corpus non modo in vestibulo domus ad ipsum limen collocabant; sed collocationi etiam *custodem* apponebant.

35. *Iliades crinem de more solutæ.* Has Æneæ ancillulas intelligimus: nam omnes honestas matres, hoc est, mulieres nobiles, in Sicilia remansisse dixit, excepta Euryali matre, de qua legimus IX, 217, « Quæ te sola, puer, multis e matribus ausa Persequitur. » *Crinem autem solutæ*, figurate, ut « palmis percussa lacertos. » *S.*—Vide hunc versum, lib. III Æneid. 65.

39. *Nivei Pallantis.* Late patet hoc epitheton: referri enim potest et ad candorem pristinæ pulchritudinis, et ad pallorem ex morte venientem, et ad frigus, quod proprium mortuorum est: ut, « Corpusque lavant frigentis et ungunt. » — *Levi in pectore.* Pulchro, puerili, nondum setoso. *S.* — *Patens in pectore vulnus.* Amplum vulnus

Æneæ, quæ excitatæ ad visum Pallantem : videt enim juvenem pulcherrimum, ideo *niveum*, in cujus tamen pectore patentissimum vulnus : nec caret peculiari affectu nominari *cuspidem Ausoniam*; quasi dicat : quin Parrhasius, qui alitus in spem regni, qui in florida juventute, cadit in Italia. Sic est fortuna; sic sunt bellorum fata !

42. Loquitur cum Pallante, movetque affectus ab ætate, *puer*; ab cæde, *miserande*; ab tempore, *quum læta veniret fortuna*; quasi dicat : quum læta fulgeret fortuna, propter spem potiundæ Italiæ, tunc illa *invidit mihi* : et *ne regna videres nostra*, quasi communia esset habiturus cum eo, si viveret : demum a triumpho, quem habiturus in ædibus paternis, et quo jam cariturus; ideo, *neque ad sedes victor veherere paternas*.

45. Hæc omnia κατὰ σιωπώμενον : nullibi enim narrantur dicta : moventur vero affectus a præterito successu; nam quum discessi in bellum ab Evandro, ille monuit, Italos viros esse acres; gentem duram; prælia ardua; et ego illi vicissim promisi fore ut te incolumem redderem.

49. Hic jam a præsenti successu Evandri, et sui : Evandri; nam *captus inani spe facit vota, altaria donis cumulat* : sui; nam deflet juvenem exanimum, et mœstus comitatur vano honore illum, qui jam transiit in potestatem Deorum inferorum, ac proinde *nihil jam debet ullis cœlestibus* : honor erga mortuos dicitur *vanus*, quia honoris hujus nullus ad illos sensus.

53. Sequuntur extremi affectus a futuro successu : *infelix* es, o Evander, nam *videbis crudele funus nati*. Ex tam atroci deinde querimonia ad se redit, quasi in se hæreat culpa hujus mali; *Hi nostri reditus, exspectatique triumphi! Hæc mea magna fides!* Mox cum Evandro tanquam præsente loquitur. *Aspicies* quidem filium; at *non pulsum pudendis vulneribus*, id est, a tergo acceptis : nec etiamsi *pater*, *optabis dirum funus nato sospiti* : patres enim generosi optant suis liberis mortem, quum eos

et lethale intelligit : amplum in voce *patens*, lethale, quia *in pectore*.

42. *Tene, inquit.* Iteratio est; nam supra ait, « Lacrymis ita fatur obortis. » Sane sciendum hanc adlocutionem talem esse, qualis illa, ubi defletur Euryalus : nam locis omnibus commovet miserationem, ab ætate, a tempore, a vulnere, a spe parentis. *Serv.* — *Miserande puer.* Puerum dixit Pallanta, ut victoris minueret gloriam : nam alibi juvenem dixerat. *Donat.*

54. *Hi nostri reditus.* Tales sunt : ut, « manibusque meis Mezentius hic est. » Latet hic magnus affectus, quasi dicat : redit ad te, sed quidem mortuus; vel potius, non ad te redit; nam qui mortuus redit, non vere redit.

cernunt redeuntes ad se, turpi fuga elapsos a bello, et cum vulneribus in tergo. Quare *nato sospite*, dicam in notis. Pergit; *hei mihi quantum*, etc. Nihil potuit vividius ad commiserationem, quasi in uno Pallante sita spes futuri regni, et Iuli gloria.

59. Postquam hoc dixit cum lacrymis, nam hoc est *deflevit*, imperat corpus *tolli*, scilicet in feretrum; jacebat enim in pavimento: mox eligitur comitatus, et hic est maximus, ut decebat dignitatem Pallantis: nam leguntur mille viri, hique *ex toto agmine*, videlicet ex Trojanis, Etruscis, Arcadibus. Sequitur ratio duplex, cur tam speciosus comitatus: prior; *qui supremum comitentur honorem*: posterior, *intersintque patris lacrymis*, quæ sane *solatia exigua* erunt, ad *ingentem luctum; sed debita misero patri.*

64. Nemo est segnis ad vocem imperantis Æneæ: itaque feretrum diligentissime texunt cratibus, et virgis arbuti ac quercus; atque intra feretrum toros exstruunt, illosque concamerant obtentis frondibus. Hæc sententia: sed poetice omnia; nam *crates et feretrum texunt*, nihil est aliud, quam *feretrum texunt e cratibus*: et hæ crates arbuteæ, quernæ, frondidæ.

67. Opificio facto, qui aderant, *ponunt* (verbum funerum) juvenem in *agresti stramine*, et *sublimem*; jusserat quippe Æneas *tolli*. Sequitur mira comparatio: vidisti florem aut violæ, aut hyacinthi, cui adhuc nativus fulgor, et propria pulchritudinis

56. *Nec sospite, etc.* Antiptosis est pro *sospiti*: et hoc dicit; si fugisset vulneratus a tergo, ipse ei optares interitum. Alii; non talem habes, inquit, filium, quo sospite, tibi dirum funus optares, quod parentes sibi precari solent ob nequitiam liberorum. Alii; non optabis, inquit, sospiti filio mortem, quod magis heroicæ personæ convenit: quare *sospite* pro *sospiti*. Serv. — Vide var. lect. et notas, vol. IV, pag. 205.

59. *Tolli miserabile corpus.* Similem successum narrat Dionys. Antiquit. lib. V, de Bruto Romano Consule, qui in acie cecidit, quem milites reportarunt multis cum lacrymis, et laudibus, coronis etiam victricibus. — *Corpus.* Tam Latinis *corpus*, quam Græcis σῶμα, pro cadavere frequenti usu. *Cadaveri* proprie respondet πτῶμα; nam ut nos a *cadendo*, ita illi παρὰ τὸ πεπτωκέναι: σῶμα vero, quod servet animam, παρὰ σώζεσθαι: sive, ut vult Plato in Cratylo, quod signum sit ibi manentis animæ, παρὰ τὸ σῆμα εἶναι τῆς ψυχῆς: sed cognatius prius etymon. *Cerda.*

62. *Solatia exigua.* Quamvis enim magna sint, orbitati patris prodesse non possunt; sed tamen exhibenda sunt patri, quia debentur: aut est sensus, non quidem responsura luctui, sed tamen solemnia, ergo justitiæ potius causa quam solatii. *Serv.*

forma, quia videlicet demessus non manu rustici, qui statim perdit florem, sed tantum *pollice virginis;* talem puta Pallantem: mira, inquam, comparatio: quia, ut flores inter herbas micant, ita Pallas inter congeriem illam frondidam: comparatur vero cum hyacintho, quia Hyacinthus puer fuit: et hic *languens*, quia *non jam alit tellus*, etc., quo signatur mollitudo, et teneritudo pulchelli corporis. Ex his omnibus exsurgit mira et tragica commiseratio.

72. Hic jam spectatur non solum Æneæ pietas, sed etiam magnificentia, quum pretiosissimas vestes absumat in Pallante honestando: est enim multiplex vestium commendatio: a materia; nam purpureæ, ab ornatu hujus purpuræ: nam ea auro rigebat; et postea signatius, *tenui telas discreverat auro:* ab arte; nam telas nominat, quæ auro discretæ: ab artifice; nam has Dido, et *suis manibus*, ut in nota amoris; et *læta laborum*, quia in gratiam Æneæ, cui illa perstudiose volebat placere: dicitur Dido *Sidonia* non tantum ornatu poetico, sed signate ad rem; nam Sidones principes fuerunt texturæ purpureæ.

76. Harum vestium una induit corpus Pallantis, altera ejus caput: ita Servius, et alii interpretes; quia videlicet adducta vestis gemina, quæ non necessaria, nisi insumenda in usum duplicem. Nota πάθος in illis, *arsuras comas.*

78. Quæ hæc præmia, nisi hastæ, gladii, thoraces, galeæ, et hæc omnia *longo ordine*, ad ostentationem et magnificentiam funeris: equi etiam captivi ante ducuntur.

81. Revocet Lector in memoriam, quæ præmissa in Ænei-

77. *Arsurasque comas obnubit amictu.* Harum unam de duabus vestibus induit juveni, altera caput ejus velavit; nam supra duas vestes dixit esse prolatas. *Obnubit* autem, velavit: translatio a nubibus, quibus tegitur cælum: unde et *nuptiæ* dicuntur, quod nubentium capita obnubantur, id est, velentur. *Serv.*

80. *Equos et tela, quibus spoliaverat hostem.* Vel Pallas, vel Æneas; nam ambigue positum est. *Spolia* autem quum proprie ea tantum sint, quibus hostis spoliari potest, ut lorica vel vestis, abusive jam *spolium* dicitur quicquid hostibus tollitur. Alii « equos et tela, quibus spoliaverat hostem », ad Pallantem volunt tantum pertinere, quia in antiquis disciplinis relatum est, « Quæ quisque virtute ornamenta consecutus esset, ut ea mortuum eum condecorarent. » Sallustius, « Exuant armis equisque. *S.* — *Quibus spoliaverat hostem.* Sic etiam explicari potest: vel quibus usus fuerat Pallas, dum hostes interimeret; vel quibus hostes spoliavit: ultima tamen sententia melior est. — Homerus Iliad. XXIII. Statius, Theb. XII, 60.

dos decimo libro, ubi juvenes octo vivi rapti sunt et ass ut immolarentur in sepulcro Pallantis : hos ibi, et hic i vocat, quæ cædendæ : ergo horum juvenum manus hi tergum Æneas vincit, ut reliquam pompam funeris comit

83. Demum trunci arborum induuntur armis cæsoru tium, ne desint trophæa in hoc apparatu : singulis t adjungitur nomen cæsi hostis; ferunt hos non e vulgo tes, sed ipsi duces. Adeo omnia in hoc funere magni spectata!

85. In principe pompæ loco, Acœtes ponitur mortui j custos, qui vere *ducitur*, ut *confectus ævo*, nec satis firi ribus; ad unam rem tamen vires suppetebant; nam fo (verbum mirum ad πάθος) *pugnis pectora et unguibus* : int etiam humi sternebatur totus lamentabundus. Omnia l θητικά.

88. Intellige currus detractos hosti; et hos *Rutulo p sanguine*, ad gloriam Pallantis : deinde sequitur Æthon, ejusdem Pallantis : mira hic πάθη; nam qui prius *bellato* sine *insignibus* : quin *lacrymans*, et *guttis grandibus*, c *humectat* (verbum αὐξητικὸν) *ora*.

91. Sequuntur alii cum hasta et galea Pallantis : sed c tantum? quia *cetera Turnus victor habet* : mox *phalanx* videlicet mille illi viri lecti ex toto agmine, nimirum e

84. *Ipsos ferre duces*. Suos scilicet, qui illis mille præerant. Melius tamen est, truncos jubet pro ducum spoliis ferre ipsos duces, ut tropæa, « duces ipsos » dixerit; sicut supra, « Manibusque meis Mezentius hic est », de tropæo : duces autem, ut Halesum et ejusmodi quos occiderat Pallas, duces ipsi portarent, (nam ducum fuerat tropæa portare,) ut habeat pater solatium de victoria filii, et honor funeri accedat. — *Inimicaque nomina figi*. Pro *inimicorum* : dicit autem adfixos tropæis titulos cum nominibus occisorum. *Serv.*

89. *Post bellator equus*. Militaris enim disciplinæ fuit, ut equus usque ad sepulcrum duceretur, atque armiger perversa arma gestaret, unde hanc consuetudinem poeta servasse. *Serv.* — *Po signibus*. Sine phaleris : su putent, hunc equum ita d ut cum cadavere combur more tunc usitato, quo ca quæque una cremabantur. pompæ tantum ornatum producturn. *Taubm.*

90. *It lacrymans*. Non mir quod equum dicit *lacrymar* Homerus etiam divinantem i rit. Plinius solum equum hominem *lacrymare*, et dol fectum sentire, dicit, lib. V ubi de equis; « Iidem præ pugnam, et amissos lugent nos, lacrymasque interdu derio fundunt », et quæ seq Hom. Iliad. P, v. 438.

cris, Tyrrhenis, Arcadibus; et omnes *versis armis*, ut in luctu. Expedit Germanus, cur dicatur Turnus habere arma cetera, quum lib. X, balteum tantum Pallantis Turnus rapuerit: quia videlicet, uno balteo, ut nobilissimo spolio, nominato, cætera intelligenda poeta omisit: itaque cum balteo et alia rapuit: sed mox idem Turnus ex tot spoliis hastam, ut præcipuam inter τὰ πληκτικὰ ὅπλα; et galeam, ut præcipuam inter τὰ φυλακτικὰ, restituit: sive liberalitate motus: sive, ut ego existimo, λύσιν ἀποίνων, ut de Achille loquitur Hom. II. Iliad. Itaque hasta et galea redempta sunt pretio; et hæc omnia κατὰ σιωπὴν facta esse intelligenda sunt.

94. In exitu adhibetur Æneæ pietas, qui procedente funere, ipse substitit; et cum gemitu dixit Pallanti extremum *salve*, extremum *vale*, idque *æternum*, quia nunquam deinde eum visurus, et cui paratæ a fatis aliæ lacrymæ, alia bella. Quo dicto, funus processit, et ille rediit in urbem ad suos: in qua urbe non fuerat, ex quo ad Evandrum iverat, octava Æneide.

100. Eunti Æneæ ad muros legati Latinorum supplicabundi occurrerunt cum ramis oleæ: hæc enim nota unica supplicum:

93. *Versis Arcades armis*. Ita scilicet in exsequiis militaribus. Stat. Theb. lib. VI, in funere Archemori, « Tum septem numero turmas (centenus ubique Surgit eques) versis ducunt insignibus ipsi Grajugenæ reges. » Tacit. in funere Germanici, Ann. III, « præcedebant incompta signa, versi fasces. » Albinovan. ad Liviam, « Quos primum vidi fasces, in funere vidi, et vidi versos, indiciumque mali. » Adhuc apud nostros inolevit hæc consuetudo, ut in obitu ducis, exercitus et milites vexillis humum verrant, et inversis cuspidibus hastæ inclinentur trahanturque. *Cerda*.

97. *Salve æternum mihi, maxume Palla, Æternumque vale*. Varro in libris Logistoricis dicit, « Ideo mortuis Salve et Vale dici, non quod aut valere, aut salvi esse possint, sed quod ab his recedimus, eos nusquam visuri. » Hinc ortum est, ut etiam maledicti significationem interdum *vale* obtineat, ut Terentius, « Valeant, qui inter nos dissidium volunt », hoc est, ita a nobis recedant, ut nunquam ad nostrum revertantur aspectum. Ergo quum mortuo dicitur *vale*, non etymologia consideranda est, sed consuetudo, quod nullis *vale* dicimus, nisi a quibus recedimus.

99. *Tendebat*. Eadem significatione τείνειν Græcis dici Germ. notat, nam Eurip. Supplicib. οἱ δ' ἔτεινον εἰς πύλας. *Cerda*.

100. *Oratores*. Legati: a perorando pro republica nominati; quod orabant, id est, agebant: unde et actores causarum *oratores* appellantur. *Serv*.

101. *Velati ramis oleæ*. Non coronati, nec enim lugentes decebat, ut qui pro mortuis precabantur, sed instructi et ornati: id est, in manibus olivæ ramos ferentes: si-

veniunt vero ab Laurolavinio; hæc enim urbs Latini Notat docte Germanus mitti legationem ab Rutulis ad Æ (non contra) tanquam ad victorem, ut cui, ex commiss pugna, partes campi adjudicatæ.

102. Quid vero legati? redderet tumulanda corpora, ferri sævitia jacebant per campos. Ratio duplex: prima *lum cum victis certamen, et æthere cassis:* altera; *parcere pitibus quondam, socerisque vocatis;* pendet illa ex pietate ex fide: notetur illud, *ferro fusa*, quasi excusetur Æneas.

106. Videt Æneas, hæc non esse *aspernanda;* et, ut *precantes prosequitur venia*, quia videlicet illi venerant *ro veniam:* deinde placuit illi altercari cum legatis de pra bello.

108. Hac oratione vult Æneas se cum Latinis conci ut is, qui a bello abhorreat; qui totus in pacem incline doleat mortuorum miseriam. Ab hoc scopo conciliation tum, ut jam illos leniter reprehendat; jam se excuset culpam in alios conferat omnia graviter, et cum decoro. curram breviter orationem: ergo, ipsi se bello implicue sed culpam conjicit in fortunam, *quæ vos fortuna im bello?* et hæc *indigna*, quia indigni vos hac clade: amic fugitis? nihil potuit majus: *oratis pacem exanimis, et pere Martis sorte?* quasi non ipse peremerit, nec in ejus culpa s sed in sorte, in fortuna: *equidem et vivis concedere ve* quasi dicat; beneficium unum petitis; ego addo alterum enim de mortuis estis solliciti; ego de vivis: est et hic l reprehensio. Vos estis pertinaces, nam ego pacem vol nota præclare dici *pacem* pro sepultura, ut eadem vox s paci vivorum. Sequitur excusatio; *nec veni*, etc.: cogu fata; nequeo aliter; in vobis hæret culpa; Dii mihi ha

cut Homerus στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος. — *Veniamque rogantes.* Beneficium juxta antiquum modum dictum; hoc est, sepulturam suis petentes. *Serv.*

103. *Redderet.* Ostendit jam campos in Trojanorum esse potestate. — *Nullum cum victis certamen.* Deest, *esse oportet.* — *Et æthere cassis.* Id est, vita carentibus, luce vacuis, unde et retia, *casses* dicimus: hoc autem bene addidit, quoniam victi possunt innovare men. *Serv.*

106. *Bonus Æneas.* Ideo ab eo facile impetratur. — *aspernanda.* Justa, non conte da: sepulturæ enim benefici neraliter debetur universis. *nia.* Quam petebant; aut humanitate. *Serv.*

112. *Nec veni.* Nec ven tempus est pro tempore, et ὁμοιοτέλευτον. — *Nec bellum*

dem assignarunt, et loca: deinde, *nec bellum cum gente gero;* quasi dicat: vobisne ego hostis sim, qui estis subditi? nihil me læsistis: regem vestrum incuso: ille *reliquit nostra hospitia;* notat Latini perfidiam; *et credidit se armis Turni*, quod cedit in meum dedecus; quasi Turnus potentior sit ad tuendum regem. Ergo, si ita potens est Turnus, ut rex se illi crediderit, facite ut mecum descendat in singulare certamen: æquius enim fuisset ad finiendum bellum, ad pellendos Teucros, ut mecum *his*, δειχτιχῶς, *armis* congrederetur, non vos supponeret: vixisset sane cui Deus vitam dedisset, cui sua virtus: quia victoria contingit, aut dante illam fortuna, aut unoquoque sibi illam pariente propria virtute: et vide modestiam; non ait, interfecissem illum; sed, vixisset cui Deus, etc. Verum jam ite, et cremate cives vestros; miseros quidem, ut qui perierint, non sua culpa, nec suo in negotio, sed nuptias dum Turno quærunt. Sic ego expendebam hanc orationem. Sed libanda aliqua ab Scal. qui lib. III. Poet. cap. 84, rem totam ad tectam ironiam confert; ut dissimulet Æneas cives Laurentes ab se interfectos; quo scopo ait, *Pacemne exanimis, et belli sorte peremptis;* quasi dicat, non a me, sed a bello: *equidem et vivis concedere vellem:* non igitur ego belli auctor: ideo addit, *nec bellum cum gente gero*, sed cum Latino: immo non ego cum illo, sed ille mecum; nam *rex nostra reliquit hospitia;* et *hospitia*, quia Drances dixerat, *parceret hospitibus*, qui tamen erant hostes. *Æquius huic Turno fuerat se opponere morti:* quid enim illi majus poterat evenire, quam mors? certe dedecus: ideo, *æquius;* nam invenisset in morte æquiorem fortunam. In illis, *huic Turno*, inest contemptus cum indignatione. Sed hoc artificium Scaligero laudatum evanescit, si pro *Turno* legamus *Turnum;* quæ quidem vera est lectio.

120. Ad pietatem Æneæ obstupescunt; ab stupore silentium sequitur; et tantum loquuntur ore et oculis in se conversis.

122. Post aliquod silentii spatium, unus Drances, et quia *senior*, et quia *infensus Turno* ad Ænean loquitur: illud *odiis et crimine*, est, infensus odiis et proprio crimine, quasi odio-

gente gero. Subaudiendum, *sed cum Turno:* per quod populariter eorum captat favorem: aut ut seditionem eorum adversum regem invocet. *Serv.*

122. *Tum senior.* Cui ab ætate præstabatur auctoritas. — *Odiis et crimine Drances Infensus juveni Turno.* Aut qui eum odio semper et criminationibus persequebatur: aut propter suum crimen, id est, inertiam, quam semper virtuti

rum tota sentina penderet a culpa Drancis et crimine, n Turno: aliter interpretes; ut velis: potest etiam esse δυοῖν, ut *odiis, et crimine*, pro, odiorum crimine: ait vi cum respectu ad Ænean, id est, servata sermonis vice: nam quæ orsus Æneas fuerat de Turno, ille accumulat.

124. Sunt omnia præcipua ad laudem Æneæ; *ingens* sed *armis ingentior*, quia oculi fideliores auribus: m fuerat Æneas auditus, major visus, quod paucis contin tanta ergo magnitudine dubitatio illa, *quibus cælo*, i cælitibus, *te laudibus æquem?* sed cur æquandus laudibu cælitibus? quia justitia, et virtus belli in eo maxima: et tat, utra sit major, ut ostendat utramque esse in eo princ

127. Promittit jam se urbi narraturum admirandas vi deinde facturum, ut Latino concilietur; Turnus exclu et nota, prius præmissum *referemus ad urbem*; et dein *Latino jungemus*: nam sæpe a populo arbitrium princi et quo ille inclinat, hi quoque inclinant: ergo, prius lum studiose conciliabimus; deinde Regem, ut hoc populi tu admittaris, Turnus excludatur; nam hoc est, q *sibi fœdera*, alia conjugia nempe: tu enim jungeris, id e tuo agetur conjugio.

130. Quum hæc profecta sint ab homine sene, apti admodum sunt: nam quale est audire senem virum, et cipem inter suos sublaturum humeris moles et saxa æd et hoc cum voluptate? nam *juvabit*: sed unica ratio, na *tales moles*: quis enim non præstet suam operam fatis plendis? Hæc ille, et omnes eadem pari assensu; et cu mitu, quo studium intelligas.

133. Ergo factis induciis, sine ulla cautione hostes

constat esse contrariam: aut Turni crimine, qui tot viris causa mortis extiterat. *Serv.*

126. *Justitiæne prius mirer.* Id est, Tene mirer ob justitiam prius, an ob belli labores? ita Lamb. ad illud Hor. Epod. 17: « Plorare artis »: ut subaudiatur *caussa*: quomodo hoc Virgilii et Turnebus explicat V, 8. Ita infra, vs. 280, « lætari malorum. » Secutus autem Græcos est, qui θαυμάζω τῆς ἀρετῆς dicunt. Sic Plato, ἀνάσσειν πό-

λεως dixit, quod Horat. Od. I « Regnare populorum. » 7 — Vide var. lect. vol. IV,

131. *Saxa Trojana.* Am ait, quasi Trojanis fataliter vel *Trojana*, in usum Trojan

133. *Pepigere dies.* Pacti nam ab eo quod est *pacisc* *pepigi* et *pactus sum* facit: si eo quod est *parco*, et *parsi* *perci* facit. — *Pace sequestr* dia; namque *sequester* est a dius inter duos altercante

per sylvas, materiam secturi mortuorum rogis. Omnia sunt propria : fraxinus et pinus securi cæduntur : robora et cedrus, quia durioris materiæ, cuneis scinduntur. Nota et lucem epithetorum : fraxinus est *alta;* pinus *actæ ad sydera;* robora sunt, *dura*, quippe *cuneis* pro epitheto est, queis notatur durities; demum cedrus *olens:* verba quoque aptissima sunt : fraxinus *sonat;* nam, quum frangitur, claro est sonitu, non obtuso, certe clamosior, quam aliæ arbores : pinus, ut quæ alto *evertuntur*, quo res fit tragica : robur, et cedrus *scinduntur*, quod verbum aptius ad cuneos : demum post sectam materiam sequitur comportatio, immo *vectatio* frequentativa voce, quo intelligas euntes sæpe et redeuntes; et *plaustris gementibus :* qui gemitus adhuc mihi post tot sæcula in auribus stridet, easque opprimit.

139. Ex natura famæ, quæ veros nuntios prævenit, ideo *prænuntia;* et quia prænuntia, ideo *volans*, quasi non ut nuntii consueto itinere, sed per aerem. Mira vero dispositio, quum illa complet primo *Evandrum*, ut quem acrior dolor tangeret; deinde *domos* ejus; tertio *mœnia*, id est, urbem : quid vero fama? acerbos affert luctus, quæ, ante momentum temporis, præclaras juvenis victorias. Egregium πάθος; nam a summa fortuna ad summam infelicitatem.

142. Non est poeta oblitus decori in tanto dolore Evandri : alius quippe primo patrem ipsum convolantem faceret : non sic; vulgus primo ruit ad portas, et qua inferendum funus; facesque rapit ex vetere more; viæ omnes flammis lucent, et ita illæ multæ, ut agri ipsi discerni et discriminari possint. Puto indicari a poeta tempus nocturnum, et inde discriminatio illa ex multitudine flammarum.

145. Fiunt jam omnia tragica : vides enim et planctus venientium cum cadavere, et clamores excipientium : et in hac Tragœdia omnia proprie : qui veniunt cum cadavere, ut viri,

ad quem aliquid ad tempus seponitur : dictum autem a sequendo; quod ejus, qui electus sit, utraque pars fidem sequitur. *Pacem* ergo *sequestram*, inducias dicit; id est, pacem temporalem, et mediam inter bellum præteritum et futurum, et inter utrumque hostem. *Serv.*

137. *Olentem cedrum*. Quia quærebantur arbores odoriferæ ad ustrinam pyræ abigendam. Et hæc est ratio, cur adhibita *cedrus* ab scientissimo poeta, etiamsi non esset in eo orbe, modo vere *cedrum* intelligat, modo juniperum, quam Plinius *cedro* ait esse similem : et vere, nam suavitate odoris, foliis, baccis, similis est *cedro*.

ut militares, tantum plangunt: feminæ, quæ funus excipiunt, clamores attollunt, et urbem incendunt. Quæ hæc rerum facies?

148. Quid si consideres Evandrum? erat rex, et senex: sed erat etiam pater: itaque nec regia severitas, nec senectus invalida patrem retardant: ruit in medios ordines, ac statim viso rege, funus, quod procedebat, substitit: itaque ille *procubuit super Pallanta, reposito feretro*, id est, subsistente, neque procedente funere: ut procubuit, hæsit in vultu nati; ibi lacrymæ, ibi gemitus: omnia ex magno decoro: poeta alius hanc nactus occasionem, quid non fureret? Induceret patrem lacerantem comas; turpantem faciem; fœdantem genas; exosculantem formam hiantis vulneris: non ita hic vates: pater et rex erat: in patre sunt lacrymæ et gemitus: in rege majestas et decorum.

151. Egregius versus, et nescio an satis expensus: solet dolor vocem intercludere; sed ita etiam esse magnus potest, ut cogat ad loquendum, et vocem laxet: extremum hoc poeta voluit; atque ita indicatur fuisse dolor admodum vividus: ita solet ira vocem impedire; acris tamen et summa illam aperit: et hoc aliquando visum in homine muto, cui nunquam ante locuto ira subita et vehemens vocem dedit, atque aperuit organa.

152. Prima hæc dicta κατὰ τὸ σιωπώμενον: nullibi enim legitur id Pallas promisisse patri; sed credibile ad senis consilia, ut caute se gereret, neque audax in bello esset, juvenem respondisse cum blandimento aliquo patri assentientem: egregie ergo vidit poeta, ut ista σιωπώμενα essent: fuisset enim præter decorum fervidæ adolescentiæ, ut Pallas id diceret: quod tamen nunc in ore patris indignum non est. In attributo *sævo*, latet ratio: crede te caute Marti, quia sævus.

154. Pendent a superioribus: promisisti te fore cautum in bello: sed ego cur credidi, qui sciebam experimento, quantum posset prima illa et nova armorum gloria; dulce illud certandi decus, immo dulcius rebus omnibus? ideo *prædulce*, ac proinde (hæc est enim mens senis) in me culpa residet, qui quum hæc scirem, te tamen misi: potest etiam esse *prædulce*, immaturum, quasi ante tempus dulce.

156. Significat fuisse tyrocinium belli infelicissimum Pallanti; nam primo bello statim raptus: ideo, *miseræ primitiæ, rudimenta dura!* Sequitur ratio tantæ calamitatis, quia *nulli*

Deorum exaudita vota et preces meæ. Sed cur rudimenta hæc dicuntur esse *belli propinqui?* vel quia ante maturam ætatem Pallantis bellum hoc ingruerit; vel potius nimium vicini, quam ut ab eo abstinere potuerim: hoc bellum vocari solitum *antarium*, quod sit quasi *ante aras* et focos urbis.

158. Apostrophe ad conjugem, qua hæc dicitur *felix!* sed cur *felix?* quod, vide πάθος! obierit: sequitur ingens αὔξησις, *neque in hunc servata dolorem:* quod enim esse majus incrementum potest? dolor superat ipsam mortem: felix ergo, et quod obierit, et quod dolore isto caruerit!

160. Ab uxore redit ad se: ego contra sum miserrimus, quia *vivendo vici mea fata*. Explicat statim, quid sit vivendo vincere sua fata: quia genitor quum esset, superstes restitit, id est, supervixit filio; est enim veluti fatum, ut pater præcedat morte filium: ab hac fatorum lege non servata oriuntur miri affectus: ego debuissem sequi socia Trojanorum arma, non tu: me Rutuli telis obruerent, non te: me hæc pompa demum referret, non te: hoc videlicet fata postulabant, quia ego major te.

164. Vult esse salvam Trojanorum fidem, fœdera, hospitia: nihil horum arguo, nihil damno: nam *sors ista debita erat senectæ nostræ:* itaque nulla in Teucris culpa, sed in me sors hæsit: consolari se statim tentat. Esto, immatura debuit esse hæc sors; quod majus solatium, quam ab immature rapto, tantam editam in hostes stragem, et cæsa tot Volscorum millia? ergo, *juvabit,* recreabitque me, illum cecidisse, qui tot prius Volscos cecidit. Nota oppositionem: ille cecidit, a quo cæsa millia: auget adhuc gloriam nati, duxit hic Teucros in Latium: nam videlicet Pallante comite navigavit ex Etruria Æneas in Latium: meminit Volscorum, quia hi in exercitu Turni; et Camilla Volsca fuit.

169. Alia consolatio a magnifico funere, a quo vult ipse abstinere, quod nihil possit magnificentius Ænea, Phrygibus, Tyrrhenis: sed cur hoc funus magnificum? quia ibi visebantur trophæa illorum ducum, quos Pallas morti dederat.

173. Apostrophe ad Turnum orta ex visis aliorum ducum trophæis: tu quoque, o Turne, in horum trunco aliquo ar-

158. *Tuque, o sanctissima conjux. Sanctum* non semper sacrum, neque religiosum est; ut hic, ubi *sanctissima* incorruptæ castitatis vim significat: unde et *sanctæ leges* appellantur, quæ neque corruptæ sunt, neque corrumpi possunt. *S.* Macrob. vide, Saturn. III, 3.

matus stares, id est, vestirent quoque arma tua truncum aliquem, si esset par ætas, par robur, aut nati, aut mei quam tui : est statim ad Trojanos conversus, *quid vos ab armis demoror?* ite, et perferte Regi vestro mandata hæc mea.

177. Sequuntur mandata ad Ænean: abrumperem statim vitam, quæ mihi jam invisa Pallante interfecto, sed tua dextera et virtus, o Ænea, facit, ut morer adhuc in vita; nam spes mihi concepta est fore, ut te videam nati mei ultorem : vides enim Turnum debitum esse (πεπρώμενον) mihi et nato : *hic solus locus vacat tibi*, id est, relictus est tibi ad merita tua in me augenda, et ad fortunam meam : quasi dicat; nullo me potes majore merito beare, nulla majore fortuna, quam si Turnum interficias : nulla enim alia *quæro vitæ gaudia;* deinde *nec fas* est me quærere, qui spondam Orci pæne attigi. Tantum volo *perferre nato gaudia sub imos manes,* nuntium scilicet interfecti Turni.

182. Redit ad institutum, debes enim hæc annectere cum versu illo 138; *Nec plaustris cessant vectare gementibus ornos :* nam quæ pertinent ad luctum Evandri, subjecta sunt velut per parenthesin. Scias etiam in hoc libro dies quinque impendi : in primo excitatur trophæum Mezentii; lugetur Pallas; ornatur ejus feretrum; mittitur ad patrem : in altero fiunt exsequiæ illorum, qui interfecti narrantur libro decimo, tam ex Trojanis, quam ex Latinis : post dies tres fit ossilegium crematorum cadaverum ; et in extremo horum trium fit concilium in ædibus Latini, et peragitur bellum. Sed jam ad rem : describit Auroræ adventum, quæ lucem attulit *mortalibus*, signate; et *miseris*, quia *referens opera atque labores.* Annon hæc magna miseria?

184. Æneas suos curat Trojanos; Tarchon suos Etruscos; et relinquit intelligendum κατὰ σιωπώμενον, Arcadas curatos mistim ab Ænea et Tarchonte, quippe mortuo Pallante : at-

180. *Non vitæ gaudia quæro.* Non delectatione lucis istius vivo : nec fas est superesse orbatum tali filio patrem : sed ut nuncius ad Inferos pergam, ac Pallanti referam *gaudia*, et optatam ab hoste sumptam vindictam. *Donat.*

183. *Extulerat lucem.* Asinius Pollio dicit ubique Virgilium in diei descriptione sermonem aliquem ponere aptum præsentibus rebus, ut hoc loco : quia funerum et sepulturarum res agitur, dicit *extulerat.* Item in quarto, quia est navigaturus Æneas, et relicturus Didonem, dicit : « Tithoni croceum linquens Aurora cubile. » Quod licet superfluum sit, tamen in multis locis invenitur necessarium. *S.* Lucr. V; et Manilius lib. I.

que adeo in Poetæ animo fuit ingens πάθος, quum nominavit Ænean et Tarchontem, dolorque exstitit ex supresso Pallante. Ergo uterque dux pyras exstruit, et suos tumulat, Æneas Trojano ritu, Tarchon Etrusco; ignis subjicitur pyris, isque adeo magnus ex ingenti materia, ut cælum etiam latere fumo videretur.

188. Hinc jam varii ritus servati in funeribus: armati decurrunt circum rogos, lustrantque obequitantes, idque cum magno ululatu: ait *cincti*, quia expediti et militari more. Accipe vero hos versus, ut illud *pateris libamus, et auro*, id est, aureis pateris: itaque, quamvis duplex sit oratio, una est sententia; quasi dicat: ter rogos decurrere, lustrantes ter ignem, etc. Sequitur ritus alius; nam lacrymis sparsum solum, sparsa arma: deinde auditus clamor omnium vociferantium, et tubarum sonitus clangentium.

193. Usitatum quoque, ut cum mortuis una arma concremarentur, et hostium, et propria: ergo dantur igni galeæ, enses, fræna, rotæ, omnia hæc direpta hostibus: deinde clypei proprii; inde *nota munera;* et tela, quæ vocat parum felicia, ut quæ suos dominos non defenderint.

197. Denique fusus sanguis ferarum; nam hoc quoque e ritu funerum: itaque boves mactantur in honorem mortis, sues, et pecudes aliæ, sanguisque in flammas funditur. Quibus peractis, ibi lacrymabundi permanent, donec omnia ignis absumpsit, et nox advenit cum stellis micantibus.

203. Fuerat major cædes in castris Latinorum; inde et exequiæ operosiores; hinc *innumeras struxere pyras:* et vere *miseri*, ut qui pleni tot funeribus. Distribuit vero poeta cadavera hunc in modum: multa ibi infossa; multa missa in agros finitimos; hoc enim commode potuit fieri; nam qui e longinquo venerant, remitti facile in patriam non potuerunt: demum alia remissa in urbem sunt. Roges: hinc cremati, an integro cadavere sepulti? certe cremati, si attendas; nam innumeræ sunt pyræ, quia multi infossi: infodi enim etiam dicebantur ossa et cineres: nam innumeræ illæ pyræ, quæ structæ, nulli essent usui, nisi ad multos illos, qui infossi: postea unicus tantum et magnus rogus acervum reliquum ab-

201. *Busta*. *Bustum* dicitur id, quo mortuus combustus est, ossaque ejus ibi juxta sunt sepulta. Alii dicunt, ubi homo combustus est, nisi ibidem humatus fuerit, non esse ibi bustum, sed ustrinum. Lucr. lib. III; Ovid. in Epiced. Tibulli; et Prop. Eleg. lib. I, 19.

sumpsit: itaque, multi illi capiendi ἐξαιρέτως, ut qui præcipuo essent honore.

207. Cæteri omnes conferti in acervum unum, erat enim ingens et confusa cædes, concremantur, nullo nec numero, nec honore. Quod sequitur de ignibus certatim collucentibus, est tanquam epiphonema totius sermonis: nam et innumeræ illæ pyræ, et rogus ille, qui serviit universæ turbæ, exstruebantur a singulis, quanto poterant apparatu.

210. Post tertium diem, celebratum ossilegium a mœrentibus; eruta enim ossa ex cinere, ut terræ mandarentur, in quam infodiebantur aggestam et oneratam. Hypallagen agnoscit Servius, ut sit *tepido aggere*, pro, *tepida ossa*: poeta dixit *altum cinerem*, id est, copiosum, ut ex multis cadaveribus.

213. En tibi jam παρασκευὴ ad magnam partem hujus libri; videlicet ad consilium Latini de pace et ad contentionem Turni et Drancis: quippe ab tot cædibus ortus in Regia fragor; in urbe luctus: itaque fragor spectat Regiam, ubi consilia agitabantur: luctus urbem, ubi fiebat comploratio. Ergo, matres plorabant suos liberos; nurus maritos; sorores suos fratres: pueri patres; et omnes demum bellum exsecrabantur, ut quod *dirum*; et inprimis *Turni Hymenæos*, id est, nuptias: invidiose hoc dictum, perinde ac si diceret; Turni voluptas tantopere ambita emitur nostrorum sanguine: igitur, quando hoc ita est, ipse solus armis, et ferro decernat; ipse emat suo cruore Regnum Italiæ, et honores primos, id est, successionem imperii: nam hæc devolvenda ad illum, qui Laviniam duceret.

220. Consilia hæc, et incitatam contra Turnum plebem Drances incendebat *sævus* in Turnum, dicebatque, illum solum vocari ad singulare certamen, illum posci. Certe audierat ab Ænea,

> *Æquius huic Turnum fuerat se opponere morti:*
> *Si bellum finire manu, si pellere Teucros*
> *Adparat, his decuit mecum concurrere telis.*

Sed plebi et Dranci multa se opponebant pro Turno: inprimis magna pro illo umbra et defensio, Amata ipsa, quæ tota

211. *Mœrentes.* Hoc et ad Latinos et ad Trojanos potest referri. Sane *mœrere* est cum silentio dolere: *flere*, ubertim lacrymas demittere; *plorare*, cum voce flere: *plangere*, cum aliquibus dictis miserabilibus pectus aut faciem tundere: *lugere* etiam cum habitus mutatione. *Serv.*

223. *Obumbrat.* Subaudis *Tur-*

in ejus nuptias incumbebat, et Ænean oderat: deinde illum tuebantur magna et præclara ejus facinora; multos enim Trojanorum in superiore bello interfecerat: ac propterea tum dignus videbatur, qui imperio succederet: tum idoneus credebatur, qui Trojanos pelleret.

225. Turbata omnia erant in civitate Latini; accedit nova causa turbationis: nam Legati, qui missi Arpos urbem Apuliæ ad Diomedem, redeunt mœstissimi, quia *nihil actum impensis omnibus tantorum operum;* videlicet non donis, non auro, non magnis precibus: hæc sunt impensa illa: quin afferunt ab Diomede, ut quærerent Latini aliunde opem, aut pacem ab Ænea peterent.

231. Indicat λειποψυχίαν Latini; nam quid aliud est *luctu deficit?* ideo vero in hoc deliquio, ut ad quem magna pars cladis devolvebatur: nam in rerum adversitatibus, regibus inprimis periculum imminet: præterea se rex ipse pungit nova consideratione: nam ex multitudine cæsorum, quorum tumuli erant ante ora, conjicit Deorum iram, qui manifestis indiciis Ænean vocabant, velut destinatum jam fato ad amplissimum imperium.

234. Ergo in tanta rerum perplexitate concilium cogit, et acciri suos jubet: conveniunt illi ad regiam, et plenæ sunt commeantium hinc inde ad palatium viæ. Sedet Latinus in mediis, ut qui *rex*, ut qui *ævo maximus*, ut qui *primus sceptris*, id est, inter sceptriferos. Sed inter tot præclara, tamen *haud læta fronte:* nam cura mali altius insederat. Erat in eo consessu

num: tuetur, defendit: translatio ab arboribus facta, quia nomen nobilium tanquam umbra est pro aliis hoc autem dicit, amor reginæ ad favorem popularem plurimum proderat Turno. *S.* — Quum Lucanus ait de Pompeio, *stat magni nominis umbra*, innuit hunc aliis fuisse velut umbram.

226. *Ecce super.* Insuper, hoc est, ad cumulationem malorum. — *Mœsti.* hoc sermone eos nihil egisse significat. — *Magna Diomedis ab urbe.* Legitur et *magni:* et tanto asperius videtur, quod quum magnus sit Diomedes, non audet adversus Æneam pugnare. *Serv.* — Alio ordine rem hanc narrat Ovidius: dicit enim legatos ad Diomedem missos rediisse, antequam Turnus Trojanorum castra oppugnaret, et Æneæ classis, quam incendere volebat, mutaretur in nymphas: vide Met. XIV, 527, et sqq.

231. *Rex ipse Latinus.* Qui consolari debuit, aut defendendæ reipublicæ aliud inire consilium. *S.* — *Fatalem Ænean.* Servius *fatalem*, loco hoc, omnibus perniciosum significare dicit: sed cur non, obsecro, potius exponamus, Fatis certo advectum?

Turnus: sed hoc κατὰ τὸ σιωπώμενον; nam in superiore libro substractus pugnæ Ardeam iverat.

239. Quum sedissent omnes, jussit rex legatos cuncta ordine narrare: tacent omnes ad imperium regis; et Venulus princeps ejus legationis paret, ac ita loquitur.

243. Accipienda hæc per ὕστερον πρότερον, quod genus narrationis familiare est poetis: itaque, prius erat, *emensi iter superavimus omnes casus* viarum ac difficultates; et deinde, *vidimus Diomedem*, etc. Sed invertit, ut dixi more poetico; adde, et rhetorico, ut Servius notat: nam rhetores quoque ita sæpissime. Expende tertium versum: quale est audire, apprehensam manum illam, quæ Trojam evertit? quare quid majus?

246. Adhibet circumstantiam aliam, videlicet studium condendæ urbis, quo occupatum Diomedem invenerit. Ait Strabo libro sexto, et Servius etiam, Diomedem condidisse urbem, quam vocavit *Argos hippion* a patria, quia videlicet ἀπὸ τοῦ ἄργους ἱπποβότου, id est, *ab Argo nutriente equos:* ille struxit Argos hippion, id est, Argos equestre. Sed addit Strabo, corruptione declinasse hanc vocem in Argyripam, et postea adhuc majore corruptione in Arpos: itaque Argos hippion, Argyripa, Arpi, urbs est eadem; tantum diversa nomina. Hanc igitur condebat Diomedes: videndus etiam Appianus in Annibale, ubi etiam ait urbem Arpos conditam ab Diomede. Polybius libro tertio vocat Ἀργυριππηνὴν: sed ubi? in Apulia juxta montem Garganum. Apulia quippe, Iapygia, etiam dicitur ab flante inde vento Iapyge, id est, Cauro: inde et Garganus mons Apuliæ, Iapix dicitur, et Iapygius noto attributo. De hoc loco et Diomedis sedibus, legendus est Excursus I, vol IV, p. 287 et seqq.

248. Ab notitia locorum transit ad alias circumstantias, et omnes ordine debito: ingressi ad eum sumus, postquam data

240. *Et responsa reposcit.* Mire ait *reposcit:* ante enim rex solet a legatis universa cognoscere, et sic eos, præsente populo, iterum omnia jubere narrare: unde est, « Ordine cuncta suo: nam nihil prætermittunt: unde et superflua narrare consueverunt. *Serv.*

242. *Farier infit.* Expedit hoc Germanus: nam *infit*, est, vel incipit, ita enim Festus explicat: quo sensu Plaut. Aulul. « infit ib postulare »: et Lucret. lib. III,« quicunque adoritur, et infit: vel est, *infit*, idem quod inquit, indicat, *inquit fari*, pro, fatur, idem Hellenice; nam Xenoph. simili pleonasmo in Œcon. φάναι ἔφη: et Hom. βάσκ' ἴθι: sic et Latini ipsi dixerunt, *vadit vadere; pergit pergere*. De hoc pleonasmo à Latinis et Græcis passim et fuse interpretes.

est copia : præferebamus munera, ut flecteremus; docemus nomen nostrum, et patriam, atque etiam eos, qui nobis bellum intulerint; si ita vir tantus, et pro novis hospitibus, et contra antiquos hostes excitaretur; et hanc esse unicam profectionis nostræ causam : nos ille ut audivit, hæc reddidit, et *ore placido;* ut ita intelligas habitum futuræ orationis ad pacem spectantis.

252. Exordium orationis ductum a pace, qua semper Italia floruit : commode; nam hanc vult persuadere. *O antiqui Ausonii; fortunatæ gentes,* quia *Saturnia Regna:* quum ergo semper pace florueritis, ut qui vere Saturnii populi, *quæ fortuna quietos vos sollicitat?* præsertim quum bella ista ignota sint vobis? id est, quum ignotus hic hostis : et major vestra culpa, quod velitis *lacessere.*

255. Vult narrare calamitates, quas passi Græci, qui Trojam everterunt; et incipit ab his, quas experti ipso decennali bello, immo has omittit, ut infinitas : opes enim omnes bello illo exhaustæ, et multi pro sepulcro habuerunt aquas Simoentis. Hæc itaque omittit, et transit ad supplicia, quæ passi postea; et ad pœnas, quæ expensæ : notanda sunt tria verba : *violavimus,* quasi sacrilegium fuerit Trojanos invadere : *supplicia infanda,* ut quæ non facile quisquam possit fari præ multitudine : *pœnas scelerum,* quasi scelerati Græci fuerint; quo nihil dici majus potuit à Græco homine.

259. Indicium magnæ cladis, quum vel hostis ipse misereatur : dilabitur jam ad explicanda mala, quæ passi Græci post

255. *Violavimus.* Quasi sacros; nam *violare* de religionibus dicimus : et ingenti arte agit, ne aut victoriam suam sileat, aut non procedendo contra eos quos vicit, confiteatur ignaviam : dicens non esse contra eos pugnandum, quos vincere perniciosissimum est. — *Mitto ea.* Oratorie; ut etiam sine illis, quæ memoraturus est, quæ omittit, graviora videantur. *Serv.*

259. *Vel Priamo miseranda manus.* Etiam Priamo : ut, « Carmina vel cælo possunt deducere lunam. » Est autem Pacuvii, qui ait, « Si Priamus adesset, et ipse ejus commiseresceret » : id est, ut calamitas eorum, qui vicerunt, gravior crederetur miserantibus victis. *S.* -- *Scit triste Minervæ Sidus.* Fabula hoc habet, propter Cassandræ stuprum, Græcis iratam Minervam : vel quod ei victores per superbiam sacrificare noluerunt. Unde eos redeuntes gravissima tempestate fatigatos per diversa dispersit : itaque Turnebo et Germano visum, nihil esse aliud *sidus Minervæ,* quam Minervam ipsam. *Sidus* utrumque significat, et tempestatem, et astrum. De hoc loco legendæ sunt notæ, vol. IV, p. 222.

269. Ab tot aliorum cladibus jam ad suas tandem Diomedes. Subaudi verbum: *quid referam*, invidisse Deos, etc. Historia hæc est: Sthenelus, (alii, filius Stheneli,) Ægialam Diomedis uxorem stupro cognovit, quamdiu ille in bello Trojano fuit, quod resciens, redire in patriam noluit; sed migravit ad Apuliam Italiæ. Aiunt vero stuprum illud astu Veneris machinatum in vindictam accepti vulneris in Trojano bello: hinc est, ut dicat, Deos invidisse, ne rediret in patriam, et urbem suam Calydona, et ad conjugium.

272. Percenset deinde clades sociorum suorum, qui versi in aves iracundia Veneris, quæ aves *Diomedeæ* dicuntur. Tu, Lector, expende altam Maronis Musam in re tristi et tragica: nam quale est audire, amissos fuisse socios, dira meorum supplicia, impleri scopulos lacrymosis vocibus? et *vocibus* ait, quia homines fuerant.

275. Conjicit malorum suorum culpam in unam suam temeritatem, qua in bello Trojano pugnavit contra Deos, et Veneris dextram vulneravit, immo *violavit vulnere*, quippe rem sanctam: ex quo tempore, inquit, augurabar jam hoc fore.

270. *Pulchram Calydona viderem*. Unam de civitatibus quibus imperabat Diomedes, Ætoliæ urbem. Homerus Calydonem montanam vocat, propter regionem. Fuit autem Ætolia in duas partes divisa: in montanam, quæ Pleuroni fuit attributa; et campestrem, quæ Calydoni. *Hort.*

271. *Portenta*. Revera enim portentum est, homines in aves esse conversos. *S.* — *Portenta sequuntur.* Notat Servius, poetam historiæ fidem mutasse: quod tamen negat Parrhasius, p. 178, quum et Lycophron, p. 40, Diomedem suorum cladem spectasse dicat. Metamorphosin eorum pulchre descripsit Ovid. Met. XIV, 10. *Aves* autem *Diomedeæ* sunt, quæ Græce ἐρωδιοί, Latine *ardeæ* vocantur, Gallice *hérons*.

275. *Hæc adeo ex illo* Hæc vocum consecutio, *jam ex illo tempore, quum*, ut elegans, observata est Godescalco, et firmata testimoniis. *Cerda.* — *Speranda.* Pro *timenda*: ut, « Hunc ego si potui tantum sperare dolorem, Æn. IV, 419 *Serv.* — In nonnullis codicibus antiquis *superanda* legitur; quod non ita placet. *Speranda* vero, castior omnino lectio est, et elocutio ipsa figuratior.

276. *Cœlestia corpora*. Martis et Veneris, quæ numina vulneravit in bello. — *Veneris violavi vulnere dextram.* Artificiose agit : nam sciens ea quæ dicuntur in fine, animis inhærere, suos casus ultimos memorat. Perite etiam Venerem tantum a se vulneratam dicit, Martis supprimens nomen, quod ei poterat esse gloriosius: ut videatur omnia quæ pertulit odio Veneris pertulisse, contra cujus

[illegible] et inauspicatas: [illegible] ab imis funda[illegible] cætera bella [illegible] abhorreo, ut nec [illegible] victoriæ, quæ [illegible]

[illegible] partes duas: hactenus, [illegible] petebantur; et [illegible] Hinc jam incipit [illegible] pacem hortatur: [illegible] hominem de[illegible] ut vilia con[illegible] bello enim nihil [illegible] pugnavi cum illo [illegible] pugnavi cominus, [illegible] an cominus fortis [illegible] *clypeum:* vultis [illegible] sum. *quo turbine* [illegible]

[illegible] illum postea facit [illegible] Troja haberet [illegible] unum tantum pa[illegible] Græcia? ipsi nos [illegible] mutarentur fata; [illegible]

[illegible] Hectoris, et Æneæ [illegible] hi duo in mora [illegible] enim insignes [illegible] *pietate:* si ergo [illegible] esset: hinc conclu[illegible] Illud, *hæsit vic*[illegible] *acies.*

[illegible] non habet quos im[illegible] triumphos, vult eis [illegible] pro victoria ce[illegible]

[illegible] *in fœdera dextræ.* [illegible] scilicet conjunctione et [illegible]hensione fœdera inibantur. [illegible] lib. XXIII: «Paucæ horæ sunt, [illegible] quas jurantes per quicquid Deorum est dextras dextræ jungen-

294. Dixi jam, duabus partibus contineri hanc orationem, in prima Diomedes negat auxilium; in altera suadet pacem. Ergo, *audisti quæ sint responsa*, id est, ut negaverit auxilia: et, *quæ sit sententia in magno hoc bello*, id est, ut suaserit pacem.

296. Audisti strepitum, quo ripæ infremunt, quum saxorum objectu rapidissimi amnes præcluduntur: cum hoc confer fremorem Latinorum, qui ad legatorum sermonem turbati.

300. Dixerat, audientium *ora fremuisse;* nunc opponens ait, *ora quierunt;* et *trepida*, quia ibi *turbata:* inde est, ut animi quoque placarentur. Latinus itaque jam ad placatos fari potuit, præmissa, ut mos est, Deorum præfatione.

302. Initium orationis ab malo, quod jam est præsens, et in foribus, ut ita arctet auditores, cogatque ad id, quod intendit. Prius fuerat statuendum esse de belli summa, non hoc tempore, quum obsidemur. In his latenter carpit Turnum, qui noluit periculum expendere initio belli; nam lib. Æn. VII, 596, ad illum Latinus,

Te Turne nefas, te triste manebit
Supplicium, votisque Deos venerabere seris.

305. En laus Trojanorum ad terrorem: *gens est Deorum*, contra quam pugnamus; id propter Ænean: *invicti sunt viri*, id propter reliquos Trojanos: ac proinde *bellum* est *importunum;* nam scilicet pugnamus mortales contra Deos, victi contra invictos. Probat, quæ dixerat: Dii sunt, quia *nulla* eos *fatigant prœlia:* invicti sunt, quia si aliquando fortasse victi, tamen, *nec victi possunt absistere ferro.*

308. Possent objicere: victi sumus, sed erunt auxilia: præcidit hanc spem; nam Ætoli, Diomedem indicat, auxilia negant. Possent rursus objicere: si non sunt externa auxilia, *quisque sibi erit spes:* præcidit hoc quoque, quia *hæc angusta est:* et probat; nam *cætera omnia perculsa sunt ruina:* testes vos estis, ut qui oculis cernitis, et manibus tractatis jam diram cladem: dicit hoc propter mortuos, qui *ante ora recentes.*

tes, fidem obstrinximus. » *Cerda.* — *Qua datur.* Qua potest, quacunque ratione permittitur. *Serv.*

301. *Præfatus divos.* More antiquo; nam majores nullam orationem nisi invocatis numinibus inchoabant: sicut sunt omnes orationes Catonis et Gracchi. Vide Ovid. Met. XV; Plin. Paneg. Traj. et Livium nost. Edit. vol. I, p. 8.

305. *Bellum importunum.* Concepit gravem iracundiam, et sic in hæc verba prorupit: *importunum* autem est, ubi nullum refugium est, quod caret portu, id est, quiete, ubi nullus est portus.

312. Adjicit: *non ideo incuso quemquam;* quia, quanta esse potuit vestra virtus, tota enituit; et certatum est tota regni mole, totis opibus: quasi dicat; non vos in culpa, sed hostes, ut qui *gens Deorum*, ut qui *invicti.*

314. Ideo *dubiæ menti*, quia proponit duo, et utrum eligat, ignorat.

316. Laudandi procul dubio versus, ut quibus docemur descriptiones facere in re etiam tenui optime et eleganter: describit itaque agrum suum Latinus ab antiquitate; a situ; a dimensione; ab usu: ergo, *est mihi antiquus ager;* en primum: *proximus amni Tiberi;* en situs: *porrectus in Occasum, et usque Sicanos fines;* en dimensio: *serunt illum Aurunci et Rututi, colles etiam exercent vomere;* en usus et utilitas: nam indicat agrum frumentarium.

320. Hanc igitur partem, pinetum etiam vicini montis assignat Trojanis, si velint manere in Italia: ac tunc fœdus constituatur; et sint socii, non stipendiarii; urbemque ædificent.

324. Si autem velint abire, se naves daturum dicit viginti; aut plures, si illæ non satis toti genti; idque esse perfacile, materia quippe suppetente ad undas: ac propterea ipsimet Trojani statuant, aut numerum navium, aut illarum formam et modum; et Latini suppetant sumptus, artifices, ligna necessaria fabricæ: sumptus intelligit per *æra;* artifices per *manus;* ligna per *navalia;* utique νήια ξύλα, aut νήια δοῦρα.

330. Demum ait Latinus, mittendam esse ad illos speciosissimam legationem ad ferienda fœdera; speciosissimam scilicet, tum numero; nam *centum:* tum nobilitate, nam *prima de gente:* ad hæc ornatam insigni pacis, id est, olea: et muneribus, talentis scilicet auri atque eboris: demum, quod maximum est, cum sella et trabea, quæ duo Regum insignia. Itaque hæc oratio habet duas partes: 1° exponit hostilium virium magnitudinem, cui suarum tenuitatem comparat. 2° Proponit conditiones pacis tres; aut terras Æneæ assignandas, si sedere velit; aut naves ædificandas, si malit alio abire; denique oratores ad eum mittendos cum regiis muneribus.

334. *Et sellam regni, etc.* Bene *nostri:* Romanorum enim Imperatorum insigne fuit sella curulis et trabea: nam diadema aliarum gentium reges non habebant. Attingit proculdubio morem Rom. populi, qui *sellam* mittebat Regibus præcipuo munere. Liv. lib. XXVII, loquens de Syphace: « Legati dona tulere, togamque, et tunicam purpuream, *sellam eburneam*, pateram *auream*.

336. Describitur Drances a moribus; jam invidus infensusque Turno, et odii stimulis agitatus. et infra, *potens seditione: et idem* ait, quia præcessit non multo ante, *ingravat hæc sævus Drances:* deinde ab opibus, quarum abundans et *largus:* tertio, ab eloquentia; nam qui opum largus, tamen *lingua* largior, et *melior:* quarto, ab ignavia, quia *frigida bello dextera:* quinto, a prudentia; nam *habitus auctor non futilis,* nec vanus *consiliis:* sexto, a genere, quod nobilissimum a matre, quippe sorore Latini; humillimum a patre, quippe incerto, et rustico, ut aiunt. Hic ergo, his sive vitiis, sive virtutibus nobilis, surrexit, acerbissime dicturus in Turnum: poeta mire, *onerat dictis, iras aggerat.*

343. Præcesserat in oratione Latini de strage magna; *Ante oculos, interque manus sunt omnia vestras:* ergo Drances, *consulis rem nulli obscuram, nec egentem nostræ vocis:* nam *cuncti fatentur se scire* quæ sit, et *quid ferat fortuna populi;* sed timent Turnum; nam hoc est, *mussant dicere.* Ergo *det libertatem* (notat παῤῥησιαν) *fandi; et flatus* (notat φύσημα, quæ vox ad superbiam trahitur) *remittat,* is *ob cujus infaustum auspicium et mores sinistros* (suppresserat ista verecunde oratione sua Latinus, evulgat Drances nihil Turnum curans) *videmus cecidisse tot ducum lumina, urbem luctu consedisse, dum* misellus iste, non quidem invadit, ut decebat Principem exercitus, sed tantum *tentat castra Troia,* non virtuti, sed *fugæ fidens:* nec vera præbet fortitudinis exempla, tantum ostentabunde et futiliter *cælum armis territat,* ut solent pueri minas jactare. In parenthesi illa, (*Dicam equidem, licet arma mihi, mortemque minetur,*) ostendit se virum constantem pro utilitate regni, ut qui vitam etiam paratus sit amittere pro patria. Sed cur de Turno, *infaustum auspicium?* imputat hoc illi Drances, ait Servius, ut liberet populum ab ignavia: perinde ac si diceret: fortissimi sunt Itali, et vincerent, nisi irent ad bellum auspi-

336. *Tum Drances idem.* Videlicet qui supra apud Ænean egerat. Drancis et Turni altercatio (auctore Macrob. lib. V, 2) refert Homerici Achillis et Agamemnonis contentionem. *Taubm.* — *Obliqua invidia.* Hoc est, qui non ex aperto impugnabat Turnum: sed eum reipublicæ simulata defensione lacerabat. *Serv.*

347. *Cujus ob auspicium infaustum.* Invidiose Turni auspiciis imputat, quod tantus perierit exercitus; ac si diceret; si malis et infaustis tuis ominibus non egrederentur, possent forsitan superare virtute. Sane sciendum est, hunc Drancem exprimere quicquid verecunde celaverat Latinus. — *Mores sinistros;* Latino contrarios. *S.*

ciis tuis. Cur de eodem, *sinistros mores?* fortasse, quia non utilitate publica quærebat nuptias Laviniæ, sed ardens libidine immodica.

352. Consulit tandem regi Drances, ut tot donis unum, quod præcipuum, adjungat, natam scilicet in matrimonium Æneæ. Ratio quadruplex; quia *Dardanidis*, id est, cognatis tuis; nam Dardanus ab Italia in Asiam profectus: altera, quia *gener egregius:* tertia, quia *digni Hymenæi;* ut cum homine Dea nato, victore Italiæ, Deorum tutela ab Trojanis flammis servato: quarto, quia ita tandem sequetur æterna pax, æternum fœdus. Tantis ergo allucentibus commodis, cur te miseri homunculi Turni *vincat violentia,* id est, inanis terror?

357. Sententia est: si, quo minus natam des Æneæ, Turnum times, o Latine, obtestemur ipsum (invidiose *ipsum*), et oremus veniam, ut ipse cedat tibi Regi jus tuum proprium, idque in gratiam patriæ; quasi dicat: patiatur, te Regem uti jure tuo. Dissensi in explicatione hac ab omnibus, qui *jus proprium* referunt ad Turnum: ego ad Latinum refero; est enim major emphasis; et nihil dici acrius potuit ad Latinum movendum: aliter, tum frigida est sententia, tum falsa: nam nullum jus Turni ad nuptias Laviniæ.

360. Apostrophe ad Turnum, ubi omnia emphatica. Quid *cives* scilicet tuos, *projicis* ut viles *in pericula aperta,* idque *toties,* et quidem *miseros,* te uno miseriam hanc afferente? nam quæ major miseria, quam innocentibus civibus infelicitatem tuam communicare? Demum erumpit in illud, *o Latio caput horum, et causa malorum,* quod nemo juste expendat. Tu causa es, non Latinus, non Æneas, qui pacem volunt: et *causa* ait, in qua voce latet criminatio.

351. *Fugæ fidens.* Illud respicit quod bella deserit, Junone faciente; vel quia ejus exercitus fugit. Quamvis Servius *fugæ* figurate pro *fuga* dictum asserat, tamen *fugæ* in antiquissimis est Donati Commentariis. *Fido* enim dativum casum minime respuit, teste Prisciano, hoc eodem citato versu; sed ablativo etiam jungi potest.

354. *Adjicias.* Pro *adjice:* Terentius « Abeas, si sapis. » Quia indecens erat imperatione ad regem loqui: et bene hic, quod honeste Latinus reticuerat, dicit, Laviniam quoque ei offerendam. — *Egregio genero, dignisque hymenæis.* Ergo Turnus videtur indignus. *Serv.*

359. *Jus.* Ulpiani J. C. error manifestus est ducentis *jus* a *justitia,* quum contra sit: nam a *jure justus,* a *justo justitia;* ut *honestus* ab *honor, pigritia* a *piger.* Cerda — *Cedat jus.* Patiatur Regem ac Patrem uti jure suo, et propria libertate definire ac sequi universa.

362. Quid ergo dicit Drances? tuo in bello nulla est salus, o Turne: nam tantum territus fidis fugæ, tentas castra hostium, nihil proficis: igitur pacem, quæ solet bello haberi, habeamus a voluntate tua; hanc poscimus a te Turne: atque etiam *pignus pacis*, id est, Laviniam: hoc unicum pignus est, non aliud.

364. Illusio ad concitandam invidiam: nihil enim minus, quam supplex erat: tu fingis me tibi hostem, non certe sum: sed tibi et patriæ consulo: verum esto, sim tibi hostis verus, nihil hoc moror, dum pro patria hostis sim tibi. Ergo, ego qui hostis *supplex venio*, ἐμφατικῶς *miserere*, si non mei hostis, tuorum: atque *animos pone*, ut toties victus; *et abi pulsus*, nulla re tibi suffragante ad has nuptias: nam quid aliud superest post tot funera, post tot agros vastatos? videlicet jam nulli erant agrorum cultores, quum hi vocati essent ad militiam.

368. Suadet jam, uti solus congrediatur cum Ænea singulari certamine, si tantopere ambit Laviniæ nuptias, et propriæ confidit virtuti: nam causa hæc privata est, non publica: cur enim illi, ad quos ista nihil pertinent, sternantur campis, ut viles animæ, inhumati atque infleti, quæ extrema est miseria? multa ex his plena ἐμφάσεων: si Turnus objiceret; atqui humati omnes sunt, qui ceciderunt: diceret Drances; non tuo, sed Æneæ beneficio. Absolvit tandem: si tibi vis est in animo, vel à te, vel concepta a patria, en hostis, qui te vocat ad monomachiam. Dixi *a patria* explicans illud; *si patrii quid Martis;* nam Turnus non Martis filius.

372. *Nos animæ viles.* Lucan. lib. V: « Aut quæ nos viles animas in fata relinquens. » Et lib. VII, « et viles animas perituraque frustra Agmina. » Sunt *viles animæ*, servorum animæ, quorum sanguinem *vilissimum* vocat Petronius. — *Inhumata infletaque turba.* Atqui sepulti sunt omnes, qui in bello perierant, ut supra, sed hoc factum est *Æneæ* beneficio, qui sepulturæ eorum reddidit socios. Ergo quantum ad Turnum pertinet, insepulti sunt: nam campos sua potestate retinebat Æneas. *Serv.*

375. Hæc Oratio Drancis quinque habet partes. I. Dicit, omnes ideo tacere, quia Turnum timent. II. Unum se profitetur ex omnibus audacter in Turnum dicere pro republica, quam ille temeritate ac fuga sua pæne evertit. III. Censet pacis conditionibus ceteris hanc etiam adjiciendam, ut Lavinia conjux Æneæ detur. IV. Orat Turnum, ne patiatur privati commodi rationes publicis rationibus obstare. V. Denique orat, ut si bello abstinere nolit, privatam contentionem, non publico periculo, sed

376. Ardebat Turnus oratione Latini; jam novis contumeliis exarsit; gemit ut vir fortis; gemitum sequuntur voces, quas rumpit e pectore. His verbis satis indicatur habitus futuræ orationis.

378. Incipit à reprehensione importunæ eloquentiæ, totus in Drancem invectus: itaque eloquentiam non reprehendit, sed importunitatem (ἀκαιρίαν vocat Demosthenes) nam *tunc, quum bella manus poscunt*, ille largissime loquitur, et lingua abutitur, idque *semper*, ut qui de more habeat; primusque accedit ad consilium patrum ad res belli expendendas, qui hostem nunquam vidit, *sed non replenda est curia verbis*, immo defendenda factis. Quæ verba *volant*, ut inutilia: et *magna*, nam plena fastus et arrogantiæ: et *tibi* inconsulto; et *tuto*, quia tunc videlicet loqueris, quum muri hostem a te distinent, nec fossæ inundant sanguine. Proprie autem *agger* de muris; nam hæc vox includit et palos et terram, quibus fiebant munitiones ad tuenda castra.

383. Incipit jam insultare Dranci: *tona eloquio*, non armorum strepitu. Sequuntur acerbissimæ ironiæ: nam qui daret acervos mortuorum, et agros trophæis nobilitaret atque in-

privato certamine dirimat; quod ab Ænea proponitur.

378. Dranci respondet statim Turnus hac oratione quæ duas habet partes præcipuas, quarum prima refellit Drancem; secunda caput, de quo deliberatur, attingit. I. Refellit criminationem temeritatis et fugæ, primo vanam Drancis eloquentiam per ironiam, illudendo; secundo commemorando facta sua, cædem Evandri, Bitiæ, etc. II. Timorem Drancis de Trojanorum virtute conceptum elevat, ironice exaggerando: aitque, nunc Græcos ipsos, Achillem, Diomedem, coram Trojanis trepidare; flumina ipsa retro ab iis fugere, etc. III. Simulatum de se timorem Dranci adimit, profitendo se tam ignavo sanguine maculari nolle: atque hæc prima pars orationis est. IV. Concedit ad eas pacis conditiones abeundum, si res desperata sit, quamquam forte mori tum gloriosius foret. V. Ostendit rem adeo non esse desperatam, ut potius integra sit, quum auxilia sibi multa supersint; quum victoria Trojanis admodum cruenta fuerit, damnumque par; quum adhuc bellum in ortu ipso sit atque initio, ideoque facile mutari possit fortunæ vicissitudine. VI. Auxiliis Diomedis, quæ desunt, opponit auxilia, quæ adsunt quamplurima, Messapi, Tolumnii, Camillæ. VII. Denique offert se pugnæ singulari.

383. *Proinde. Pro* syllaba metri causa excluditur. *S.* — *Tona eloquio*. Sic et Pericles fulminare dictus est: et ἐλασίβροντα ἔπη apud Aristoph. ὥσπερ ὑπὸ βροντῆς ἐλαυνόμενα. *Germ.* — *Meque timoris, etc.* De hoc genere Ironiæ acrioris, vide Quintil. IX, 2, pag. 504. Simili

signiret, cui virtus in lingua, cui larga fandi copia, qui tantum eloquio tonaret? Adjicit, *possit quid vivida virtus*, etc. Perinde ac si dicat: vis scire uter nostrûm fortior, tu, an ego? adsunt hostes, non longe illi quærendi, ut qui muros nostros circumstant. *Imus in adversos?* ita provocat ad eundum. Cessabat Drances, ideo *quid cessas? An tibi Mavors* armorum Deus *in lingua ventosa?* quia dixerat, *volant tibi verba*, et in *pedibus istis* (φευκτικοῖς) *fugacibus*, nihil enim magis a Marte alienum, quam fuga. Notat Jul. Scal. cap. 24, libr. 3. Poet. hanc proprie esse translationem criminis; nam quum non possit negare Turnus objecta à Drance, videlicet, cæsa tot civium millia, et magnam stragem, et hanc sua causa, transfert crimen objiciendo Dranci ignaviam, ut rem leniat ab indignitate personæ objicientis.

392. Deseruerat aciem Turnus commento Junonis, ut habetur Æneid. lib. X, 645; quo spectavit supra Drances illis, *pone animos, et pulsus abi.* Ergo nunc Turnus; *egone pulsus*, qui potius illusus sum, ut aciem desererem? o *fœdissime, quisquam ne inde arguet merito me pulsum?* Quasi dicat: fœdissima est, et inscientissima ista tua argumentandi ratio: nam, qui dici potest bello *pulsus*, qui Tybrim Trojano sanguine ita auxit, ut tumidum fecerit? qui Evandri domum stirpitus comminuerit, interfecto nato, ac proinde adempta in omne ævum postera sobole? qui Arcadas armis exuerit? His probavit, fœde admodum increpitum se a Drance.

396. Non contentus Turnus his successibus in laudem sui, addit virtutem, qua prostravit gigantes duos Bitiam et Pandarum: et qua infinitos alios interfecit die una, idque inclusus muris hostilibus: habentur ista ad calcem libri noni Æneid.

399. Dixerat Drances: *nulla salus bello*, sed pace: repetit Turnus ironice; et addit, *capiti cane*, etc. quasi dicat; hanc nullam salutem *cane*, ac divina, augur dementissime, *capiti Dardanio* (non nominat Æneam, ad contemptum) et *rebus tuis. Proinde omnia*, etc. Sententia est: quum putes, nullam

oratione Thersitæ loquacitatem castigat Ulysses, Il. B. *Taubm.*

386. *Insignis agros.* Nobilitas, clarificas: nam verbum est *insignio*, et dicit exauctorari ejus debere famam, quod de bello judicat virtutis ignarus. — *Quid vivida virtus.* Id est, tua, vel certe mea. *S.*

389. *Imus in adversos.* Contra illud, « illum aspice contra Qui vocat. » *S.* —*Imus.* Præsens ad urgendum. Liv. pari emphasi lib. XXVII: « Quin imus, inquit, ipsi cum equitibus paucis exploratum? »

esse salutem bello, confundis omnia, et turbas metu: sed ne cessa hoc facere, turba quantum voles: nam si extollis gentem Trojanam, certe bis victam: si premis Latini arma, certe a me victricia.

403. Sententia est ironica: tu, o Drance, qui nobis metum vis ingerere pulchris tuis mendaciis, mentire, et dic nunc fortissimos illos Myrmidonas, tum etiam Diomedem, atque Achillem timuisse *arma Phrygia*, id est, imbellia: quis hoc credat? mentire etiam amnem Apuliæ Aufidum retro fugere ab mari Adriatico, in quod influit, permeato Apennino, ut Polybius scribit lib. III διαῤῥεῖ τὸν Ἀπεννῖνον: mentire, inquam, illum retro fugere præ metu Trojanorum, ut quondam Xanthus Græcorum metu. Achilles dicitur *Larissæus* ab urbe Larissa.

406. Dixerat Drances: *det libertatem fandi*, quasi Turnum timeret: se etiam nunc pavidum simulabat ad Turni sermonem. Ergo ait Turnus de Drance: *timorem suum*, ita explicat Servius, *naturalem invidiose in meam causam retorquet, ut meæ præsentiæ, non illius naturæ, quod timet, esse videatur.* Ego aliter, quam vulgus, versus hos accipio, et puto illa, *artificis scelus,* includenda esse parenthesi, ut sententia sit: et nunc etiam, quum ego loquor, se fingit pavidum, et hac simulata formidine, o sceleratum artificem! acerbat meum crimen, id est, me adducit in acerbissimum crimen odii.

408. Adimit illi hunc metum: non est meæ gloriæ tam vilem animam perdere; digna est illa tali pectore, tali domicilio; tecum habitet, sit una tecum: quamobrem *absiste moveri*, et quietus esto.

410. Latinus dixerat, *consulite in medium;* ergo Turnus, *revertor ad tua consilia:* et vide artem oratoris, ab turbido cursu orationis in Drancem convertit se ad quietum et lenem. Vituperat vero consilia Latini de pace, sed occulte, non ausus palam: posita vero occulta ista vituperatio in proponendis rebus, quæ indecoræ. Est enim indignum ita abjecto esse animo, ut nulla spes in armis ponatur; ut putent se desertos, quia negata auxilia ab Diomede; ut dicant funditus se perire, quia semel versum agmen: demum, quia amentissimum est existimare, fortunam non habere regressum, quum varia sit,

410. *Consulta revertor. Consultor* est qui consulit: *consultus* qui consulitur, a quo petitur consilium: *consultum* vero, res ipsa de qua quis consulitur: bene ergo *consulta,* de quibus consulis. *Serv.*

et nihil illa mutabilius. Ab tot indignitatibus concludit id, quod indignius, *oremus pacem*, et quod indignissimum, *et dextras tendamus inertes*, quod prorsus servile est.

415. Ab tanta indignitate exclamat veluti corrigens, quæ dixerat de dexteris inertibus; perinde ac si dicat; quanquam quid o dixi? vos me cogitis, in quibus nihil pristinæ et solitæ virtutis video: illi solum egregio animo fuere, ac proinde suis in laboribus felices, qui jam cecidere in acie, ne viderent indigna hæc: innuit latenter illos, qui aderant, fuisse cessatores in bello; nec respondisse solitæ Italorum virtuti; ac proinde nunc cogitare de pace, ut qui hostem formident.

419. Moles hujus orationis tota opponitur superiori; dicitis, nullam esse spem in nostris armis, atqui sunt *nobis opes;* estque inprimis *juventus*, et hæc *intacta*, et integra: spes ergo est: dicitis, esse nos desertos, atqui *supersunt nobis auxilio urbes Italæ populique:* dicitis, periisse nos funditus, quia semel versum agmen; atqui Trojani non vincunt sine sanguine, immo paria in illis funera, par tempestas: hoc quum sit, cur deficimus in ipso limine? cur tremitis ante tubam? dicitis demum fortunam carere regressu; atqui illa est mutabilis, immo ludit cum mortalibus locans in solido, quem prius dejecerat; et nihil est tam deforme, quod non in melius referatur, variante semper rerum vice.

428. Contra Diomedem et Arpos ejus urbem opponit validiora auxilia; nam hoc restabat Turno probandum, videlicet Messapum, Tolumnium, duces plurimos ab magnis urbibus.

416. *Ille mihi ante alios.* Utrum generaliter *ille* pro quicunque occubuit accipiendum est; an Mezentius? — *Fortunatusque laborum.* Sicut, « Lætatus laborum » : et est Græcum, *εὐτυχεῖς τῶν πόνων*: ut statim, « egregiusque animi » : et in II Æn. 61; « fidens animi. »

419. *Adhuc intacta juventus.* Non quæ pugnavit, sed de qua adhuc delectus habendus est. — *Urbes Italæ.* Quia Diomedes peregrinus fuerat: nam hoc dicit, Habemus robur Italum, non Græcum militem, inertem et dissolutum. — *Supersunt.* Superabundant, adsunt ultra quam bella deposcunt. *Serv.*

428. *Non erit auxilio nobis Ætolus et Arpi.* Redit ad rem, quia occurrebat; sed negantur auxilia. *Ætolum* autem dicendo, ejus vires ex Græcæ gentis commemoratione debilitat, ut ostendat plus esse in Messapo ac Tolumnio, si Diomedes et infelix et alienus finibus commemoraretur. *Serv.*

429. *At Messapus erit, felixque Tolumnius.* Bene duo junxit quæ quæruntur in bello, fortitudinem et felicitatem. Utrumque autem contra Diomedem dicit, quem dicendo Græcum, inertem significa-

Expende hic quæpiam: Diomedes *Ætolus* dicitur, veluti in contemptum: non favet nobis ille Græculus et imbellis, nam tales Græci habiti ab Romanis. Ergo, huic imbelli opponitur Messapus, qui fortissimus, *Quem neque fas igni cuiquam, nec sternere ferro.* Huic infelici, quod ipse Diomedes de se prædicaverat, ut legati etiam, opponitur Tolumnius, qui *felix*: demum huic, qui unus est, opponuntur magni et plurimi duces. *Nec tarda sequetur*, etc. id est, ex mente interpretum, feliciores et fortiores erimus Græcis; nam brevi tempore Trojanos vincemus; non ut Græci, qui decennio, ac vix tunc vicerunt.

432. Vultis adhuc et validissima auxilia? adsunt nobis Volsci, et illorum dux Camilla cum equitibus, major viris femina, quæ Trojanos non metuit, quos timent et Diomedes et Drances.

434. Restabat ultimum de se vocato ab Ænea ad singulare certamen; hoc enim Drances objecerat: de hoc ergo disserit in extrema oratione: ostendit itaque paratum se ad pugnandum cum Ænea, adhibetque rationem triplicem, cur eat in hanc deliberationem: prima; ne obstet bono communi, et publico: altera; quia expertus est victoriam sibi comitem alias fuisse: tertia; quia pro tanta spe vincendi Æneæ nihil recusabit. Et addit: ire delibero contra illum, etiamsi parem se Achilli præstet, etiamsi arma induat facta Vulcani opera: et *paria*, inquit, quia sicut Achillis arma facta a Vulcano, ita Æneæ: ista intelligenda κατὰ σιωπώμενον.

vit: infelicitatem ejus supradicta legatorum verba testantur: opportune ergo hic *felix*, quod Diomedi nec post victoriam contigit. *Serv.*

430. *Nec tarda sequetur Gloria.* Litotes figura, minus dixit enim quam voluit: nam hoc significat: Latina pubes celerrime victoriam adipiscetur: quam vix Græci post decennium sunt adepti. *Serv.*

435. *Idque placet, etc.* Hinc apparet eum nolle pugnare: Si placet, inquit, vobis hoc fieri quod hostis postulat, « tantumque bonis communibus obsto », et in tantum obsum commodis publicis, ut nisi solus dimicavero, concidat universa respublica: et imputat tantum quam hoc faciat, quod pro omnibus facturus est. *Serv.*

436. *Non adeo.* Non multum; nam verecunde dicit adsuetam manibus suis esse victoriam: et bene *manus*, per quas fit ipsa victoria: et contra *manus dare* dicuntur, qui dedunt se victi. *Serv.*

438. *Ibo animis contra.* Ac si diceret; si desunt corporis vires: commendat autem gratiam certaminis; ne invitus videatur adduci. — *Vel magnum præstet Achillem.* Et *præsto illum*, id est, melior illo sum, et *præsto illi* dicimus. Cicero in Cæsarianis, « Tanto ille superiores vicerat gloria, quanto tu omnibus præstitisti. » *Serv.*

440. Si quis objiceret: moriere, o Turne, in hoc singulari certamine: nihil hoc est, respondet: libenter me pro vobis, et pro Latino devoveo. Ratio, nam vel vincar, vel vincam: si vincar, ipse volo Deorum iram subire, non vulgi invidiam, si Drances lueret: si vincam, nolo ut meæ gloriæ Drances particeps sit. De sensu hujus loci consule infra Servium et notas, pag. 240, vol. IV.

445. Sententia duorum versuum clara est. Tu nota mentem poetæ, qui hinc laudem Æneæ quærit; nam strenuum ducem exhibet in agendo, quum Latini cunctabundi, et consultabundi: quo innuit sæpe in bellis virtutem præponi consiliis.

447. Advolat nuntius, qui regiam tumultu, terrore urbem complet, adesse instructos hostes, et copias perquam ingentes: hoc enim innuit, quum ait, *totis descendere campis*.

451. Sequitur id, quod necessario ab imparatis; nam turbantur animi; vulgus concutitur pavore: arriguntur iræ; poscunt trepidi arma, non solum voce, sed etiam *manu;* est hic gestus flagitantium: sed in hac tamen rerum confusione adhibentur a poeta personarum discrimina: nam *juventus arma fremit*, quod proprium ejus ætatis: patres, ut qui jam senes, *flent mœsti et mussant:* quid enim aliud facerent inepti jam bello? inde fit, ut ab *dissensu vario* juvenum et senum magnus clamor tollatur.

456. Vidisti aves, quum catervatim in luco consident: aut

443. *Nec Drances potius, sive est hæc ira deorum, Morte luat: sive est virtus et gloria, tollat.* Sensus quidem datus obscure, sed facilis, et qui de usu nunquam recedat: nam ita irati dicimus: abeat, nec bonis meis nec malis rebus intersit: nolo sit aut meæ particeps gloriæ, aut in me invidiam ex infelicitatis communione commoveat. Sicut nunc de Drance dicit, « Sive est hæc ira Deorum, morte luat »: id est, Si periturus sum, nolo invidiam sustinere, si Drances forte pariter moriatur. Si vero me virtus et gloria comitabuntur, nolo ignavus felicitatis alienæ sit particeps, si dum meis pugnat auspiciis, forte superaret. Alii sic accipiunt: *Sive est hæc ira Deorum*, uter, inquit, eventus ex hac pugna sequetur, vel ira Deorum si vincar, vel glória si vicero, mihi potius quam Dranci adscribatur. Alii sic: nec Drances potius, si pereundum est, ira Deorum pereat, aut, si vincendum est, gloriam consequatur. *S.*

457. *Piscosove amne Padusæ. Padusa* pars est Padi: nam Padus, licet unus sit fluvius, habet tamen fluenta plurima, e quibus est *Padusa*, quæ quibusdam locis facit paludem, quæ plena est cycnorum. Alii Padum tribus fontibus nasci dicunt, ex quibus sumpsit vocabulum *Padusa*, qui diffusus in modum stagni in amnem digeritur: nam ideo « per stagna loquacia. »

cycnos quum ad Padusam constrepunt rauco sonitu, t puta hunc dissensum et clamorem.

4·9. Exultabunde hæc Turnus, egregiam nactus occ nem; reprehendit enim illos, qui sederent in conciliis, (cem laudarent, quum hostis interim rueret ad arrip regna: statim se inde quam celerrime proripit, suosque disponit, ut angustiæ temporis patiuntur. Voluso mand armentur Volsci: Messapo, ut ducat in aciem armatos tes: Coræ, et Catillo fratribus, ut peditem partim diffu per campos ad speciem magni agminis ostentandam; p reservent ad firmandos urbis aditus, et occupandas turı propugnacula: partem porro reliquam sibi assumit, ut in omnem eventum sequatur. Explicui ista, ut vidisti; ut volet: certe in poeta confusa hæc sunt, sed confusa e dio ad indicandam præcipitantiam, qua Turnus hæc o momento temporis præstitit, vocatus subito ex concil arma. Dixi Coræ et Catillo datum peditem, quamvis abstineat ab hac voce, ut oppositio fiat ad equitem Me sed angustiæ non passæ integra Turnum loqui. Τὸ *edice* edic: veteres enim *dice*, *duce*, *face*, sed recentiores per a pen *dic*, *duc*, *fac*; τὸ *jusso*, pro jussero.

468. Omnia fiunt raptim: *discurritur*, et *tota urbe*, et i *ros*; quia hæc pars tuenda ab hoste; et id præceperat Tu

469. Pars magna turbationis ad Latinum pertinuit: c *concilium*, *et magna incepta*, quia incepta hæc tota ad pa qua nihil majus oppressis bello urbibus; et pacem han *fert*, quia *turbatus tristi tempore*; καιρὸν accipe.

471. Ipse se reprehendit; immo se reum facit, nam h *incusat*; ut *qui non acceperit Ænean in generum*, quippe *L nium*, id est, Italia oriundum: nam Dardanus Italus fui

473. Sequitur studium omnium ad defendendam pat *Alii portas præfodiunt*: Servius refert ad fossas, id scilicet ceperat Turnus. *Pars aditus urbis firmant.* Alii *subvecta*

Alii partem fluminis Padi in quam descenditur fossa. Valgius in Elegis; Titinius in Setina videantur. *S.*

458. *Per stagna loquacia cycni.* In quibus habitant cycni loquaces. *Rauci* autem τῶν μέσων est; nam modo canoras significat, modo voces pessimas. Juvenalis, « rauci Theseide Codri. » Sicut *venenum* et de bono et de malo dicit *odor* et *bonus* et *malus* voca

469. *Concilium*, *etc.* Vers γαρὸς, id est, *hiulcus et el* quia pes quartus iambice tr nus est, qui tetrachronus e buerat. Vide Cœlium IV, 5. — *Magna incepta.* Quia de cogitabat, quæ impleri non]

murum *saxa*, *sudesque*, ad hostem et feriendum, et repellendum. Hoc puncto temporis *buccina dat cruentum signum:* ac tunc ipsæ quoque *matronæ, et pueri* excitati ad publicam defensionem currunt, *et muros cinxere varia corona.* Ratio: nam *labor ultimus omnes vocat:* putabant scilicet illum fore diem vitæ ultimum, aut mortis: libertatis, aut servitutis. Vocat *variam coronam* ab discriminante vario sexu puerorum et feminarum.

477. Amata, Lavinia, et nobiles aliæ feminæ aliam, ineunt rationem defensionis, confugiuntque ad preces. Tu hic expende majestatem Reginæ euntis: *subvehitur,* ut quæ in pilento, et *magna matrum caterva,* ut decebat Latini uxorem; et cum donis, ut gratiores siut preces: *juxtaque comes Lavinia virgo,* ut moris est Principibus Reginis, quæ filias hæredes secum ferunt ad publicas res. Illud, *causa mali tanti,* mire dictum, et illud, *oculos dejecta decoros,* ex magno decoro: et quidem oculi, quo dejectiores, eo magis decori. De varietate lectionis vide vol. IV, pag. 243. Jam vero preces, quæ tumultuarie fiunt, non dantur Principibus feminis, sed turbæ matrum. Quid vero petunt a Pallade Dea bellorum? ut telum frangat: parum hoc; ut ipsum Æneam pronum sternat solo, quia prædo est, et raptor. Vide vero, ut Pallas concilietur a potestate, quia *armipotens belli præses:* a loco *Tritonia;* a religione *virgo.*

486. Habes hic apparatum Turni comparantis se ad bellum. Primo generatim *cingitur in prælia:* mox statim explicat hanc

476. *Matronæ.* Nunc fœminæ. Quidam sane arbitrantur, inter *matronam* et *matremfamilias* hoc interesse, quod *matrona* dicatur primi pueri mater; *materfamilias,* quæ plures peperit. Alii hoc putant rectius; *matronam* dici quæ in matrimonium cum viro convenerit, et in eo matrimonio manserit, etiamsi liberi nondum fuerint: dictam matris nomine, spe atque omine, unde et *matrimonium* dictum: *matrem* vero *familias* eam esse, quæ in mariti manu mancipioque, aut in ejus manu mancipioque esset, cujus erat maritus, quia in familiam mariti et in sui heredis locum venisset. Alii *matronas* Virgines nobiles dicunt; *matresfamilias* vero illas, quæ in matrimonium per coemptionem convenerunt: nam per quandam Juris solennitatem in familiam migrant mariti. Inter *matrem* vero et *matremfamilias* hoc interest: quod *mater* est præter illam significationem, quæ est ad aliquid, quæ tantum convenit in matrimonium, quod alii matrifamilias, sicut hoc loco dictum est, applicaverunt: *materfamilias* vero, quæ convenit, ut diximus, per coemptionem. *Serv.*

cinctionem ab thorace, ocreis, ense, etc. Ait *furens*, vel amore Laviniæ; vel belli iris; et *certatim*, ut jam Æneas, vel festinanter, ut explicat Servius. Vide vero distributionem: induerat thoracem, cui squammæ ahenæ; ocreas, quæ aureæ: non nominat ocreas, contentus dixisse *auro*, ad notandam præcipitantiam, quæ elucet etiam in mutatione temporum, nam is *horrebat*, *fulgebat*, qui *incluserat*, *accinxerat*. Sed *nudus tempora*, ut a suis nosceretur, acrioresque ingeneraret irarum stimulos. Sic totus aureus per arcem decurrebat, ubi Amata, et Lavinia, ut se illis ostentaret. Ita vero erat exultabundus, ut videretur jam hostem spe ipsa præcepisse, et adventum ejus antevertisse.

492. Sequitur comparatio equi, qui diu fuit in stabulo, et abruptis vinclis evadit in campum liber, itque vel ad libidinem explendam, vel ad flumen lavandi studio: quo dum currit, tunc *emicat:* et explicans quid sit *emicat*, addit, *fremit arrectis alte cervicibus; luxuriat; ludunt jubæ per colla, per armos*.

498. Nunc primum Camilla, et Turnus in toto hoc opere occurrunt, et nunquam deinde. O quoties poetæ alii ista ad nauseam repeterent! Ergo ait Camillam Turno obviam occurrisse; descendisse ab equo ad ipsas urbis portas salutaturam Turnum, ut exercitus ducem; id pariter fecisse totam ejus cohortem exemplo Principis feminæ. In verbo *defluxit* ait Servius notari artem descendendi ex equo facilem et militarem.

502. Sequitur Camillæ pollicitatio virilis, et plane fortis, qua promittit ausuram se occurrere Trojanorum turmæ, ituram obviam, et ipsam solam, in Tyrrhenos equites, tentaturam prima belli pericula: monetque Turnum, ut ipse pedes ad murum subsistat, servaturus urbem. In summa se ipsa vult opponere integro hostium equitatui, qui vagari solet aperto campo: peditibus vult ut Turnus præsit, qui solent irruptiones moliri in urbes. Illud, *sui merito si qua est fiducia forti*, est, si quis habet confidentiam ex conscientia suæ fortitudinis.

507. Obstupescit Turnus ad virile promissum; figit in ea

492. *Qualis, ubi abruptis fugit præsepia vinclis.* Et hæc comparatio Homeri est verbum ad verbum translata. Quem locum Iliad. VI, cum hoc comparat Scaliger V, 3. Vide notas, pag. 244, vol. IV: et *Rollin, Traité des Études, vol. I, de la lecture d'Homère*, II, §. 3.

500. *Desiluit.* Hoc ad Turni honorem refertur: quatuor namque erant apud Romanos quæ ad honorificentiam pertinebant, equo desilire, caput aperire, via decedere, adsurgere: hoc etiam præcones præeuntes magistratus clamare dicebantur. *Serv.*

oculos, ut attente consideret militarem virtutem; vocat illam *Italiæ decus;* nescit qui possit gratias aut *dicere*, aut *referre:* partitur laborem cum illa, cui animus supra omnem laborem.

511. Aperit consilium suum Turnus; et partem Camillæ annuit, partem abnuit: annuit, ut ipsa pugnet contra Tyrrhenos, et tentet belli prima pericula: abnuit ut *sola*, nam *tecum erit Messapus, Latinæ turmæ, manus Tyburti*, quorum tamen ipsa omnium sit dux: et *tecum erit* dicit magno honore, quasi non tu illi subdita, sed ille tibi: abnuit etiam, ut ipse ad portas subsistat; nam iturus ad excipiendum per insidias Æneam, qui præmisso levi equite, per montem avium quam celerrime ad urbem adventabat: ac proinde obsessurus erat Turnus armato milite convexum sylvæ tramitem, et fauces, in quibus via duplex, ne per aliquam earum hostis evaderet.

520. His dictis Messapum, et reliquos hortatur, qui relinquebantur cum Camilla: ipse contendit ad locum, ubi parandæ insidiæ contra Ænean. Consilium hoc excogitatum Virgilio præclarissime, ut videlicet absint a bello Æneas, et Turnus, quo in bello Camilla editura esset res magnas: esset enim contra decorum talia edi a femina, præsentibus magnis ducibus; videturque mihi poeta voluisse Calabrum corrigere, qui hoc non viderit in Penthesilea.

522. Descriptio loci mira. *Est*, inquit, *valles fraudi accommoda, et dolis armorum.* Cur? quia ea valles interrupta est anfractibus, hisque curvis, id est, sinuosis, ac tota plena recessibus: deinde, quia hanc vallem ab utroque latere *urget nemus atrum densitate frondium:* tertio, quia ingressus ad illam

516. *Bivias fauces. Fauces* dicuntur itinera inter duos montes, loca angusta et pervia: dicta a faucium similitudine. *Serv.*

519. *Ducis et tu concipe curam.* Sicut ego: nam non dicit, sicut Messapus, aut alii, ne ei facere videatur injuriam. *Concipe* autem, vel simul cum illis sume, vel mecum cape, quia ille dixerat, « mecum partire laborem. » *Con* enim conjunctiva particula est: unde et *convocari* de pluribus dicimus. *S.*

522. *Valles.* Metri necessitate compellimur, ut *valles* dicamus. Statius VI, 265; « Vallis in amplexu nemorum sedet »: nam plenum est *valles*, sicut nunc Virgilius posuit, quod ita esse diminutio indicat; nam *vallecula* dicitur: sicut *turrim* dici debere *turriculam* indicat: at *vulpes vulpecula* facit. Horatius, « Moveat vulpecula risum. » Ergo in *es* vel in *is* quando naturaliter exeant nomina, sola diminutio indicat; ea autem quæ in *es* exeunt longa sunt omnia, si in genitivo non crescant, ut *labes, valles, vulpes:* nam si crescunt, brevia sunt, ut *miles militis*. Serv.

est per *tenuem semitam*, *angustas fauces*, *malignos aditus*, i tenebricosos ex densitate arborum.

526. Super hanc vallem *jacet planities in summo monti. tice*, eaque *ignota* advenis, et *receptus tuti*. Ex qua plar tanquam *in speculis* indigenæ esse possunt, ut inde cer eos, qui per inferiorem et perplexam vallem iter faciunt. itaque possunt, *seu dextra, seu læva occurrere pugnæ*, id hostibus, vel *jugis instare*, et inde *grandia saxa volvere.*

530. Huc igitur advolavit ad insidias locandas Turnu *ripuitque locum*, id est, raptim tenuit, et præoccupavit m et insedit ad insidias. Itaque consilium Turni fuit arcem m occupare, ut Ænean prætereuntem per inferiorem val inde invaderet, vel saxis conficeret miserandum in moc utrique ἀναχωροῦντας ἐλόχα, ut in re simili loquitur Joseph. Bell. c. 11.

532. Digressio commoda tum ad levandum tædium, ad rem ipsam Virgilii: nam quum pars reliqua hujus libr impendatur in Camillæ gestis celebrandis, æquissimum ut hujus virginis initia prima cognoscantur. Additur m claritudo ex narrante Dea, et ad Nympham, et in ipso c quasi Camillæ gesta mereantur Deam, quæ narret; N pham, quæ audiat; cælum, in quo narrentur. Ergo I Nympham suam Opim compellat, et tota lacrymabunda ritur, ire ad bellum Camillam, quæ sibi ante alias char *nequicquam* incingi, nam tandem in eo bello peritura Nota hic aliqua: Opim vocat *velocem*, ut venatricem, et in comitatu Dianæ. In illis, *dabat voces ore*, non est ple mus, etiamsi Servius hoc velit; sed exprimitur habitus dol quasi in ipso ore appareret tristitia; ideo conjunge *voces* *ore*, non, *dabat ore*. Ait, *graditur*, quia *ad bellum:* est *gradior* militare, inde et *Gradivus:* τὸ *nostris*, tuis et meis

537. Ne putes, o Nympha, ait Diana, amorem istum, complector Camillam, mihi nunc novum advenire, et si quadam dulcedine animum meum permoveri; quasi d antiquus est amor, quod ut scias, audi.

532. *Velocem interea*. Licet *Interea* particula negotia semper præteritis futura conjungat, tamen abruptus et vituperabilis transitus: habet autem tales transitus et in superioribus libris, et in sequenti præcipue, ubi Jupiter appell nonem. — *Opim*. *Opim* quan cimus, Nympham significam autem dicamus *opem*, au intelligimus. *Serv.* — De his quentibus, vide vol. IV, not. p

539. Metabus Camillæ pater invidia inimicorum et potentia pulsus regno est, fugitque ex urbe sua Priverno: exilium ut leniret, sustulit secum filiam tum infantem, quam a matre Casmilla Camillam vocavit. Retuli *vires superbas* ad potentiam hostium; possis cum Servio aliter, quia videlicet ipse Metabus superbe dominabatur. De hoc episodio vide Excursum secundum, vol. IV, pag. 290; et notas pag. 249.

544. Sententia plena πάθεων; ab charissimo pignore gestato in sinu; a solitaria fuga per nemora et montes; ab telis innumeris in vitam unam destinatis; ab multis militibus in hominem et impeditum filia advolantibus.

547. En dirius malum et acerbius: pervenit ad fluvium, qui præ imbrium copia tumidus, et ad summas usque spumans ripas fugam detinuit: voluit se natatui committere; sed timuit oneri infantili; tandem post multa, quæ secum versavit, quum nulli rei acquiesceret, *sedit in animo sententia hæc;* ac *vix sedit,* adeo mens turbida; et *subito sedit,* quasi subito Diana ipsa hanc cogitationem immisisset: itaque non distinguendum post vocem *subito,* sed ante illam.

552. Gestabat forte vir *bellator telum manu;* et quia telum hoc *immane,* ideo *manu valida:* in his enim minimis non deest sibi poeta: erat vero hoc telum *solidum,* tum ab natura quia *nodosum,* tum ab arte, quia *coctum:* materia ejus *roborea.*

554. Ergo claudit natam (en consilium) sylvestri subere, involvitque libris et corticibus arborum, eamque mediæ hastæ illigat, *habilem,* id est, εὐκατασκεύαστον, et εὐπλεκῆ. Explico clarius: ligavit *habilem,* id est, ita ligavit, ut bene se haberet: et conversus ad preces, libransque hastam, puellam mihi commendat, vovetque in famulam, et potuit, quia *pater.* Ratio, cur mihi præ aliis commendaret, quia meis telis illigata hostem fugeret; et inter nemora, quæ mihi sacra sunt: ususque est in facto hoc me teste, ut intelligerem ego, rem illam, quam moliebatur, non tam temeritati adscribendam, quam fiduciæ in me.

561. Hoc quum dixisset, lacertum adduxit ad majorem jactus impetum, hastam contorsit ita valide, ut undæ quoque

547. *Fugæ medio.* Dum fugit, inter fugam, nam figuratum est, ut « Laurus erat tecti medio. » *S.* — *Amasenus.* Fluvius apud Privernum inter Senam et Tarracinam defluens. — *Abundans,* in antt. codd. scribebatur cum aspiratione *habundans,* ut incitatius enuntiaretur.

insonarent: atque ita Camilla hostes suos fugit trajecto amne, in jaculo.

564. Vix pater hastam jecerat, quum hostes aderant; ille se fluvio dat, et *victor*, id est, compos jam propositi, hastam vellit e terra, una cum virgine, quæ jam *donum Triviæ*, ut quæ servata Dianæ opera.

567. Erat Metabus natura sævus, ac proinde neque receptus ab ulla est urbium; neque si vellent, ipse se in aliquam reciperet præ feritate animi: atque adeo vitam traduxit solus in solis montibus, ubi pastores degunt.

570. Hinc factum, ut Camilla educaretur inter vepreta et dumos, inque horrentibus ferarum lustris, et ferino equæ lacte, cujus ubera pater infantis ori applicabat, et ejus labris immulgebat ad alimoniam. Versus ille, *Armentalis equæ mammis, et lacte ferino*, habet ἓν διὰ δυοῖν: nam tantum dicit, nutribat illam lacte ferino equæ, ut, *pateris libamus, et auro*, pro aureis pateris.

573. Alimoniam secuta est fera educatio: vix enim firmare gressus potuit, quum pater natæ jacula in manus dedit, et ejus humeris suspendit arcum et spicula. Pro auro, quo crines illigantur, pro palla, qua tegi solent feminæ, gestabat illa in dorso exuvias interemptæ tigridis.

578. Ab hoc habitu non aliena exercitatio, torquere tela in feras cœpit, fundam rotare, gruem figere, olorem dejicere. Expende mihi illud. *Tela manu*, etc. quia *manus tenera*, ideo *tela puerilia;* sicut conversim supra de patre, quia *manus valida*, ideo *telum immane*.

563. *Infelix Camilla*. Mira effingit: *infelix* autem *Camilla*, non eo tempore quo evasit, sed nunc *infelix :* plerumque enim epitheta præsentis temporis scilicet sunt, licet et peractis negotiis : ut in secundo, « infelix qua se, dum regna manebant, Sæpius Andromache ferre incomitata solebat. » *Serv.*

568. *Manus dedisset*. Consensisset : et hoc dicit; etiam si qui eum voluissent suscipere, ille tamen eorum consortia morum feritate fugisset; *feritate* autem figurate pro feritati; an ob feritatem? *Serv.*

571. *Armentalis equæ*. Indomitæ; scilicet quæ in armenta fœturæ causa pascatur : unde sequitur, *et lacte ferino*. Veteres enim omnes prope quadrupedes feros vocabant, « In latus, inque feri curvam compagibus alvum. » Æn. II, 51. *S.*

576. *Pro longæ tegmine pallæ*. *Palla* proprie est muliebris vestis deducta usque ad vestigia : unde ait *longæ :* sicut supra, Æn. lib. I, 652 : « pallam signis auroque rigentem. » *Serv.* — Diserte, et signate, *longæ pallæ :* nam hæc etiam virorum fuit, sed non longa.

581. Cantata hactenus pueritia Camillæ, jam ætas sequens: postquam attigit annos pubertatis, me semper coluit, ait Diana; tela mea in pretio, et virginitatem habuit, quamvis multæ matres enixe in nurum optarent. Addit Dea, dolere se vehementer, Camillam flagrare amore belli, quod ni fecisset, esset procul dubio una a Nympharum numero, quæ Dianam comitantur.

587. Sed quando mors in bello hoc Camillæ impendet, non segnis Diana est in ulciscenda sua virgine. Itaque jubet Opim descendere ad locum belli, sagitta tradita, qua interemptorem conficiat, ut is luat proprio sanguine pretiosissimam vitam, sive Trojanus fuerit, sive Italus. An *violator sacri corporis* (signata omnia sunt) impune abeat?

593. Promittit novam operam in tuendo mortuæ corpore, quod tectura est nube, et sepulcro reddítura una cum armis: non enim passura est, ut ab ullo mortalium spolietur.

595. Hæc Diana; et Opis statim ad belli locum descendit; sed nube (sic solent Dii) tecta, immo *nigro turbine;* credo ad signandum æstum irarum, quas jam Opis conceperat contra interfectorem Camillæ: aliter placidam nubem poeta describeret.

597. Principe loco ponit Trojanos, cum quibus Etrusci, et Arcades, qui turmatim ad aciem procedebant. Equi infremunt et insultant, bellumque appetunt, ac dolent se habenis reprimi et retardari, quominus ad bellum eant, seque in omnem partem obvertunt, ex magno spiritu, quo anhelant. Tota acies Trojana videbatur horrere hastarum ferreis mucronibus, non aliter ac spicæ in agro horrent: quin, hastis erectis in sublime, campi videbantur ardere præ fulgore cuspidum.

603. Posteriore loco ponit aciem Latinorum, ubi Messapus, Catillus, Coras, Camilla: dat his eadem, quæ Trojanis, etiamsi

584. *Intemerata colit.* Inviolata, incorrupta; temeratæ enim sunt, quibus vis allata est. *Serv.*

596. *Nigro circumdata turbine corpus.* Hoc ideo quoniam ad mœrorem luctumque descendit. Contra in octavo Æneid. libro, ubi ad lætitiam descendit Venus, claro eam nimbo circumdatam dicit: ut, « At Venus ætherios inter, Dea candida, nimbos. » *Serv.*

604. *Ala Camillæ.* Equitatus: *alæ* autem dicuntur equites, quod alarum vice pedestrem exercitum tegunt. *Serv.* — Docte et signate *ala:* nam hæc vox sociorum est, et auxiliorum. Romana legio alas non habuit, sed quoties hæc vox in Livio et aliis occurrit, capienda est de auxiliis: itaque *alarii equites* sunt auxiliarii equites. Docte ergo *ala Camillæ;* nam hæc virgo in

flexu alio: omnes enim in campo *apparent;* quo verbo, quid concipiam, nequeo explicare; est enim verbum hoc admodum tragicum: omnes cum hastis erant, hisque protensis, vibrabantque cuspides, et reductæ erant dextræ, quasi jam paratæ ad ictum. Videres itaque in acie Latinorum et frementes viros, et ardentes equos.

608. Erat jam utraque acies eo spatio a se divulsa, ut tela pervenire ex una ad alteram possent, quum subito attollitur clamor militari more, equi concitantur: mittuntur, immo funduntur tela creberrima instar nivis; adeo ut cælum texerit jaculorum imber.

612. Hæc generatim, sequuntur deinde discrimina peculiaria; et ante omnia Tyrrheni et Acontei congressus: quæ incursio facta et hastis virorum, et equorum pectoribus: viri incurrunt totis viribus, et uterque cadit ingenti sonitu; nam equi quoque ceciderunt ruptis et perfractis pectoribus ex congressu. Sed ruina Acontei notabilior, ut qui excussus instar aut fulminis, aut globi e militari tormento, vitam in ipsis auris disperserit: erat Tyrrhenus ex Trojana acie, Aconteus ex Rutula: et hoc ipso poeta ponit veluti augurium belli: nam ut primus congressus male cessit Rutulo; ita et credibile finem responsurum, ut vere respondit.

618. Hoc congressu turbatæ acies; et Latini rejectis in tergum parmis ad urbem convertuntur, simulata fuga, et ex belli arte. Trojani in illos ingruunt, et Asylas inprimis turmas equitum in illos inducit: sed quum jam appropinquarent urbis mœnibus, ecce subito, resumptis viribus, Latini sublato clamore in hostes redeunt, ac tum Trojani fugiunt, ac retro laxatis habenis referuntur.

624. Sequitur optima ad rem comparatio ab accessu et recessu maris: alternante enim fluxu et refluxu, nunc ad terras ruit spumans in scopulos, undam in arenam fundens; nunc

auxilio Turni. Vide Lipsium in Polybium; Godescal. in Vegetium; Smetii et Gruteri inscriptiones.

622. *Mollia colla.* Latini reflectunt *colla mollia*, scilicet equorum qui domiti, ac proinde molles ad omnem flexum. Ita locutus Catul. « mollescunt colla juvencis », et noster Georg. III, « molli collo », pro domito, eo versu, « Belgica vel molli melius feret esseda collo. » C.

624. *Qualis ubi alterno*, id est, reciproco æstu: et forte alludit ad Euripum. Notat autem Scalig. V, 3, hæc divina esse; et æstus marini tam exactam descriptionem ita farcire oculos, ut in hisce versibus plus videatur illius motus quam

refertur, et retro abiens revolvitur, resorbetque undas deserto litore: talis fuit ea belli species.

629. Simulata illa Rutulorum fuga supra est narrata; ea quum iterum repetatur, dicitur bis facta. Itaque bis acti sunt ad mœnia a Thuscis; ac proinde bis texerunt terga rejectis armis, respectantesque ut cauti; ac proinde bis quoque Thusci relati retro sunt.

631. Jam vero tertio prælio, cessante fuga, implicatæ sunt acies totæ, et quisque legit virum, cui obsisteret, in quem pugnaret, cui vel gloriam daret, vel adimeret, ut loquitur Homerus, ἢ κῦδος δώσειν, ἢ ἑλέσθαι. Quo in congressu ita acerrima fuit pugna, ut nemo satis queat persequi morientium gemitum, aut arma et corpora altissimo imbuta sanguine ac demersa: quin eadem clades equos quoque auferebat, qui semianimes, et virorum cædibus permisti, per agros volvebantur.

636. Adnectuntur hi versus cum superioribus, immo ab illis pendent: tria dixerat; lectum virum a viro; interfectos viros; interfectos equos. Ecce tibi Orsilochus legens ad pugnam Remulum; ecce ut Remulus ipse volvatur excussus humi; ecce ut ejus equus percussus in aure domini cladem experiatur. Vide vero ut graphice omnia, præcipue quæ ad equum pertinent: ipsum videor nunc cernere arduum, furentemque ab ictu, impatientem vulneris jactantem crura anteriora, pectusque arrigentem, et insistentem unis posterioribus pedibus. Quo habitu nonne evolveret, nonne excuteret miserum Remulum? certe instar ponderis tormento excussus cadit.

640. Transit ad Catillum, qui *Iolam* facili certe negotio interfecit. Hoc indicat poeta, quum illum absumat nulla facta peculiari mentione. Majore negotio Herminium *dejecit:* metaphora videtur sumpta ab arbore, quam ictibus dejicit deturbatque rusticus, ideo *ingentem animis, ingentem corpore, ingentem armis,* ut arbor, quæ ingens trunco, et ramalibus. Erat Herminio *cæsaries fulva, nudum caput, nudi humeri,* quia absque galea et thorace. Sic arbor desuper frondea, cui non male assimiles cæsariatum et fulvum caput, sicut ramis humeros nudatos. Erat vero nudo capite, nudis humeris, ut qui non vulneribus terreretur, sed tantus vellet, quantus erat, apparere et patere. Ab hac Herminii descriptione transit ad ejus exitium:

ipso in mari. Vide ibidem plura. *T.*

634. *Armaque corporaque.* Versus πολυσύνδετος: et bene belli faciem demonstravit, multa enumerando, quæ in alto sanguine velut natarent. *Serv.*

transfigitur per armos ab Catillo, et hasta quidem *tre* tremeret confixa trunco arboris. Quid deinde? *duplicat* id est, incurvat, et veluti facit duplicem; sic cæsa arl plex jam est.

646. Istud, *funditur ater ubique cruor*, possit referri a Herminium, a quo, ut a tam grandi corpore, fundi c omnem partem videretur, αὔξησει quidem poetica. S sequitur, *dant funera ferro certantes*, æquius est, ut ref reliquos certatores, qui etiam eo honestiorem putabar tem, quo per plura vulnera.

648. Hinc Camillæ facta quæ reliquum tenent librun studium, gloria, et bellandi peritia. Illa *inter cædes e* vide arrogantiam, ut quæ omnia contemneret, et ver taret: erat illi pharetra in humeris, et sinistrum latus *ex* id est, nuda mamma.

650. Arma ejus, hastæ, bipennes, sagittæ: nunc hast git, et densatim, ut visum ex re commodius: nunc bip repta, indefessum pugnat: arcus et pharetra pendeban bantque ex humero ad usum, quum ipsa vellet. Duple mendatio; a materia, quia arcus *aureus*: ab numine, arma *Dianæ sunt*.

653. Explicat nunc quis usus arcus et sagittarum: si prae hostium impetu cogeretur tergum vertere, a terg pugnabat; nam converso per scapulas arcu in hostes, rem gerebat adhuc fugiens ipsa, ut solent Parthi.

655. Sequitur comitatus Camillæ: tegebant ejus latu

648. *Exsultat Amazon*. Suspendendum *exsultat*, ut *Amazon* intelligas, quasi Amazon; nam Camilla Volsca fuerat: sic in Æneid. primo, « Dederatque comas diffundere ventis venatrix », id est, quasi venatrix. *Serv.*

649. *Unum exserta latus*. Vide Not. v. IV, p. 260, quibus probatur sinistrum esse latus. — *Pharetrata*. Participium a fœminino genere derivatum. *Unum exserta latus*, pro exsertum latus habens. *Serv.*

651. *Indefessa*. Infatigabilis: et omnia ei Amazonum arma tradit, quas Titianus unimammas vocat: nam hoc est Amazon, q μαζῶν, sine mamma: *bipe* tem dicitur, quod ex utraq habeat aciem, quasi duas quas veteres dicebant. *Se*

652. *Aureus ex humero* *cus*. In Romano codice le *ex humeris sonat*: ut, di continenter pronuntiatis, veluti sibilo major sonit tetur, qualem Homerus fic ce verbo mira expressit fe ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμω νοιο. *Pier.*

655. *At circum lectæ com* audi *dimicant*: quod etiam

cæ virgines, et lectæ omnes. Poeta tres numerat, Larinam, Tullam, Tarpeiam; extremæ dat *securim æratam* in manu, qua hostes quateret : erant istæ pacis bellique administræ.

659. Comparatio aptissima sumpta ab Amazonibus, quæ degunt ad Thermodontem Asiæ fluvium, et quibus picta arma: quæ feminæ exsultant lunatis peltis, quum comitantur Hip-

Amazonum indicat comparatio, quæ inducuntur circa reginam bella tractantes, ne culpetur poeta quod nullam earum pugnantem induxerit. *S.* — *Larinaque virgo.* Nomina hæc nobilissimarum sunt Italiæ fœminarum. Et *æratam* pro ferream : ut, « micat æreus ensis. » *T.*

657. *Quas ipsa decus.* Et ad delectas, et ad ipsam potest referri. *Decus* autem si ad Camillam, nobilitas, pulchritudo : si ad delectas, ornamentum, id est, quas sibi elegit ornamentum, id est, ad ornamentum. *Taub.* — *Dia Camilla.* Generosa, εὐγενής : nam Græcum est, cujus nominis etymologiam plerique volunt venire ἀπὸ τοῦ Διός : quod si sic est, dicemus dissentire derivationem a principalitate : nam *dia, di* producit, cum Διὸς corripiat : sicut e contra, cum *lux, lu* producat, *Lucerna, lu* corripit. *T.* — *Dia Camilla.* Pro *diva.* Horatius Sat. I, 2, « sententia dia Catonis. » Persius Sat. I, 45, « ecce inter pocula quærunt Romulidæ saturi, quid dia poemata narrent. » Ovid. Fast. II, 598 : « Quæque colunt thalamos, Ilia dia, tuos. »

658. *Pacisque bonæ.* Congruum paci epitheton dedit, ut eam bonam diceret, quum bellum e contra sit pessimum : nam sine dubio et belli sævi diceret, si ratione versus liceret. Quidam bonum interdum pro grandi accipiunt. *Serv.* — *Pacisque bonas bellique ministras. Bonas* quidem in codicibus aliquot antiquis habetur. Sed enim cum Mediceo plures, atque iidem probatiores, *bonæ* legunt, idque Servius agnoscit. Donatiana tamen paraphrasis ad eam lectionem, quæ *bonas* habet accusativo casu, respicere videtur. Sic enim est : denique quum iret ad bellum, has sibi esse comites voluit, quod essent ornamento in pace, et ministræ in certaminibus belli. Potest et sic intelligi, ut *bello* et *paci* ornamento esse viderentur : et sic in utroque obsequerentur, ut utrumque ornarent : et hoc esse arbitror melius. *Pier.*

659. *Quales Threiciæ.* Tanais fluvius est qui separat Asiam ab Europa, circa quem antea Amazones habitaverunt, unde postea ad Thermodonta fluvium Thraciæ transtulerunt : quod et Sallustius testatur, dicens, « Dein campi Threissi, quos habuere Amazones, ab Tanai flumine incertum quam ob caussam digressæ. » Has quidam dicunt stato die solitas Sinthiis coire. *Serv.* — Vide notas vol. IV, pag. 261.

661. *Hippolyten.* Hæc Amazonum fuit regina, cui victæ Hercules baltheum sustulit : hujus filia Antiopa quam Theseus rapuit, unde Hippolytus. *S.* — *Hippolyten.* Fuit hæc Penthesileæ κασιγνήτη, *soror,* ait Cal. lib. I. Ideo ex studio utramque poeta conjungit. Modum cædis lege apud Cal. *Cerda.*

663. *Lunatis agmina peltis.* Ita

polyten Reginam suam, aut Penthesileam. Omnia in his quinque versibus ita sunt tragica, et grandia, ut fulcris cothurnatis incedant.

664. Aggressurus Camillæ facta præmittit versus duos in ejus laudem, quasi tanta fuerit peritia hujus virginis in tractandis armis, ut sciri vix possit, qui primus ab ea interfectus, qui ultimus. Videbatur furere instar nubis, quæ fulmen *dejicit*, quæ *fundit* grandinem.

666. Primum omnium Eunæum interficit Clytii filium. Poeta adhibet modum mortis, et miseri morientis formam : modum; nam *apertum pectus transverberat abiete;* est figurata locutio, id est, verberando aperit; ut, *incensum animum inflammavit amore :* et *adversi* ait, ad signandam fortitudinem viri, qui semper pugnat adverso in hostem pectore : pereuntis formam; nam *vomit rivos sanguinis, mandit cruentam humum, versat sese in suo vulnere :* tragica omnia! et vere *rivos vomit*, quia transverberatus; atque adeo *vomit* a pectore, et a tergo, et ideo non rivum, sed *rivos*. Finge aquarum originem scaturientem ab specu, et inde in omnem partem rivulos ejaculatos,

Stat. Theb. lib. V, « lunatum agmen » : et Sen. Trag. « lunata pelta. » Error Hesychii et Suidæ pessimus est : ait prior, πέλτα, εἶδος ὅπλου, δόρυ : *pelta*, *species armorum*, *hasta* : posterior, πέλται, λόγχαι, *peltæ*, *hastæ*. Manavit error a vocum similitudine : nam *palta* jacula sunt a vibrando dicta, ἀπὸ τοῦ πάλλειν. Xenophon libro primo παιδ. ubi describit venationem Persarum, dat illis παλτὰ δύο, ὥστε τὸ μὲν ἀφιέναι, τὸ δ', ἂν δέῃ, ἐν χερσὶ χρῆσθαι. Suidas quoque ipse, παλτά, [illegible] : et ipse etiam Hesychius [illegible], [illegible], λόγχαι : igitur ab hac vocum similitudine uterque aut deceptus, aut corruptus : nam peltas ad jacula retulit nemo. Plinius [illegible] folio ficus Indicæ, XII, 5, [illegible] fuerit « in modum Lunæ mediæ » : qua voce poetas [illegible] lunatas quum faciunt [illegible] modum *Lunæ mediæ* intelligendi sunt; aut saltem « in modum Lunæ cum morsu aliquo », enim ita est folium ficus Indicæ : sed quod rotundum est, et in modum Lunæ plenæ, Latinis *lunatum* non dicitur, sed quod est forma semicirculari, fortasse quia hac forma, ut plurimum, Luna visitur. *Cerda*. — Vide explicationes et notas vol. VI, pag. 66; et Excursum de Amazonibus, vol. II, pag. 205.

664. *Quem telo primum dejicis.* Homericum est, interrogationem ad ipsum referre qui describitur, quum semper sic musæ interrogari consueverint : ut, « Vos, o Calliope, precor, aspirate canenti. » Tanta est feriendi celeritas, tantus occisorum numerus, ut discerni nequeat, quis primus aut ultimus pereat. — *Aspera virgo.* Epitheton ad officium belli respiciens : alias incongrue virginem asperam dicimus. *Serv.*

ita ille in utramque partem. Nota et locutionem miram, *versat sese in suo vulnere*, pro, in suo sanguine.

670. Sequitur Liris, et Pagasi exitium. Liris equum suffoderat, id est, penitiore punxerat stimulo, inde impatiens equus sessoris ruinam parabat: hic habenas contrahebat, ne omnino laberetur; erat quippe jam equo revolutus. Pagasus tum manum dabat jamjam lapsabundo: hoc puncto temporis Camilla ita celeriter utrumque percussit, ut præcipites in terram pariter ruerent ex equis. Poeta vocat *inermem manum*, vel quia inefficaci auxilio, vel quia vere inermis. Dixi equum suffossum ab ipsomet sessore: possit qui velit referre ad extremam vim; ita ut alius equum transfixisset, unde impatientia feri.

673. Confercit jam hic Camilla multos mortalium, (poeta quinque numerat); Amastrum gladio cominus interficit, (hæc, credo, mens poetæ): quatuor reliquos hasta assequitur incumbens eminus: eaque fuit jaculantis felicitas, ut quot hastas torserit, interfecerit viros totidem, nullo ictu frustrato.

677. Facit moram in describendo Orphito, qui venator et in equo Iapyge, id est, Apulo, et in armis ignotis. Sed quæ hæc ignota arma? Pro lorica erat homini pellis tauri, qua humeros tegebat; et quem taurum ipse, etiamsi pugnatorem, tamen pugnando vicerat; hoc enim videtur innuere poeta; alias non tauri *pugnatoris* meminisset: pro galea erat lupi caput cum dentibus: pro hasta agrestis sparus. Accedebat ad formidinem armorum statura hominis etiam formidanda; nam toto vertice supra alios eminebat, vertebaturque per medias catervas, id est, ἀνεστρέφεται, ait Servius. Describit, ut puto, militem omnia obeuntem, et huc illuc circumcursantem, seque in omnem partem convertentem cum terrore hostium.

684. Dixerat, Orphitum esse venatorem: ergo, qua ille arte feras solitus erat capere, eadem ipse capitur, id est, insidiis: est enim *excipio* verbum venatorum, et quo insidiæ feris positæ indicantur: quum itaque Camilla turbans omnia, hostile agmen in fugam verteret, inter reliquos fugit Orphitus; tum hominem a tergo trajecit volante hasta; ac mox insultabunda: «putabas, inquit, te feras agitare in sylvis sparo isto tuo?

682. *Agrestisque manus armat sparus.* Bene *agrestis*: nam *sparus* est rusticum telum in modum pedi recurvum. Sallustius, «Sparos, aut lanceas, alii præacutas sudes portare.» Varro ait *sparum*, telum missile, a piscibus ducta similitudine qui spari vocantur: Alii *sparus*, a spargendo dici putant. *Serv.* —Epaminondas sparo ictus periit.

atqui advenit dies, qui redarguat, refellatque tuam istam jactantiam armis muliebribus : sed gloriose tamen occumbis; nam manu Camillæ. »

690. Hæc tot mortium discrimina pertinent ad laudem Camillæ, quæ in omni bellandi genere esset peritissima : fit mentio peculiaris Orsilochi et Butæ, qui maximo erant corpore inter Teucros : describit graphice vulnus Butæ : est ille percussus in læva colli parte, Camillæ cuspide inveniente viam inter loricam et galeam : quia videlicet parma pendebat id temporis e lacerto lævo, neque sublata ad tuendam partem illam : itaque eo puncto temporis lucente et apparente carne non fuit Camilla otiosa. Est *sedentis*, equitantis : inde *sessor* de equite.

694. Ad exitium Orsilochi usa est dolo : fugit illum, non quidem recto cursu; nam hoc timentis esset, sed gyro interiore, id est, sinistro, tanquam ludens et eludens. Ille incaute Camillam sequebatur; ac proinde et illum Camilla, quod necesse in gyrante circulo : ac tandem arrepto tempore, καιρὸν intellige, in ictum insurgens, securim semel et iterum impegit, qua arma, et ossa penetravit, caputque precabundi aperuit, et sparsit cerebrum. Intelligo preces fusas post ictum primum; quibus contemptis, iterum illa ingeminavit.

699. In exsultantem post cædem hanc Camillam fortasse Aunus incidit, Auni Apenninicolæ filius, natione Ligur, neque in re belli, si res agenda esset fraude, postremus.

702. Instabat ita Auno Camilla, ut ille, quum videret, se non posse cursu evadere, dare consilium ceperit : itaque Reginæ objecit, non tam virtute propria, quam equi, belli gloriam comparatam : viderat quippe Aunus Orsilochum victum a Camilla, simulata fuga; inde monet, ut equum relinquat, et pugnet pedibus, ut pateat cujus sit gloria. Vide varias lectiones, vol. IV, pag. 266, ubi Servius pro *laude fraudem*, id est, pœnam agnoscit.

709. Arsit Camilla furore irarum, quia viderat detrahi sibi

687. *Muliebribus armis.* Usus obtinuit ut innuptas, *virgines;* nuptas, *mulieres* vocemus : nam apud majores indiscrete *virgo* dicebatur et *mulier :* utrumque enim sexum tantum significabat; ut ecce hoc loco dicit « armis muliebribus », quum Camillam innuptam fuisse manifestum sit. Item in Bucolicis legimus, « Ah, virgo infelix », quum Pasiphaen constat ex Minoe, ante amorem tauri, filios suscepisse. Terentius in Hecyra, etiam mulierem post partum, *virginem* vocat, « nam vitium est oblatum virgini olim ab nescio quo improbo. » *Serv.*

gloriam interfecti Orsilochi, quem vicerat dolo equi fugientis: itaque equum demisit, et pedes cum ense tantum et parma fortunam belli periclitari cum Auno voluit: vocat *puram parmam*, quæ nullo insignita facinore: ait *armis paribus*, quia ita congressurum putabat Aunum.

712. Apparuit tunc Auni dolus; nam statim non tam currere, quam volare visus, habenis conversis, et equo fatigato stimulis. Τὸ *avolat*, est, quasi inde volando ablatus: vide vero, ut etiam τὸ *quadrupedemque citum*, etiam volet.

715. Vocat *vanum*, vel quia *frustra elatus superbis animis;* quasi dicat, κενοδοξίαν futiliter superbire: vel *vanus*, id est, versipellis et fraudulentus, quod explicans addit, *Nequicquam patrias tentasti lubricus artes:* quasi dolus in bello vana sit umbra virtutis, non vera virtus: nam qui vincunt dolo, vincunt inani fortitudine. Sed qui veram seriem Virgilii amat, ita explicet; *vanus*, quia *frustra elatus;* et quia *frustra*, ideo *nequicquam tentasti lubricus artes;* et quia *nequicquam tentasti*, ideo *non futurus incolumis;* ne scilicet lætetur fallax pater fallaciis filii, dolosus pater dolis filii. In voce *lubricus* allusum fortasse ad naturam serpentium.

718. Hæc quum dixisset, ea velocitate volantem equum pedes ipsa antevertit, ut ignem diceres, quo elemento nihil levius, et celerius: adstitit equo e regione, nam hoc est, *adversa* prehendit fræna, hominem interfecit: et nota concinnitatem poetæ; quia dictum lib. VII Camillæ cursu ne segetem quidem lædi, fit ut hic equum volantem pedes ipsa antevertat.

695. *Interior.* Sinisterior, breviore scilicet circulo. *Serv.* — *Sequiturque sequentem.* Roges, qui fieri potuit, ut Camilla, quum ipsa fugeret, et illam Orsilochus sequeretur, dicatur illum sequi? subjicit enim, « sequiturque sequentem. » Solutio est facilis: nam *interior;* quum enim illa breviore cursu gyros duceret ex summa peritia, persisteretque velut in centro circuli, factum necessario, ut tandem aliquando sequeretur sequentem. *C.*

715. *Vane Ligus.* Aut fallax, aut inaniter jactans; nam *vanos*, stultos, posteriores dicere cœperunt: et rarum est etiam in neotericis. Quid hoc loco *vane* significet, sequentia demonstrant, « frustraque animis elate superbis »: possumus tamen hic et mendacem verius accipere, quia ait, « dum fallere fata sinebant »; et, « Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno. » Nigidius de Sphæra: « Nam et Ligures qui Apenninum tenuerunt, latrones insidiosi, fallaces, mendaces. » *Serv.*

718. *Pernicibus ignea plantis.* Modo velocibus: alias perseverantibus: nam *pernix* interdum *velox*, interdum *perseverans* significat, ut

[illegible] et apta, et plena acuminis: apta, nam uti [illegible] assequitur columbam in nube, id est, volantem; sic [illegible] equo volantem; ideo enim supra de Auno, [illegible] adducturus hanc comparationem: plena acumi- [illegible] videbatur potius vir comparandus accipitri, femina [illegible] sed secus est; nam Ligus verius erat femina; Camilla [illegible] vir; inde commutatio: dicitur accipiter *sacer*, quasi ex- [illegible]andus, et metuendus avibus, et obiter allusum ad Græcum [illegible], aut ἱέραξ. Vox *pennis* videbitur alicui ambigua; ut accipiter dicatur assequi *pennis* columbam; vel columba dicatur *sublimis pennis:* si me consulas, nihil ambiguum; nam omnis ambiguitas reponenda inter vitia est, et ideo amandanda ab auctore Latini sermonis Virgilio. Dicit ergo *pennis sublimem columbam,* vel ex vocum ipsarum conjunctione. Demum expende vivam descriptionem evisceratæ columbæ; stillantis cruoris, labentium plumarum: videor nunc cernere columbam hoc malo affectam inter uncos pedes accipitris.

725. Vidit Juppiter res perditas Trojanorum; fessos milites; duces desides: vidit Camillæ gloriam, ferocitatem, assultantiam: inde voluit Tarchontem Tyrrhenum ducem excitare, qui milites acueret, prælium reficeret, iras adderet. *Observans non nullis oculis,* est, observans non otiose, oculis non conniventibus, immo impigre; et oculis vividis: τὸ, *summo sedet altus Olympo,* dictum ex majestate hujus Numinis. Poeta ait *suscitat,* quasi dormientem, quo verbo, et sequentibus illis, *stimulis,* etc. ducit locutionem ab sessore, qui pigrum equum stimulo urget: *haud mollibus,* id est, ferratis calcaribus.

729. Vide Jovis virtutem: dormiebat Tarchon; jam alacer versatur inter ipsas etiam cædes, inter cedentia agmina; suos *instigat vocibus,* id est, amare reprehendit; ut urgeat efficacius, vocat quemque nomine.

732. Vocat Tarchon suos his duobus versibus, meticulosos, stupidos, inertes, ignavos: stupiditas indicatur in illis, *o nunquam dolituri:* nam stupidus est, quem injuria non movet. Reliqua vitia clare posuit, de quibus vide notas, vol. IV, p. 269.

734. Redit ad singula: cur meticulosi? quia *Femina palantes agit, atque hæc agmina vertit:* cur stupidi? qui quum geratis

ipse in Ge. III, 229, « et inter Dura jacet pernix instrato saxa cubili. »

732. *Quis metus.* Dolentis, interrogantis, id est; qualis, quantus; qui viros etiam fœminam timere compellit: unde paulo post; « quæ et quanta animis ignavia venit? Fœmina palantes agit. » *Serv.*

ı et tela in dexteris, tamen non sentitis vos gerere: nam ;eritis, et ad nullum effectum: quæ major stupiditas? ertes, atque ignavi? quia e contrario non segnes estis erem, et nocturna bella; ad festa Bacchi, ad dapes, ad , ad epulas lucorum, ubi pinguis hostia devoranda, nte aruspice secunda esse sacra et prospera: nam tunc s editur, et largius bibitur.

Eodem ardore, quo milites reprehenderat, se in me- ıgmen concitato equo conjicit, *moriturus et ipse*, ut mor- ı alii fuerant, qui in hostes incurrerant. Itaque noluit tes esse suis: sed aliter fata disposuere, et ejus virtus: t erat ardore turbidus, Venulo se adversum intulit, quanta potuit vi, equo diripuit, complexus valide, ılitque in suum equum, portavitque ante gremium. Nes- e hic latet concinnitas; nam Tarchon, qui erat in auxi- ıeæ, interficit Venulum, qui petiverat auxilia contra ı.

Ad insolitum spectaculum, et virtutem pæne ultra mor- sublatus clamor omnium; conversi Latinorum oculi. ın ira fervidus toto volat æquore *ferens arma et virum*, armatum virum. Erat Venulo hasta, cujus ferrum Tar- liffringit, et novum belli genus inchoat. Tu expende, ısset spectaculum, cernere Venulum inter duros Tar- ı et hostiles complexus; et hunc quidem rimantem aper- ırmis partes ad inferendum lethale vulnus; illum con- ugnantem, sustinentem dimoventemque ab jugulo illius ım, et vim viribus evitantem. An tu quicquam τραγικώ-

Sequitur comparatio, quam nemo satis expendat, ubi

At non in Venerem segnes. r hoc dicit; mulierem fugi- a armata est: alias primi : curritis sexum. *S.* — *Noc- e bella.* Qualia sunt aman- t qualia attingit Claud. in onor. et Mariæ, « Tum vic- ido prosiliens toro Noc- 'erens vulnera prælii. » Ca- coma Beren. « Dulcia noc- ortas vestigia rixæ. » *C.* *Secundus aruspex.* Pro *se- ıcra*, id est, prospera: si- cut e contrario Homerus μάντι κα- κῶν; Gallice, *prophète de malheur.* —*Aruspex.* Proprie; differunt enim augur et aruspex: ille ab avium gestu et garritu dictus: hic ab in- spectione tantum animalium: ergo in sacris, ubi hostia, *aruspex* Vir- gilianus. Ennius, Ann. I; « dant operam auspicio et augurio. »

751. *Utque volans, etc.* Aquilæ comparatio aptissima: ut enim et aquila et serpens fortissimi sunt; ita illi duo fortissimi erant; itidem

species Tarchontis et Venuli vivide repræsentatur: solet draconem rapere; illi unguibus inhærere, ac totum imp ille contra, ut semel est saucius, sinuosis se flexibus ac minibus versat; horret squammis; ore sibilat; altius in aquila vero luctantem comprimit, urget, et tundit adu rostri, neque cessat interim a volatu: talem finge ear nam. Tum Tyrrheni ad principis sui *exemplum* avide hostes incurrunt: adjicit poeta etiam *eventum*, quasi p terent sibi eamdem felicitatem.

759. Continent hi omnes versus venatoriam disciplin quam poeta alludit, quasi Arruns prædam venetur. Inc verba illa; *circuit; tentat; lustrat vestigia; pererrat hos at aditus, omnem undique circuitum*, et talia. Inde etiam lam vocat *velocem*, quo attributo possis cervum affic Arruns est cum *jaculo* venatorio. Arruns *fatis debitus* intelligas non fore illi impunem hanc venationem; era fatale mori illum, qui Camillam interficeret. *Multa a* est, multa fraude: sic *arte Pelasga*: ait *fortuna facillima*, qua tutius, et citius posset. Arruns *subit*, ut qui cun Vocula *furtim* notat belli insidias: sic supra, *furta paro*

768. Præclare Servius locum istum intellexit: quæritu *occasio ad mortem Camillæ, ut sacerdotem majoris Num netur occidere, per quod quasi exauctoratur Dianæ favor veniente majoris Numinis iracundia*. Ergo, describitur Ch qui *sacer Cybelæ*, ut qui ejus *sacerdos*. Descriptionem ad equum, quo vectus; ad arma quibus usus; ad fulgor in armis; ad ritum, quo armatus. Explico hæc quatuor spumabat præ ferocitate; eratque cataphractus, id est ære armatus; ideo illum *pellis tegebat conserta squamnis dum plumarum*, erantque squammæ istæ ahenæ, sed a tinctæ, quasi ad nebulam: arma illius erant partim Pl quod de thorace et tegminibus crurum accipio; parti tensia, nam hæc sunt *spicula Gortynia*, et cum *cornu*

mira perspicacitate, ut illi sunt. *D.* — Homerica comparatio ex Il. XII, de qua multa Macrobius, V, 13; Cui tamen Jul. Cæs. Scaliger V, 3, os barbarum acerrime verberat: quem videas; atque Ciceronem in Mario, cujus carmina pariter nota transtulit feliciter in Gallicos versus poeta tragicus (VOLTAIRE) dum suæ præfatur fabulæ, cui ROME SAUVÉE.

768. *Sacer Cybelæ.* Nu tem pro numine, quod in tur, posuit — *Olimque* Aut quia vetus sacerdos, e etiam majores sacerdotes quibus apud veteres in sa que succedebatur. *Serv.*

ispanicus ornatus; nam hæc est *peregrina ferrugo;* ita s orbis partibus ducem istum exornat: fulgor armo-is erat, nam inprimis ipse *fulgebat:* arcus erat *aureus:* mista ex *ostro* et *ferrugine:* huc refer tunicæ pictu-e ex *acu:* ritum armorum attingit in arcu pendente is; in cinctione, qua crepantes sinus carbasi collecti i erant. Exquisita hæc, et accurata descriptio pertinet idum Camillæ animum, ut redderetur incauta, et ita eriret: quippe quæ ingenio muliebri tota fulgoribus iret, et minus sibi caveret.

i, quæ dicebam modo: vides ut Camilla *cæca, incauta, unum ex omni certamine:* ut ardeat *amore prædæ, et* , quippe *amore femineo.* Ratio vero duplex: prima, *nplis præfigeret arma Trojana* trophæi loco: altera, *ferret in auro captivo,* quum venaretur. Indicat, quam næ jactantiæ cupidæ, et inanis ostentationis: ergo empus idoneum observat, quum illa minus cauta ræmissis ad Deos precibus.

ocat initio, Apollinem *summum Deorum* ex affectu, i colit; sic postea *omnipotens,* ex eodem affectu: nam Juppiter credebatur ab Gentibus et summus Deorum, otens: dirigit vero preces ad Apollinem illum, qui *ractis* montis: conciliat illum, quum ait, *quem primi* id est, nos te præ aliis colimus; nos primi sumus in o: deinde, *cui pineus ardor acervo pascitur,* id est, x tæda pinea in tui honorem accendimus: quin, vide te confidentia simus, te uno freti, et tua pietate pru-s pedibus calcamus, idque illæsi: quum ergo tanta i vicissitudo, et cultus nostri erga te, et beneficiorum rga nos, quid mirum si ausim petere beneficium uni- ergo, Pater, ut nostris armis tantum dedecus aman-otes, ut qui *omnipotens;* debes, ut qui *Pater.*

. quis objiceret; quæ tua gloria, o Arruns, si femi-

rbaseos. Ait chlamydem eam, et in ea *sinus car-* lib. VIII, ait de Tybri, nis glauco velabat amic-us.» — *Pictus tunicas, um barbara tegmina:* id bat vestem Phrygionis ectam: sane armorum longa descriptio illuc spectat, ut in eorum cupiditatem merito Camilla videatur esse succensa. Alii, *barbara* interpretantur *Ibera.* — *Barbara.* Phrygia: nam Phryges olim vocabant *barbaros.* Vide in in vol. IV, notas, pag. 272, et Excursum III, pag. 292.

nam interficias? « Non, inquit, gloriam peto, non exuvia non spolia; non excitabo trophæum : laudem quæram ab ali meis præclare factis; ab hoc uno illam abnuo; tantum vol ut meo vulnere, meo telo cadat; pellatur dira hæc pestis : hoc consequar, patriam remeabo, etiam sine gloria. » Hoc ipso A runs reditum in patriam petit, ut liquidum ex consequentibu

794. Partem voti Phœbus concessit, partem negavit; co cessit, uti Camillam sterneret; negavit, uti incolumis in p triam rediret : poeta ad ventos confugit, ut indicet altera precum partem inanem fuisse, et effectu carituram.

799. Ad sonitum teli stridentis per auras totæ acies ocul convertere; sed præcipue Volsci ad Reginam suam : illa it Chloreo occidendo intenta erat, ut neque stridentem aura sentiret, nec sonitum teli, nec ipsum adeo telum, donec pe cussa est sinistro in latere, quod expapillatum et exsertum videlicet a papilla exserta.

805. Quia omnes simul currunt, ideo *concurrunt*, et *trepidæ* qua voce et timor et festinatio indicantur : statim *suscipiun ruentem dominam*. Arruns illico præ timore fugit; sed divers in homine affectus; jam *lætus* ab glorioso facinore; jam *timi dus* ab instante, ut putabat, ultore aliquo : noluit se jam *ce dere hastæ virginis*, *nec telis occurrere audet* illius. Non est sib contrarius poeta : nam tametsi dixerit Camillam ruisse, sed eam ruentem Arruns non viderat, qui statim, ut emisit telum fugit : itaque potuit suspicari illam, aut non percussam, aut non ita lethaliter, quin vires suppeterent ad ultionem.

809. Optima comparatio : solet lupus occiso pastore, aut juvenco aliquo, qui præclarus e toto grege, statim fugere in sylvas, et se abdere, reflexa in uterum cauda : hujus insta Arruns fugit, ac se aliorum armis immiscuit, ne agnosceretur

816. Post Arruntis fugam, redit ad Camillam, quæ jam mo ribunda telum manu extraxit; sed ferrum non potuit; quipp altum erat vulnus, et mucro hærebat ad costas inter ossa.

818. Ab alto vulnere copiosus sanguis; ideo *labitur exsan guis;* atque etiam *labuntur lumina letho jam frigida*. Indica

809. *Ac velut ille.* Servit hæc vox ornatui, non significationis necessitati. Vide Æn. X, 707; et Scalig. IV, 34, Poet. Hæc autem comparatio ex Hom. Il. XVI, de Antilocho sumpta est. In quibus tamen, auctore Scaligero V, 3, maxima es differentia : eum vide. *Taubm.*

811. *Occiso pastore lupus.* Ben pastori comparat reginam : na reges ipsi *pastores* vocantur. H merus, ποιμένα λαῶν. *Serv.*

:m oculorum ab vicina jam morte, et quia jam tota , ideo *color quondam purpureus reliquit ora.*

ın est oblita belli, et publicæ salutis in summo discriles quippe duces ad exemplum proponit Virgilius: cam alloquitur: sed cur hanc præ aliis? quia æqualis quia ejus fidem præ aliis ante experta erat, ac pros suas cum illa communicare erat solita.

:rbo pleno dignitatis ait; *hactenus potui*, quasi dicat; fui bello potens: huic potentiæ opponit acerbitatem quo conficitur: nam jam tum tenebræ oculos invaıt solet moribundis contingere.

ittit mandata ad Turnum, ut *succedat pugnæ*, nihil de ta, tantum de publico bono, et ut *Trojanos urbe ar*ı eadem jam olim; *Tu pedes ad muros subsiste, et mœ-*

pparent jam signa morientis; nam habenas liquit; terram non volens, ac *tum*, id est, deinde illa, ut *frigida, paulatim se toto exsolvit corpore.* Notat corpus ırte languidum, et pæne exvertebratum, atque eluxa*ta colla posuit,* ut quæ non jam firma, sed vigore de*caput captum letho*, ληφθὲν, invadente morte princiem. Tandem indignabunda anima, melius et figuraa, *vita indignata,* ut quæ abrupta in medio ætatis . in florente juventute, *fugit sub umbras*, et *cum ge-*lecebat virilem feminam.

rojanorum vires Camilla una confregerat; hac ergo lætabundi clamoribus insurgunt, et de novo bellum :it: incumbunt omnes simul, Teucri, Tyrrheni, Arıibus verbis poeta Trojanos, et auxilia numerat.

tui. Absolute; pugnare : necessaria enim Eclipctione, quæ ex arte non ita est. *Serv.* — *Potui.* udio cum Servio; *potui gnare.* Immo, *potui* est *alui viribus, et potens fui* ı tametsi a re nihil diffe:m certe ab energia. Vid. am. VIII, 882. *Cerda.*

ıccedat pugnæ. Animus ostenditur, quæ non se :m, sed bella deserere. In tantum, ut nihil aliud moriens, quam de republica tuenda et bellum mandaret, et solum putaret idoneum Turnum in ejus vicem succedere. *Serv.*

831. *Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.* Servat hoc ubique, ut juvenum animas a corporibus dicat cum dolore discedere, quod adhuc esse superstites potuerunt: quod etiam de Turno dicturus est, quum hoc ipso versu tota claudatur Æneis.

836. Conquiescit a bellis, intentus uni ultioni virginis. Memineris, Lector, supra in hoc libro ultionem interfectæ Camillæ mandatam Opi ab Diana. Opis itaque pugnas spectabat sedens summo in monte; eamque ait poeta ingemuisse, et flevisse ad Camillæ occasum, ut primum illam vidit inter furentium juvenum fremitus mulctatam morte.

841. Sequitur Nymphæ fletus; in quo fletu ita rem gerit poeta, ut quærat laudem Trojanorum, etiam in aliena re: nam mortem, qua mulctata est Camilla, vocat *supplicium*, quod persolvit, quia ausa est Trojanos bello lacessere: quasi hi sancti fuerint, et a Jove geniti, contra quos nihil erat audendum: inde sequitur, nihil Camillæ profuisse (est hæc magna conquestio) Dianæ cultum; nec gessisse pharetras, quas gestare solebant hujus Deæ Nymphæ: itaque contra Trojanos nec Diana ipsa potuit.

845. Pergit ad solatium ultionis, qua decoranda est Camilla: est enim honoris argumentum habuisse paratam ultionem; sicuti contra est indecorum, inultum aliquem cadere: ita vero loquitur de Camilla, quasi ea sacra fuerit; ideo *morte luet, qui tuum corpus violavit vulnere*: sacra enim dicuntur *violari*.

849. Describit locum, ad quem descenderit e monte Opis ad occidendum interfectorem Camillæ Arruntem: is locus fuit sepulcrum Dercenni Regis, qui unus fuit ex antiquissimis Regibus urbis Laurentis: erat itaque hoc sepulcrum, et *ingens*, et *sub monte alto*, et *externo aggere*: notat aggestam terram in tumulum; ac demum totum *tectum opaca ilice*, ad majorem cultum et religionem.

852. Sepulcrum Dercenni descriptum ex occasione est; nam in eum tumulum Opis se contulit, Arruntem inde speculatura. In illis, *rapido pulcherrima nisu*, pulchritudinem refero ad *nisum*, ut dicat in eo volatu et nisu pulcherrimam apparuisse Opim.

854. Immiscuerat se jam Arruns aliorum armis, tumore vano perfusus: sed abiisse in diversa nihil misero profuit; illum ad supplicium Nympha vocat, irrisorie ad *præmia*: dolet vero fraudulento homini contingere gloriosam mortem; nam periturus Dianæ telis, adde et jussu; et ministerio adhuc Nymphæ.

836. *At Triviæ custos.* Vel ministra, vel observatrix: potest et pro comite accipi, vel custos mandatorum Triviæ, ne inulta Camilla moriatur. *Serv.*

857. *Tunc etiam telis moriere*

858. Depingit poeta graphice intentionem arcus. Primum Opis depromit sagittam e pharetra; deinde intendit cornu, infensa animo in Arruntem : explicat statim qualis hæc intentio : ita cornu illud duxit longe, ut capita inter se coirent curvata. Factum ab hoc longo curvamine, ut manus dextera, qua nervus tenebatur, papillam Nymphæ attingeret, atque adeo ipse etiam nervus : sinistra vero, qua tenebatur cornu, attingeret aciem, id est cuspidem teli emittendi : nulla arcus intentio esse major potuit : qui hæc non percepit, meditetur secum gestum jaculantis, et capiet.

863. Ea fuit celeritas sagittæ, ut Arruns, uno temporis puncto, et ferrum senserit in corpore, et teli stridorem in adsonante aura. Hæc est sententia, etiamsi poetice aliter prolata.

865. Pertinent hæc ad ultionem : factum enim permissu Dianæ, ut nulla cura exspirantis haberetur a sociis, nulla cadaveris : itaque relictus a suis est Arruns inter sordes pulveris. Opis statim in cælum remeavit, nuntiatura, credo, Dianæ executionem facti.

868. Numerat poeta omnium fugam : primo ait, fugisse auxiliares equites (nam hi sunt alarii) qui cum Camilla venerant, quia *amissa domina :* deinde Rutulos, quia *turbati*, inter quos etiam Atinas, etiamsi *acer :* tertio, reliquos duces et signiferos, illi *disjecti*, hi *desolati*. In his est causa et effectus; quia enim *disjecti duces*, ideo *manipli*, scilicet signiferi *desolati*, id est, deserti, et relicti soli : de totis cohortibus mallem intelligere. Hi omnes *tuta* urbis *petunt*, et equorum beneficio, ut Livius loquitur, salutem quærunt.

Dianæ? cum ingenti amaritudine dictum est : nam ei etiam genus invidet mortis. Quod autem ait, *Tune etiam*, ad Niobes numerosam pertinet sobolem. *Serv.*

861. *Manibus æquis.* Pro *æqualiter*, vel *æquantibus*, et licitum poetæ, nomen pro adverbiis, aut participiis ponere. *Serv.*

864. *Audiit una Arruns, hæsitque in corpore ferrum.* Celeritas jaculantis exprimitur : sic Statius, quum jam percussum dixisset, extinctum ait, « Necdum certi tacet arcus Amyntæ. » Multi nolunt in medio distingui, propter exprimendam celeritatem. *Serv.*

870. *Desolatique manipli.* Deserti signiferi; quod nimii discriminis : namque hoc ubique dux præcipit, ut frequentes circa signa sint milites; sicut in Sallustio legimus. *Manipli* autem dicti sunt signiferi, quia sub Romulo pauper adhuc Romanus exercitus, hastas fœni manipulis inligabat : et hos pro signis gerebant : unde hoc nomen remansit. *Serv.*

872. Ecce post fugam miseram Rutulorum exsultante
janos: instant isti victores, et lethum ferunt iracundi;
Latinorum illos sustinet; nemini satis virium ad resisten
adeo fortiter Trojani impressionem fecerunt! Quin om
Latinis erant imbecilla; nam membra languida, et arc
missi: unus tantum equorum cursus intentus, quibu
adspirabant ad salutem.

876. Sequitur pulvis, qui necessarius comes fugæ;
ita multus, ut caliginem et noctem referret: augebant n
feminæ percussu pectorum, clamore vocum: e speculis
cernebant suorum fugam: itaque causa ingentis turba
fuere ipsimet Latini, qui sua fuga cives terruerunt.

879. Prosequitur poeta circumstantias hujus fugæ, e
cem calamitatem, quæ comitata est fugam: qui primi
norum ad urbem fugerunt, etiamsi apertæ essent por
receptum, non tamen ideo mortem vitarunt: nam ea ho
multitudo ingruit, ut in ipso limine, in ipsis jam mœnil
adhuc in ipsis domibus, ubi tutos se fore putabant, o
rentur. Accidit aliud incommodum; nam Latini, ne
irrumperent, portas clausere; quo factum est, ut etia
cives excluderentur, unde orta ingens cædes, et mise
Illud, *inque arma ruentum*, etiam de Latinis accipe: qu
aditus defendebant, suos etiam feriebant ruentes ad rece
ac proinde in suorum arma.

887. Miserandum admodum πάθος! excludebantur mul
oculos et ora suorum parentum: et vel præcipites vol
tur in fossas, vel cæci instar pecudum impingebant in
magno equorum delati impetu; adeo remedia omnia s
etiamsi inania, immo cum exitio, dominante quærebant

891. Non defuit feminis, quum viris deesset animus:
quum summum illud et extremum putarent esse certar
muris tela devolvere, pugnare acriter, festinare omnia

875. *Quadrupedumque putrem cursu quatit ungula campum.* In Romano codice legere est, « quadripedoque putrem cursu quatit ungula campum. » Æmulatur hic poeta naturam: et tales versus a Criticis nominantur χαλεπὰ μέτρα, prolatu difficilia. Vide et Macrob. VI, 1: et supra VIII, 596.

877. *Pulvis.* Hic corripuit; at in Æn. I, 478, produxit, « ver vis inscribitur hasta. » *Ser*

888. *Præcipites fossas.* I quis potest præcipitari. *S*
Urgente ruina. Multitudine le cadentium impellente. *T*

892. *Monstrat amor ver* apparet in adversis. — *U Camillam.* Scilicet quæ pro patria cecidisse videtur. —

pro patria, nihil non audere. Illud, *imitantur ferrum stipitibus, et sudibus obustis*, nihil est aliud, quam ita igne extrema palorum fuisse obdurata et præpilata, ut usum etiam ferri præberent.

896. Mandaverat Accæ Camilla, ut cladis nuntium ad Turnum perferret, qui in sylvis erat in insidiis contra Ænean. Vide vero uti ad horrorem narret hoc poeta. Turnus enim non accipit, aut audit nuntium, quæ verba obvia; sed *impletur nuntio*, et hoc sævissimo : accipit *tumultum*, et hunc *ingentem*.

898. En, cur nuntius sævissimus : quid enim sævius audire potuit, quam *deletas Volscorum acies?* et crescit malum, quum additur *cecidisse Camillam :* sed dirius adhuc est, quod sequitur; jam mœnia invadi, ubi Rex Latinus, ubi Amata, ubi ipsa Lavinia; quippe hostes infensi, et secundo Marte omnia proterentes illuc advolabant.

901. Cur *furens?* quia sæviente Jove cogitur insidias relinquere : itaque duplex furoris causa : prima, elabi Ænean ab insidiis : altera, pugnare in Turnum Jovem.

dæ. Licet trepidæ, tamen oblitæ sexus tela jaculabantur. *Serv.*

894. *Sudibusque imitantur obustis.* Nimirum, ut ab auctoribus traditum est, trabes, valli, palique usti, ustulati et obusti in tantum durescunt, ut in aquam præsertim depacti, vix ulla temporis longinquitate, aut carie expugnari possint, tanta perdurantes contumacia, ut non alia solidiora fundamenta, pilis, molibus, et insanis priscorum structionibus ferendis reperta fuisse ad perennitatem credantur : unde et hic matres « sudibus obustis ferrum imitari » dixit, hoc est, pro præpilatis, ferratis, mucronatisque usas fuisse, tanquam in ferrum quodammodo duruissent. Græci quoque κεστρωτὸν lignum acutum, et præustum, vocant : supra, « sudibusque præustis. » *Germ.*

895. *Præcipites.* Aut festinæ, aut in mortem ruentes. *Serv.* — *Primæque mori pro mœnibus ardent.* Servius ad dolorem ex Camillæ obitu conceptum refert; ut illud, « me primam absumite ferro » : neque vero displicet *primæ ardent* ea sententia; ut tunc primum audere visæ sint, quum sexum quoque suum in bello fortiter occubuisse conspicerent. *Pier.*

898. *Deletas Volscorum acies.* Falsum est : tantum enim fugerunt : sed vim exprimit nuntii, cujus mos est, plus quam habet veritas, nuntiare. *Serv.*

901. *Ille furens, nam sæva Jovis sic numina poscunt.* Duplici ratione insidias eum reliquisse commemorat; dolore nimio, et numinum voluntate : quæ utraque ideo egit, ne capi posset Æneas. *Sæva* autem *Jovis numina* per parenthesim dictum est. Homerus, Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. *Serv.*

902. *Obsessos colles.* Quos ipse obsederat, ne ad urbem transitum

903. Ecce, ut Dii Ænean servaverint; nam vix T rat locum insidiarum, quum Æneas illac iter tutus perato jugo collium, et relicta sylva.

906. Hinc factum, ut ambo pariter contenderent Turnus tutandos, Æneas diruendos.

908. Novit statim Æneas hostem suum, Turnus ab excitato et fumante pulvere; hic ab strepitu equorum flatibus: quasi dicat; ille oculis, hic auril suum uterque agnovit. Nota mirifice dici *flatus eq* hinnitibus; hos enim audivit.

912. Diremit nox prælium: nam aliter continu rant, pugnam inivissent: uterque ergo in armis co urbem, circumvallatis mœnibus.

haberet Æneas. — *Apertos.* Paulo ante a Turno relictos, id est, vacantes insidiis. *Serv.* — Itaque opponuntur *aperta*, et *obsessa* loca, aut *insidiosa*.

908. *Fumantes pulvere campos.* Veluti fumantes caligine pulveris: ita enim nebulam excitat pulvis, ut fumus. *Serv.* — Simile indicium adventantium hostium apud Liv. lib. XXI: « Densior deinde incessu tot hominum equorumque oriens pulvis signum propinquantium hostium fuit. » Similiter in Enn. Ann. VIII: « Jamque fere pulvis ad cælum vasta videtur. »

913. *Roseus Phœbus.* Ita ludunt poetæ. Lucret. lib. V: face Sol inferret lumi — *Hibero.* Oceano occ Hispano. Hispaniam riam ab Hibero flun esse nominatam. *Serv*

914. *Tingat equos.* Q humiliter dictum acci In antiquis ex institu *guat*, *u* post *g* notata, *Pier.* — *Considunt cast* in sua quisque castra d aut castra posuerunt, rem castrorum feceru *vallant.* Hinc probat qui tuentur et qui ol *lare* dicuntur. *Serv.*

P. VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS

LIBER DUODECIMUS.

(Vide Argumentum generale, vol. IV, p. 295.)

ANALYSIS.

Conjiciunt Latini culpam in Turnum rei male gestæ; ille ardet, et furit, ut solet percussus leo, poscitque a Rege singulare certamen cum Ænea; 1—17. Oratio Latini ad Turnum, qua monet, ut opes consideret, quas habet præter regnum; nuptias, quas habere potest, præter Laviniam: Deorum, et hominum oracula, quæ jubent illam dari externo: clades, in quas conjecta est Italia: periculum vitæ, quod de novo imminet: eventus, qui varii in bello sunt: senectutem patris, qui tunc erat Ardeæ; 18—45. Resistit violentissime Latino Turnus, cum despicatu senis, cum laude sui; cum contumelia Æneæ; 46—53. Amata Turnum obtestatur, ne cum Trojanis pugnet; nam eo exstincto, in quo Regni totius fulcrum, ipsa quoque habitura est vitæ exitum; 54—63. Visa tum temporis Lavinia, cujus pulchritudo ex occasione describitur, ardorem Turni acrius incendit, qui Amatæ lacrymas verbis castigat, et ad Ænean mittit Idmona nuntiaturum singularem congressum; 64—80. Relinquit Turnus Regiam, itque ad ædes suas, ubi post adductos paratosque ad prælium ab aurigis equos, ipse armatur lorica, ense, clypeo, hasta; 81—100. Turni parantis se ad prælium inanes furiæ; Æneæ in idem incumbentis militaris ardor; 101—112. Orto die, fit dimensio campi ad certamen; afferuntur sacra; procedunt Rutuli et Trojani ad spectaculum cum armis; qui non his apti, spectant e locis urbis editis; 113—133. Juno pro Turno sollicita adit hujus sororem Juturnam, hortans ut rem fratris tueatur, congerens argumenta, quæ potest validiora; 134—160. Ex castris suis Latinus et Turnus; ex suis Æneas et Ascanius procedunt ad fœdus feriendum: fit solemnis hostiarum probatio; 161—174. Juramentum Æneæ, quo, post invocata Numina, affirmat se, si victus fuerit ab Turno in singulari certamine, discessurum ad Evandrum; sin victor, daturum tantum sacra; et imperium fore penes Latinum; 175—

194. Æneæ ductum in jurando Latinus sequitur, promittens æternam fore deinde pacem; 195—211. Mactatio hostiarum; Rutulorum favor in Turnum, et in illum commiseratio; Juturnæ sororis dolus; 212—228. Juturnæ oratio pro fratre ad Rutulos; horum in animis commutatio; 229—243. Firmat Juturna orationem suam divino monstro: nam quum cycnum rapuisset aquila, et in hanc, ut in communem hostem sese reliquæ volucres concitavissent, donec prædam projecit, Tolumnius ita rem interpretatus est, ut Rutulis maximos animos addiderit pro Turno, qui cycnus, contra Ænean, qui aquila; 244—265. Torquet hastam Tolumnius in Trojanos, principium pugnæ: interficit unum e novem fratribus; hi ad vindictam inflammantur: ab hoc initio sævitum deinde in bello acriter, commistis phalangibus; fugit in urbem Latinus, et tolluntur raptim, quæ parata ad sacra; 266—288. Messapus interficit Aulesten; Chorinæus Trojanus Ebusum; Alsus pastor Rutulus Podalirium Trojanum; 289—310. Æneas pugnas vetat, ut cui soli ex lege fœderis concurrendum cum solo Turno: quæ dum loquitur, vulneratur, ignorato auctore vulneris; 311—323. Cedit acie Æneas; Turnus animos capit, volitat, proterit, necat multos Trojanorum; comparatur cum Marte fremebundo; 324—340. Enumerat viros duodecim, quos variis mortibus unus interficit Turnus, jam eminus, jam cominus; 341—364. De Phegeo post duodecim illos interfectos sermo uberior; præmissa prius comparatione, qua virtus Turni illustratur; 365—382. Æneas accepto vulnere it in castra; adhibetur ejus animi magnitudo, et Iapigis medici elogia; 383—397. Laboratur in curando Ænea, sed nihil opis in medicina; 398—410. Adest laboranti nato Venus cum divina ope; nam dictamno medicatur aquam, qua fotum vulnus est, ac statim ille saluti redditus; 411—429. Armatur Æneas; deosculatur Ascanium; rapitur ab bellum alacer; terrentur Latini; 430—450. Æneæ impetus cum tempestate comparatur; describitur Latinorum cædes et fuga; 451—467. Juturnæ diligentia in servando Turno comparatur cum hirundine; 468—480. Æneas una intendens Turno, alios non curat; sed Messapi telo irritatus in omnes sævit absque discrimine; 481—499. Turni, et Æneæ virtus in trucidandis hostibus, quos quisque obvios habuit; 500—520. Comparatio utriusque ducis ab ignibus, ab amnibus obvia omnia devastantibus, depopulantibus. Æneas Murranum interficit; Turnus Ilum; 521—537. Gloriosa Turni atque Æneæ et nova facinora: integra utriusque aciei concursatio; 538—553. Nova et subita belli ineundi deliberatio ex aspirante Venere, ex æstuante Ænea: hic scilicet suos hortatur, ut eant contra urbem Latini, relicto palante hoste; 554—573. Paret Æneæ acies tota; fit convolatio in urbem, et cædes variæ, atque oppugnationis forma multiplex: auditur inter reliquos clamores Æneæ obtestatio: turbantur cives; ad quam turbationem explicandam adhibetur commoda comparatio; 574—592. Complet calamitates atrox Amatæ exitium, quæ vitam suspendio finit: fit ingens planctus ab Lavinia, Latino, ceteris; 593—613. Fit transitus ad Turnum jam bello fatigatum, et clamore urbis commotum ac fatiscentem: confirmat illum soror Ju-

turna, acuitque ad parem cum Trojanis belli gloriam; 614—631. Proponit Turnus sorori argumenta, quibus egregium ducat mori in bello; 632—649. Discit certo Turnus ab nuntio cladem urbis, quam prius conjectura didicerat; 650—664. Stupet Turnus ad auditum nuntium; tacet; æstuat; pudescit; luget; insanit: ut ad se redit, ignem videt; decernit cum Ænea congredi; curru desilit; sororem relinquit; ruit per media agmina; 665—683. Comparatio ruentis Turni, et ejus ad suos verba; 684—696. Deserit muros Æneas, ut Turno occurrat: adhibetur comparatio; abstinent e bello reliqui; 697—709. Æneæ et Turni congressus; prius, eminus conjectis hastis; dein, cominus nudatis gladiis: comparatio a pugna taurorum; 710—724. Jovis æternæ lances: ictus, quo Turnus Ænean ferit; gladii ejus fractio, et fractionis ratio; 725—741. Fuga Turni; Æneæ insecutio; comparatio sumpta a cane insequente cervum; 742—765. Recuperant amissa arma Æneas et Turnus, et redeunt ad certamen; 766—790. Jupiter Junonem hortatur, ut desinat favere Turno; 791—807. Paret Juno, petitque ut Latii nomen, Albæ, et Romæ perpetuum in Italia sit; ut nomen aboleatur Trojanorum; 808—828. Annuit Jupiter Junoni; laudat genus Romanum; læta discedit Juno; 829—842. Placata Junone, vult aliter Jupiter Juturnam depellere ab favendo fratri: itaque unam Dirarum (quibus ministris Jupiter utitur ad mortalium perniciem) ad Turnum mittit, quæ versa in noctuam, miserum terret; 843—868. Agnoscit Juturna volucrem; queritur infelicitatem fratris et suam; ab acie discedit; 869—886. Æneas interim Turno cum telo imminet, illumque voce increpitat: hic ingens saxum, agri veterem limitem, in Ænean torquet; qui tamen lapis defecit ante ictum; 887—907. Comparatio ad explicandum Turni metum; 908—918. Torquet Æneas hastam in Turnum, qui vulneratus in terram cadit; congemunt Rutuli ad prostratum ducem; 919—929. Preces victi Turni ad Ænean victorem; 930—939. Mors Turni, veluti in Pallantis victimam, quo nobili obitu clauditur illustrissimum opus Æneidos; 940—952.

N. B. De hoc libro, et de nodo Æneidos ad solutionem adducto legenda sunt, quæ pauca adnotantur post argumentum, vol. IV, p. 296.

EXPLICATIO.

1. Triplex causa ardoris, et iracundiæ Turni: prima Latinos defecisse, ut qui jam tot bellis valde fracti essent: altera, quæ efficacior, reposci a se promissa, id est, singularem cum Ænea

NOTÆ.

2. *Sua nunc promissa reposci.* Quia dixerat, « Ibo animis contra; vel magnum præstet Achillem. » *Nunc* autem pro *tunc.* — *Se signari oculis.* Propter illud quod post dicturus est, « in te ora Latini, In te oculos referunt. » Modo autem significat: id est, ut quod esset silentio ambiguum, oculis confirmaretur sine dubio eorum a quibus

congressum : tertia, quæ efficacissima, se omnium *oculis signari*, ut imbellem, et non audentem cum Ænea congredi : hinc ergo ardor implacabilis, et ira supra modum.

4. Comparatio apta ab leone, qui non solum saucius est vulnere, sed etiam gestat fixum telum. Quid ille tunc? *Movet arma; toros excutit; telum frangit impavidus; fremit cruento ore :* talis Turni ira.

10. Eadem, qua reliquos, ira Regem adit, docetque, velle se congredi cum Ænea singulari certamine; nullam in se esse

coactus promiserat. — *Ultro*. Aut insuper; aut antequam aliquis exposcat : et bene ducis dignitatem servavit, ut non ideo faceret quia quidam reposcebant, sed sua sponte accenderetur in prælium. *Serv.*

4 *Pœnorum qualis in arvis*. Comparatio magnifica, et tota sua. Scalig. V, 3. *Taub.* — Vide notas vol. IV, pag. 297, ubi Heynius aliter sentit; et de *Latronis* interpretatione Servium temere incusat. — *Saucius ille*. Κατ' ἐξοχήν. *Ille leo;* Id est, princeps ferarum. *Saucius* autem *pectus*, id est, saucium pectus habens : ut, « nudatosque humeros oleo perfusa nitescit » : et bene alia verba interposuit, quia *saucius pectus* et sonabat asperrime, et imperitis poterat solœcismus videri : et *saucius pectus* congrue, in quo Turni dolor est. *Serv.*

6. *Tum demum, etc.* Novissime : id est, postquam fuerit vulneratus : hæc enim leonum natura est, ut, nisi læsi, nequeant irasci. *Movet* autem *arma;* vires suas experitur : nam arma sunt uniuscujusque rei possibilitas : unde est, « et quærere conscius arma » : id est, dolos. Est autem *movet arma*, etiam translatio ab hominibus, qui quum hostem petunt, *arma movere* dicuntur : sic alibi de tauro, « signa movet præcepsque oblitum fertur in hostem. » — *Gaudetque*. Spe ultionis, et dicendo *gaudet*, alacritatem voluit leonis exprimere, *gaudii* verbo : cæterum nulli ferarum vel pecudum iste sensus adponitur. *Serv.*

7. *Latronis*. Insidiatoris, a latendo, sed modo venatoris : et est Græcum, nam λατρεύειν dicunt obsequi, et servire mercede : unde *latrones* vocantur conducti milites. Moris autem erat, ut hos imperator et circa se haberet, et eos primos mitteret ad omne discrimen : unde nunc dicit latronis telo fixum leonem, quia etiam venatores operas suas locare, et saltus obsidere cum ferro consueverant. Sane *latronem* venatorem, quis ante hunc? Varro tamen dicit hoc nomen et Latinam posse habere etymologiam; ut *latrones* dicti sint quasi *laterones*, quod circa latera regum sunt, quos nunc *satellites* vocant. Una tamen significatio, licet in diversa etymologia. Plautus in Bacchidibus, militem *latronem* dicit, « Suam qui auro vitam venditat. » *Serv.*

10. *Turbidus*. Plenus terroris et perturbationis : sane notandum est *affatur*, atque *infit :* nam iteratio est, qua frequenter est usus; licet nonnulli dicant temperare hoc interpositam conjunctionem : et hic habitum futuræ orationis ostendit.

moram; nihil valituram ignaviam Trojanorum, qui id recusabant: studiose hæc pro se Turnus, nihil enim recusabant Trojani, suo freti duce; sed hoc illis Turnus appingit et affingit. Pergit Turnus hortans Regem et compellans, ut ferat sacra, et fœdus concipiat solemni verborum forma.

14. Ingens pollicitatio: *dextera hac*, δεικτικῶς *mittam sub Tartara*, locum inferni profundissimum: eo enim necesse erat ire *desertorem*, scilicet fugacem hominem ac prædonem; et *Asiæ*, id est, imbellem plane et effeminatum; nam tales Asiatici. Quod si id non fecero, *habeat victos*, ducat Laviniam: quid Latini? *sedeant, spectentque* rem plane tragicam tanquam e theatro aliquo: ego enim *solus refellam crimen*, non verbis, ut refelli in foro solent crimina; sed *ferro*, ut in bello.

18. Ideo *sedato corde*, quia ad sedandos Turni impetus: itaque eo verbulo includitur habitus sequentis orationis.

19. In exordio Turnum laudat, et reddit sermonis sui rationem: laus in illis, *præstans animi*: reddit rationem sui sermonis, quum ait, velle se expendere casus omnes, ut qui metuat et caveat, quod pertinet ad senilem prudentiam: idque eo impensius ab se præstandum, quo ille ferocius sævit.

22. Ratio prima, qua argutissime negat illi sua Regna, quia jam *sunt tibi Regna patris Dauni*: deinde *sunt tibi multa oppida capta manu tua*: ergo, si propter Regnum vis dimicare, habes paternum: si propter gloriam, multos virtute superasti: sequitur, *necnon aurumque, animusque Latino est*: quæ verba varie Servius et alii explicant. Hæreo Turnebo ita explicanti, ut dicat Latinus: ut tibi sunt Regna tui patris, et alia oppida; sic mihi est aurum, et animus: quasi dicat: nec tu mei indiges, nec ego tui; non sunt necessariæ istæ nuptiæ, ut tu mihi præsidium quæras, non ut ego tibi: sunt mihi opes et aurum; est animus ad tuenda mea Regna.

24. Ratio altera: vis Laviniam, vel quia adhuc virgo; vel quia ex Principe genere: atqui sunt multæ aliæ *innuptæ* virgines in toto Latio, et adhuc in *agris Laurentibus;* et, si non ex Principe genere, certe *non indecores*. Objiciet aliquis: volebat Turnus dotatam regno: hoc jam excluserat superiore ora-

25. *Nec genus indecores*. Quia iste petebat filiam regis: est autem elocutio figurata de Græco ἀσχήμονες τὸ γένος. — *Sine me hæc*. Hoc loco intelligimus Turnum dolore in aliqua voluisse verba prorumpere. — *Haud mollia fatu*. Id est, vera; nam aspera sunt verba quæ cum veritate dicuntur: falsa enim, plena solent esse blanditiis. *Serv*.

tione : *sunt tibi Regna patris Dauni*, etc. Ab his rationibus pergit ad tertiam, ad quam præmittit simplicitatem dicentis; nam hoc est, *sublatis aperire dolis*, ut Turnus acquiescat, etiamsi quæ dicturus est, *mollia fatu non* sint.

27. Ratio ergo tertia, quæ tota posita in vera narratione rei gestæ : natam adjungere debui *nulli veterum procorum; loquitur* generaliter, ne putet Turnus sibi necti dolos : *id canebant Divi*, propter Faunum; *homines*, propter vates. Vide vero quanta sit potentia amoris tui; cognati sanguinis, quia Venilia mater Turni, soror erat Amatæ; lacrymarum conjugis : victus his omnibus, *rupi vincla omnia* religionis et fœderis; *eripui genero* Æneæ *promissam* per Legatos filiam (sic habetur in septimo) *sumpsi arma impia*, quia in generum meum.

32. Ratio quarta a præsenti, et futura clade : a præsenti; nam vides, o Turne, *casus*, in quos conjecti sumus; *bella quæ sequantur* nos; *labores*, quos ipse inprimis pateris : a futura, nam quum *bis magna pugna victi* simus, fit proinde, ut *vix tueamur spes Italas :* argumento est Tyberis, qui adhuc calet nostro sanguine; campi, qui albent nostris ossibus. Hæc eo spectant, ut videat Turnus nullam fore in posterum recuperandæ potentiæ spem, quum fortissimus quisque in acie ceciderit : ait, *recalent*, ad indicandam frequentiam cæsorum.

37. Ratio quinta, qua se insaniæ coarguit, hunc in modum : si, te exstincto, necessario mihi adsciscendi sunt externi socii; cur non potius, te vivo, tollo certamina? nam Rutuli omnes et Itali insanum me esse dicent, si te, natæ meæ connubia petentem, morti (quod absit) objecerim.

31. *Promissam eripui genero.* Verum est : nam Æneæ per legatos promiserat filiam, cui postea intulit bellum : licet multi dicant, ante eam Turno fuisse promissam, quod falsum est : nam Latinus nunquam est Turno pollicitus. — *Eripui genero, atque arma impia sumpsi.* Imperite simul ac importune fecerunt, qui huic versui post dictionem *genero*, vel *que* vel *atque* intrusere : nam modo hoc, modo illud passim habetur in codicibus vulgatis, et in aliquot etiam antiquis. Quanto venustius et elegantius tria illa membra disjunctim enuntiantur, « Vincla omnia rupi, Promissam eripui genero, Arma impia sumpsi » : quo in loco syllabæ timere fatuitatis est, et imperitiæ. *Pier.*

34. *Bis magna victi pugna.* Semel occiso Mezentio : iterum quum interiit Camilla. *Serv.*

38. *Si Turno exstincto, etc.* Æquum rerum æstimatorem divinis tum verbis, tum modis, hic descripsit poeta. Vide Scalig. IV, 1. *Taubm.* — *Socios sum adscire paratus.* Bene non adjecit quos, ut levaret invidiam. *Serv.*

43. Jubet demum, ut consideret varios belli eventus, ne eum ignaviæ tantum videatur arguere; ideo supra, *atque omnes metuentem expendere casus.* Post omnia desinit in affectus vice epilogi, movens πάθος ab senecta Dauni patris, ab ejusque lacrymis et mœstitia: adnectit Servius *longe mœstum;* nam *longe dividit,* non procedit; non enim Ardea longe a Laurento. Hoc tamen admittere non dubito.

46. Latinus *sedato corde* dixerat; en jam Turni *violentia* lenitati illius opposita: non ille *flectitur;* immo *exsuperat magis,* et *ægrescit,* dum curatur, quia hoc est *medendo:* et quum ira locum concessit, sic loquutus ad Regem est.

48. Videor agnoscere contemptum; spernit enim Turnus Regis consilia. *Depone,* inquit, *hanc curam, et sine me pacisci lethum pro laude;* nam vir fortis gloriosam mortem præponit saluti, id est, optimum erit pactum, si lethum emam laude: immo, si laudem letho.

50. Transit ad laudem sui, habetque oratio speciem ironiæ. *Nos* quoque *tela, et ferrum spargimus,* nec inutiliter: nam *nostro sequitur de vulnere sanguis.*

52. Absolvit cum contumelia Æneæ, qui si aliquid valet, maternis dolis valet. Venus enim illum occultat et tegit, ne in acie cadat: artes istæ nihil illi nunc proderunt.

54. Qui Latino gravitatem dedit, jam ex diverso decoro, feminæ affectus alios; nam Regina terretur; flet; immo et manum injicit, et Turnum tenet, quippe moritura, si ille abiret.

56. Sequitur obtestatio Reginæ per lacrymas, et per honorem suum: quin addit mulcimenta, ut efficacius detineat: tu spes meæ senectæ; requies meæ miseriæ: penes te est decus et imperium Latini: demum domus tota in te inclinat, in te recumbit, vide ut bina semper dederit concinnus poeta. Quid tandem post obtestationes, post tot mulcimenta? *unum oro;* videlicet, *desiste manum committere Teucris.*

61. Ratio præcedentis petitionis: nam casus tuus, meus erit

49. *Lethumque sinas pro laude pacisci.* Ita in V Æneid. 230, « vitamque volunt pro laude pacisci. » Neque contraria est sententia, etiamsi ibi *vitam,* hic *lethum* dicat: nam sententia est, emendam laudem ipsa vita, ipsa morte. Vide notas et var. lect. vol. IV, pag. 22.

56. *Turne, per has, etc.* Confer hanc orationem inclusam octo versibus, cum illa, qua Hecuba voluit retinere Hectorem ruentem ad bellum contra Achillem Iliad. XXII, quæ item constat octo versibus, et videbis in pari versuum numero non paria rationum pondera. *C.*

[illegible]: si tu, ut fortis, contemnis pericula; ne, ut homo, contemnas invidiam, quæ in te redundabit, si ego mortem oppetam, quod certissimum erit, te exstincto: neque enim captiva videbo Æneam generum.

64. Servius sic ordinat. *Lavinia accepit vocem matris, perfusa lacrymis flagrantes genas:* et deinde, *cui rubor subjecit ignem*, pro, cui ignis subjecit ruborem, nam hypallage est, inquit: neutrum placet; non primum, quia indignum est tanto poeta nescisse voces aliter disponere: non alterum, quia non necessarium. Ego sic explico: *accepit Lavinia matris vocem* una cum *lacrymis*, id est, et vocem, et lacrymas; nam respicit illud, *Turne, per has ego te lacrymas.* Hispane, *oïa que su madre daba voces y que lloraba:* et infra fit mentio lacrymarum Amatæ, *ne, quæso, neve lacrymis:* nunquam Laviniæ. Pergit; *perfusa genas flagrantes*, id est, flagranti ardore perfusa genas. Fateor hoc esse difficilius: sed malo poetam difficilem, quam stupidum: mihi tamen difficile non videtur: nam, cur non poetice quispiam dicat? *indutus corpus stola, caput galea.* Sic etiam egregie et poetice dicam, *perfusus madentes oculos*, pro, *perfusus oculos madore:* adeo vero plurimus fuit rubor et flagrantia, ut ignem subjecerit toti corpori; quasi rubor multus pæne in ignem.

67. Sequitur comparatio: vidisti ebur perfusum purpura, aut alba lilia permista multis rosis, et veluti ab istis ruborem trahentia: ergo, *tales virgo dabat ore colores*, mistos scilicet ex candido, et purpureo. Ordino *multa rosa*, non *lilia multa alba*, ut male Servius: illud meum multo opportunius.

70. Est hoc hysteron proteron: ex fixis oculis in virgine fit ille turbatior, ac proinde ardentior ad bellum: itaque statim a virgine conversus ad Amatam, petit ab ea ne ploret: sunt etiam lacrymæ adversum omen eunti ad bellum. Adjicit; *neque enim Turno mora libera mortis;* id est, detrectare pugnam hanc non possum; eundum mihi vel ad certam mortem est; res hæc non mihi est integra. Nescio cur Servius dicat, locum hunc esse insolubilem: est enim oratio hæc effrænati et præcipitis hominis, inquit Turnebus, quique obstinato est animo ad mortem.

62. *Et me, Turne, manent.* Mire agit: nam quia scit suam mortem virum fortem facile posse contemnere, deterret eum, dicens se simul esse morituram, ut qui periculum non timet, formidet invidiam. *Serv.* — Vide var. lect. et notas vol. IV, pag. 302.

75. Nactus Turnus egregiam occasionem ostentandi amoris sui erga Laviniam, ut videat illa et audiat nullum pro ipsa detrectari periculum, conversus ad Idmonem, jubet illum mandata ad Ænean perferre, ut sequenti statim die exercitus a bello cessent, et arma militum conquiescant : nam meo, inquit, et illius sanguine bellum dirimi necesse est; eo campo quæretur uxor Lavinia, singulari inter nos duos tantum congressu.

81. Bellandi avidum indicat ex rapiditate, qua inde recessit; ex diligentia, qua equos poscit : vix nominat, et jam adsunt ante ora; gaudetque audito illorum fremitu.

83. Sequuntur elogia equorum : primum a primis possessoribus; fuerunt enim Orithyiæ Reginæ Thracum; et dati dono tanquam in *decus* magno Principi Italorum *Pilumno;* quales ergo illi? deinde a candore, quo nives; tertio a pernicitate, qua auras superabant.

85. En jam διακονία aurigarum, qui *circumstant,* et *properi;* ac *lacessunt manibus* tanquam provocaturi, illorum *pectora.* Egregie illud, *plausa cavis manibus*, ex blandimento equorum. Demum *pectunt colla comantia,* id est, comunt et pectunt colla et jubas.

87. Ab equis ad Turnum : ante omnia loricam induit. Puto versum esse difficilem : ego sic explico, ut materia loricæ esset ex orichalco, quæ tamen auro squalleret. Itaque *circumdat hu-*

79. *Nostro dirimamus sanguine bellum.* Bene se omnibus commendat hoc dicto : siquidem suum sanguinem pro omni bello dicit posse sufficere. *Serv.*

82. *Poscit equos, gaudetque tuens ante ora frementes.* Solent enim ex equorum vel mœstitia, vel alacritate, eventum futurum dimicaturi colligere. *Serv.* — *Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia.* Defendit a Criticorum reprehensione hunc locum Turnebus XXIII, 14; qui negat incongruum esse, deam deo equos Thracios donavisse; quum et Θρῄκην πωλοτρόφον vocet Hesiodus et Thraces equos passim Homerus, et ipse Maro, carminibus commendent. Ego certe, ut cum Turnebo sentiam, tam alienum quam Critici, hoc figmentum accipere non possum : nam et hospitii dona multas, inter absentes locisque disjunctos, amicitias tradita vel missitata junxisse certum est, ex Homero, cæterisque auctoribus et poetis. *Germ.*

87. *Alboque orichalco.* Apud majores orichalcum pretiosius omnibus fuit metallis. Namque sicut Lucretius dicit, quum primum homines silvas incendissent, nullarum adhuc rerum periti, terra casu fertilis omnium, ex incendii calore desudavit metalla : inter quæ orichalcum pretiosius visum est, quod et splendorem auri et æris duritiem possideret. — *Cir-*

meris loricam ex albo orichalco, sed squallentem auro : *aptat sibi ensem habendo*, id est, habilem : deinde *clypeum*, mox *rubræ cornua cristæ*, id est, cristas plumeas rubras, sectas, divisasque veluti in cornua. Redit iterum ad ensem, cujus peculiaris mentio, quia opus Vulcani, et dono datum Dauno parenti Turni.

92. Præcipuæ moræ in hasta; nam ea putabat Turnus configendum Ænean : itaque hanc *corripit*, quia festinanter : hanc *quassat trementem*, id est, quum quassat, facit tremere. Cum ea loquitur admodum vociferanter, gaudens eam fuisse Actoris Aurunci, nunc suam; petitque ab ea, ut quum nunquam missa frustra fuerit, nunc præcipue adsit, quum sternendus semivir Phryx; quumque fœdandi sint pulvere crines illi, prius vibrati ferro calido, et madentes myrrha. Illud, *lacerare revulsam loricam*, est, lacerare et revellere : habet vero energiam, quasi dicat; te hasta perforante et sternente hostile corpus, lorica quoque perforabitur, ac proinde lacerabitur facile : ideo ergo, *da sternere corpus*, ac proinde, *da loricam lacerare*, juxta illud lib. XI, Æn. *et bis sex locis thoraca petitum.*

101. Ut clarum ex præcedentibus, Turnus non tam irasci dicitur, quam efferari; ideo de illo, *agitur*, non ira, sed *furia*, immo *furiis*, quasi in illo sævirent Erinnyes. Itaque videbis gradus in Turno; nam primo *implacabilis ardet* : deinde ardor iste cum violentia; nam *accenso gliscit violentia Turno*, quæ

cumdat loricam humeris. Non armatur hoc loco, sed explorat utrum arma apte et congrue ejus membris inhæreant. *Serv.*

89. *Cornua cristæ.* Id est, comas, quas Græci κέρατα nominant : unde et κείρειν dicunt *tundere*. *Cornua* autem proprie sunt cincinni. *Serv.*

91. *Stygia unda.* Quasi immortalem fecerat. Consecrationem quandam ensis ostendit. *Don.* — Est hoc, quod in VIII, de officina Vulcani, « stridentia tingunt æra lacu. » Vide notas vol. IV, p. 306.

92. *Exin.* Deinde : nam ordinis est adverbium. *Serv.* — *Ingenti adnixa columnæ.* Hastæ per columnam exprimitur magnitudo : sicut in septimo equorum; ut, « Stabant tercentum nitidi in præsepibus altis. » *Serv.* — Ex more veterum, qui hastas inclusas thecis, et columnis innixas asservabant. De thecis tacuit Virgilius; dedit, quæ pertinent ad columnas. Hom. Il. XIII et XVII; Od. I. Eurip. in Taur.

100. *Vibratos calido ferro.* Crispatos calamistro : nam *calamistrum* est acus major, quæ calefacta et adhibita intorquet capillos. Unde etiam Cicero « calamistratam comam » appellat frequenter, quæ etiam vituperationi est. Unde et contra ad laudem est positum ab Horatio, « Hunc et incomptis Curium capillis. » *Serv.*

nec dictis flectitur, immo *exsuperat magis*: jam postremus gradus furiæ sunt, ideo *his agitur furiis*, e quibus erumpunt *scintillæ*, et *ignis*: illæ *absistunt ab toto ardentis ore;* hic *emicat ab oculis acribus*.

103. Optima comparatio tauri cientis, id est, moventis, commoventisque mugitus terrificos, ac proludentis ad pugnam. Prolusio hæc triplex: prima, *obnixus trunco arboris, tentat irasci in cornua*, id est, experitur iras cornu: altera, *lacessit ventos ictibus*: tertia, *proludit sparsa arena*: est *proludere*, præmeditari, ut ait Servius; ventilare, ut dicit Taubmann.

107. Longe ab Turno Æneas, cujus tanta est moderatio, ut laboret in excitanda ira; ideo de illo, *acuit Martem, et se suscitat ira*: et gaudet non quidem esse bellum, sed *componi bellum oblato fœdere*. Est *sævus*, fortis: et nota acumen: nihil magis alienum a Venere, quam militaris sævitia; tamen *sævus in armis maternis*.

110. Mœsti erant fortasse de singulari certamine timentes suo Principi: adimit et Iulo et reliquis sociis hunc metum *docens fata;* docens fatale esse se victorem fore; nam ab illius victoria æterna urbs. Nota prudentiam sequentis orationis; Turnus minitabundus iras et bellum indixerat; Æneas jubet referri responsa, non belli, sed pacis; nam ab eo bello pax: et hæc responsa dari, non Turno, sed Latino, quo firmiora essent.

113. Hoc videlicet tempus Turnus præfinierat: notetur elegans adventantis diei descriptio a sparso lumine; a percussis Sole montibus; ab equis linquentibus maria; a luce efflata e

106. *Sparsa ad pugnam proludit arena*. De irato tauro Seneca de Ira, I, 1; « et arena pulsu pedum spargitur. » Plutarchus de solertia Animal. ὅρα προθέσεις καὶ παρασκευὰς ταύρων ἐπὶ μάχῃ κονιομένων: *intuere apparatus taurorum, quum pugnam destinant, pulvere se conspergentium*. Notanda sunt verba Plinii XLV, 8, qui hanc iræ notam uni tantum attribuit tauro: de hoc enim loquens ita ait: « Tota comminatio prioribus in pedibus stat, ira gliscente alternos replicans, spargensque in altum arenam, et solus animalium eo stimulo ardescens. » — Hi duo versus leguntur, III Ge. 233, quorum novam et veram interpretationem dedisse putamus, vol. V, pag. 540.

107. *Maternis*. Quæ mater ei a Vulcano impetraverat. — *Sævus*. Fortis, more suo; vel magnus. Et ingentem moderationem dat Æneæ: quippe quem inducit laborantem, ut possit in iram moveri; quum Turnum ita dicat furere, ut nec Latini consiliis nec Amatæ precibus possit obedire. *Serv.*

113. *Montes*. Impingit quippe

naribus. Hic legendus est Excursus primus, de spatio temporis quod continet res in sex posterioribus Æneidos libris, vol. IV, pag. 386.

116. Sententia est, Rutulos et Trojanos, suam singulos partem campi accepisse purgandam, parandamque ad certamen.

118. Medius locus sacris destinatur: est in poeta ὕστερον: nam sententia est; statuunt *in medio aras gramineas Diis communibus*, et in aris *focos*. Pergit; *ferebant alii fontemque ignem-*

Sol primum in montium cacumina: Ita Lucifer surgit Æn. II, « jugis summæ Idæ. » Et Titan apud Sen. in Troad. « stringit summa juga. » Cedren. p. 470, τοῦ ἡλίου τὰς ἀκρωρείας αὐγάζοντος. — *Quum primum alto, etc.* Quia res perturbatæ secuturæ sunt, diem quoque cum fervore oriri fecit. *Serv.*

116. *Campum ad certamen.* Totus hic de fœderibus locus de Homero translatus est, ubi Alexander Paris cum Menelao singulari certamine dimicaturus est. *Serv.*

118. *Focos.* Quidquid ignem fovet, *focus* vocatur, sive ara sit, sive quid aliud in quo ignis fovetur. Cur hic focos, quum deinde, « fontemque ignemque ferebant? » primo, quia *focus* sit proprie non ignis, sed locus ubi ignis fovetur, ac proinde queat separari ab igne, dicente Ovid. Fast. VI, « sintque sine igne foci. » Et Isid. « *ignis* ipsa flamma est, *focus* vero fomes ac nutrimentum ignis » : secundo, dici potest in hoc sacro duplicem fuisse ignem: unum, in omni sacro necessarium jugulandis pecudibus, de quo postea, « in flammam jugulant pecudes » : et Eurip. in Supp. ἐμπύρων τ' εἶδες φλόγα, *vidisti flammam hostiarum:* alterum huic sacro, in quo fœdus feritur, necessarium, et huic usui destinat *ignem* sequentem; nam infra, « Tango aras, mediosque ignes », videlicet, quum Latinus jurat in hoc fœdere, et per testationem ignis fieri juramenta jam ex Arato Theonis interprete Turnebus adstruxit. *Focus* quoque pro *ara* sumitur, et *ara* pro *foco:* inde versum hunc possum explicare per ἓν διὰ δυοῖν. *Cerda.* — *Et diis communibus aras. Dii communes* sunt, ut alii dicunt, Mars Bellona, Victoria, quia hi in bell utrique parti favere possunt. Ali *communes Deos* volunt, Solem, Lu nam, Jovem, Junonem, Plutone Martem: hi enim apud omnes ho mines inveniuntur, et sunt in o nibus terris: vide infra 176. Pri tamen sensus et simplex est, magis aptus negotio. *Serv.* — *Ar gramineas.* Turn. XI, 1, explica cespititias, quales in castris Roma nis excitabantur: fortasse qu cespes pro ara fuit antiquis. Neq enim alio sensu Hor. Od. III, 8, dixit, positum carbonem *in cespite*, id est, in ara: et Calpur. in Bucol. « cespite vivo Pone focum », id est, pone focum in ara. *Cerda.* — Vide notas et varias lectiones vol. IV, pag. 310.

119. *Fontemque ignemque ferebant. Fontem* pro *aqua* posuit, a toto partem. Sane ad facienda fœdera semper aqua et ignis adhibentur: unde et quos arcere volumus a nostro consortio, eis aqua

que: hic ignis alius ab focis jam nominatis, et usui alteri. Sequitur ministrorum ornatus: hi *velati lino;* nam candida in usu sacrorum; et *cincti tempora verbena,* id est, herba sacra. De his omnibus iterum vide var. lect. et not. vol. IV, p. 310.

121. Numerat primo agmina, deinde duces: ergo Ausoniis, id est, Rutulis, eorumque legioni opponit Trojanum, ac Tyrrhenum exercitum. Rutuli fundunt se e portis; Trojani et Tyrrheni ruunt e castris, et omnes armati, uti ad pugnam, et variis armis e vario gentium ritu: sunt *pilata agmina,* conferta, addensata: prudenter tacentur Arcades; nam eorum dux Pallas jam ceciderat: omnia videt Virgilius!

125. Sequuntur duces, qui insignes auro et purpura: et quia dixerat, *Troius exercitus,* et *Tyrrhenus;* pro Trojanis est Mnestheus; pro Tyrrhenis Asylas; pro Rutulis vero Messapus: et versus Messapi opponitur superiori; quasi dicat: si Mnestheus ex genere Assaraci, Messapus proles Neptunia: si Asylas fortis, Messapus equûm domitor.

129. Habitus spectantium militum, non pugnantium; defixæ hastæ; acclinata scuta.

131. Jam vero inutiles bello feminæ, vulgus, senes occupant ad spectandum turres murorum, tecta domorum, fastigia portarum: concinne omnia.

134. Ubique Juno a poeta adhibetur curans res Turni: ac nunc proinde ex vertice, nam hoc est, *ex summo tumulo* Albani montis adspectabat *campum;* et in campo *ambas acies,* et *Latini*

et igni interdicimus, id est, rebus quibus consortia copulantur; ad hæc autem aqua de certis fontibus peti solet. *Serv.*

121. *Legio Ausonidum.* Pro *Ausonidarum,* quod venit ab eo quod est *hic Ausonida,* sicut *hic auriga:* nam *Ausonis* generis fœminini est: unde *Ausonidum* facit, quod ut diceret, metri est necessitate compulsus. — *Pilata agmina.* Hoc est pilis armata: quidam hoc loco *pilata agmina* non a genere hastarum positum adserunt: nam paulo post dictum inferunt, « Defigunt tellure hastas »: sed *pilata,* densa, spissa, ut implere portas potuerint, et postea se in loca apertiora diffundere. Alii *pilatum agmen* dicunt, quod in longitudine directum est, quale solet esse, quum portis procedit: vel certe *pilata,* fixa et stabilia; vel a *pilo,* quod figit, vel a *pila strictili,* quæ fixa est et manet; nam et Græci res densas et arctas πιλεία dicunt. *Serv.*

134. *Nunc Albanus habetur.* Catonem sequitur, qui *Albanum* montem, ab *Alba longa* putat dictum. — *Tum neque nomen erat.* Hoc ideo ait, quia in Albano res divina a jure triumphantibus fieri solebat; scilicet quod Alba patria populi Romani habetur: unde omnis

... mem. Adjicit parenthesin de Albano monte, tum nihil noto, quia Alba tum non condita. De Junonis et Deorum interventu in extrema Æneidos parte, vide Excursum II, vol. IV, p. 387.

138. Consilium Junonis fuit fœdus disturbare, ne fieret singularis ille congressus: ad rem hanc vult uti opera Juturnæ, quæ Turni soror germana: hanc ergo affatur. Sed prius, quæ hæc Dea? nimirum, *quæ præsidet stagnis, et fluminibus*, nam *Juppiter illi honorem hunc sacravit*, id est, illam sacram fecit hoc honore, propter *ereptam virginitatem*.

142. Oratio Junonis ad Juturnam tota fuco plena, et spirans mendacia: non enim illa ita solet cum pellicibus; sed nunc necessitate coacta ad lubidinem sermonem confingit: itaque vide, ut captet: *Decus fluviorum, gratissima nostro animo*: nil minus; nam quando gratæ pellices? *Scis*, ne possit negare, *ut te unam prætulerim cunctis, quæcunque ascendere cubile*, id est, lectum, *Jovis*, et *ingratum*. Ludit in vocibus; quasi dicat: est magnum, te mihi esse gratissimam in re integra: nec solum *prætulerim*; sed *locarim in parte cœli*: idque *libens*; quod quis credat? quid tandem Juno post tot blandimenta? *Disce*, non tam meum, quam *tuum dolorem*: itaque negotium tuum ago: et repellens a se crimen, *ne me incuses*.

147. Poterat objici Junoni impotentia: tu ad Nympham confugis, soror et conjux Jovis? Hanc a se amandat, et se tuetur

origo Romana; propter quod *Albanique patres*; et *Juppiter Latiaris* antiquissimus est. Ergo montis hujusce gloria, quod patria populi Romani esse dicatur; honos vero rei divinæ, quæ ibi a Romanis fieri consueverat: nomen quis ignorat a Longa Alba tractum? *Serv.*

139. *Diva deam.* Aut Hypallage est, pro *dea divam*: nam *deos*, æternos dicimus; *divos* vero, qui ex hominibus fiunt. Aut bene dixit de Junone *divam*, respiciens etymologiam: nam in Horatio legimus, « Sub divo moreris victima nil miserantis Orci »: id est, sub aere, quem constat esse Junonem. *Deus* autem, vel *Dea*, generale nomen est omnibus: nam Δέος Græce dicitur φόβος, id est, timor: unde factum est *Deus*, quia omnis religio sit timori. Varro ad Ciceronem tertio, « Ita respondeant, cur dicant Deos, quum omnes antiqui dixerint Divos. » *Serv.* — *Stagnis.* Italiæ scilicet; nam Varro, citante Servio, « Juturna inter proprios Deos Nymphasque ponitur », indicat Deam hanc esse *indigetem*: et ut idem Servius, huic deæ Lutatius Catulus templum fecit in Campo Martio. Inde Ovid. in Fast. cultam in eo scribit, « Te quoque lux eadem, Turni soror, æde recepit, Hic, ubi virginea campus obitur aqua. » *Cerda.* — Juturna fons est in Italia saluberrimus.

143. *Quæcumque Latinæ.* Quæ sint Latinæ, cum quibus Juppiter concubuerit, incertum est. *Serv.*

fatorum decretis, quæ ipsis adhuc Diis potentiora. *Qua*, id est, quatenus, *passa est fortuna*, quatenus *Parcæ sinebant cedere res Latio*, id est, *feliciter cuncta procedere*, scholion est Servii: vel *cedere*, id est, *succedere res Latinis*, scholion est Nebrissensis; tunc *texi Turnum, et tua mœnia*. Nunc jam quid possum? concurrit enim juvenis Turnus, non tam cum Ænea, quam cum *fatis*, hisque *imparibus*: etenim *propinquat dies* fatalis *Parcarum, et vis inimica*; ac proinde, *Non pugnam aspicere hanc oculis, non fœdera possum*. Quamobrem *tu*, ἐμφατικῶς; *si quid audes præsentius*, id est, efficacius, ut *pro germano; perge, decet*: quasi dicat; non est illicitum germanam pro fratre aliquid audere, etiam contra Jovem et fata: adjicit, *forsan miseros meliora sequentur*, si mutari omnino nequeant fata.

154. Pro responso fuerunt lacrymæ, et percussio pectoris, et hæc sæpe iterata: has lacrymas disturbat Juno; illæ enim inutiles, quum res manus postulat; nam mortuo potius dandæ, quam periclitanti: itaque hortatur, sinat has lacrymas; acceleret; fratrem morti eripiat, *si quis modus*: hic autem modus duplex est, videlicet, *Aut tu bella cie, conceptumque excute fœdus*: quasi dicat; vel tu pugna pro fratre singulariter cum Ænea; vel fac ut fœdus excutiatur, mista utraque acie: quia vero hoc magnum, ut quod contra Jovem et fata, firmat illam istis, *Auctor ego audendi*: ac statim abiit, relinquens illam et *incertam* consilii, et *turbatam mentis vulnere*, de fratris exitio imminente.

161. Mirus apparatus Regum convenientium ad fœdus; nam *ingenti mole*, id est, pompa et ambitu: quæ hæc moles? *Latinus vehitur curru quadrijugo;* Turnus tantum *bigis*, ut qui inferior: senex cum corona Regia, cui *bis sex radii*, id est, duodecim Solares radii: et hoc in monimentum generis: nam illius avus Sol; quippe Circe, quæ mater Latini, filia est Solis. Turnus tamen, ut qui juvenis, et militaris adest; *Bina manu lato crispans hastilia ferro*.

157. *Fratrem, si quis modus, eripe morti*. Non dicit: aut eripe, aut bella cie; sed, eripe fratrem, aut bello concitato, aut rupto fœdere.

161. *Interea reges*. Longum Hyperbaton: nam ordo est, *Interea reges procedunt castris;* cætera enim per parenthesim dicta sunt: nec est Eclipsis, id est, conceptio, quum sermo in omnibus congruat. *Serv.* — Comparat autem hos versus icti fœderis cum Homericis Scalig. V, 3, aitque Homericos in terra, Virgilianos inter Musas a Phœbo factos videri posse. Vide var. lect. et not. vol. IV, pag. 314.

165. *Bina*. Pro *duobus*. Serv. — *Crispans*. Vibrans; coruscans; in-

166. Pergit ad Æneam et Ascanium, quos opponit I
et Turno : in hac re narranda, sedulus pro re Romana
lius fuit, et vere centoculus; quasi dicat : magnus est La
qui ab Sole ortum ducit; sed magnus quoque Æneas, q
ter, et *Romanæ stirpis origo :* etenim par est, et fortasse r
patrem esse Romani Imperii, quam habere patrem et
Solem : pari energia Ascanius dicitur, *magnæ spes altera* ,
Quæ laus major cumulatissimis Turni laudibus. Quis nc
dat illud Lucani? *Victrix causa Deis placuit, sed victa C*
ubi unum Catonem Diis omnibus opposuit? Sic Virg. f
tissimum Romanum Imperium Soli opposuit. Jam versu
Sydereo flagrans clypeo, et cælestibus armis, opponitur
Solaribus Latini : hac ergo pompa Reges *procedunt cast*

169. Sequuntur hostiæ, videlicet sus et ovis : utramq
cerdos *attulit, arisque admovit;* suem quam Latinus immo
ovem, quam Æneas, et ipsa *in veste pura* e ritu : nota et
epithetorum; sus est *setigera*, ovis *intonsa;* lana quippe
pro setis illius.

172. Adductis hostiis a Sacerdote, admotisque ad ar

fra 431. Græcis est πάλλειν; Turneb. XXIII, 14. Legitur hic versus et Æn. lib. I, 317. Scaliger IV, 1, ait; verbum nitidius est, et quasi coloratius *crispare* quam *quassare*, si id apud Virgil. significat : Servius enim negligenter præteriit; quum tamen raro esset in usu, et apud nullum alium auctorem : *crispari* dicitur, id quod colligitur manu.

166. *Pater Æneas.* Æneam multis in locis *patrem* vocat poeta : sed eo modo facit, quo dictum est cognomen *Jovi :* quippe *Jovem patrem* sunt venerati, propterea quod, ut ait Porphyrius, ad eum omnes familiæ referrentur : sic Æneam *patrem* vocat, qui Romanorum principium esset. *Scalig.* — *Romanæ stirpis origo.* Hoc ad laudem Augusti respicit. *Serv.*

168. *Magnæ spes altera Romæ :* ideo quia Æneas una. Male autem quidam *magna* legunt. Sane Ascanii habitum vel ornatum
quia puer est. *Serv.*

170. *Sætigeræ fœtum sui*
Romano : ut, « cæsa jungeb
dera porca »; nonnulli aut
cum, non *porcam*, in fœ
adserunt solere mactari; s
tam periphrasi usum prop
minis humilitatem; *intonsa*
bidentem dixisse, quam Pc
altilaneam vocant : nam H
aliud genus sacrificii comm
vit. Sane non præter ratio
quod ait, « Fœtum suis »
« intonsamque bidentem »
brevem adhuc : nam in
quas volebant finiri celeriu
libus et jam decrescentibus
libus sacrificabant; in reb
quas augeri et confirmar
bant, de minoribus et adh
centibus immolabant : san
Græco more fœderi adhibu

172. *Illi ad surgentem, e*

Principes Latinus, atque Æneas, *conversi lumina*, oculos, *ad surgentem Solem*, orientem : *dant*, fundunt *manibus fruges salsas*, tostum, et sale mistum, et molitum : hoc enim est, *dant fruges salsas*, id est, spargunt salsis frugibus, Latinus suem, Æneas ovem. Hæc est prima probatio victimæ : altera : *notant ferro summa tempora pecudum*, quia videlicet cultrum a fronte ducebant usque ad caudam : tertia, *paterisque altaria libant;* nam scilicet vino fuso e pateris altaria tingebantur. Est enim *libant*, intingunt leviter altaria vino paterarum. Aliæ quæpiam explicationes monstrosæ sunt.

175. Jurat prior Æneas, ut avidus jam pugnæ, ut cupidus feriundi pacti; et *stricto ense* ex forma et more juramenti; et *pius*, quia in juramento hoc religiosus inducitur.

176. Primo Solem advocat, quia ad illum conversus: deinde Jovem, quia omnium *Pater* et *omnipotens :* tertio Junonem, ut jam deinde *melior*, id est, faventior, quam hactenus; et addit, *jam Diva, precor*, ut magis deliniat hostilem Deam : quarto Martem, nam Deus bellorum, et sibi bellandum cum Turno; est *torques*, regis; sed *torques*, quia in bello vi omnia fiunt : quinto *fontes* et *fluvios*, commode, quia initio admonitus a Tyberino : sexto totam cæli religionem, ut post specialem invocationem, generatim Deos omnes includat : septimo maris Deos, fortasse propter matrem, quæ in undis nata.

183. Quid tandem post longam invocationem? Si Turnus victor fuerit, discedam ad Evandrum, et una mecum Iulus filius; nunquam in posterum rebellabimus; immo, nullam

utique nunc Solem surgentem dixit; jamdudum enim dies erat, sed disciplinam cærimoniarum secutus est, ut Orientem spectare diceret eum qui esset precaturus. *Serv.*

179. *Jam melior, jam, diva, precor.* Ac si diceret, non Saturnia, id est, jam minime nocens et Trojanis propitia : aut *melior* non optantis, sed adfirmantis accipiamus : potuit enim intelligere minus se impugnari a Junone, qui vicerat bis. *Serv.* — *Jam melior.* Quoniam Juno infestà erat Trojanis, precatur ut animum mutet, et Trojanis bona esse velit : quasi dicat; ad te redeas, et te deam esse memineris, cujus proprium est non nocere. *Turneb.* — *Inclyte Mavors.* Bene induxit Martem poeta, quem scit Romanæ stirpis auctorem. *S.*

181. *Fontesque fluviosque voco.* Congruenter, quum a Tyberino flumine sit admonitus, quæ agere deberet. *Serv.* — *Quæque ætheris alti Relligio.* Post specialia intulit generalitatem : sane *religio* dicta, quod ea homines religantur ad cultum divinum. *Serv.* — *Ætheris alti Relligio.* Id est, Dii, qui in æthere coluntur : divina paraphrasi, ut ait Scaliger. *Taubm.*

belli occasionem præbebimus : quasi dicat ; non aperte
geremus contra vos, non occulte : solet enim bellum
tari contra finitimos Principes, vel aperte rebellando
fœdere, quod erat sancitum ; vel tentando aliquid, qu
nus provocetur. Volui hæc multis, ne quis dicat, Vir
idem bis dicere.

187. De Turno dixerat, *si fors ;* de se plenis votis, *si*
ria annuerit, et, *ut potius reor*, et *Dii firment*, non fortu
nobis et *nostrum Martem* propter se et Ascanium. Quid
si victor? proponit quæ æquissima sunt : eos, qui se m
tes dant, non cogam ad servitium ; non *jubebo parere :*
brietatem ! ut etiam in sequenti, *nec mihi Regna pet*
quid magis conjunctum cum victore, quam imperium
hoc abnuit : quæritis leges? pares istæ erunt : quæriti
ra? æterna hæc erunt : et quia pares erunt leges, et æte
dera, ideo *gentes ambæ invictæ :* nam nihil magis perdit
quam discordia. Unum tantum mihi jus *dandi sacra*
quod cui non gratum? imperium totum sit penes s
Latinum, nam illi erit jus armorum : quid aliud est im
quam habere potestatem movendorum armorum, qu
cesse fuerit? ergo illi erit imperium, quia habebit arm
dem abstinebo a vestra urbe ; quæ nota magnæ sobr
nam victores amant ingredi cum triumpho et plausu i
victas. Adjicit ; *mihi* sine vestro labore *Teucri constitu*
nia : quasi dicat ; non habebo vos loco servorum ad st
mea ædificia, quia videlicet Drances dixerat lib. XI,

185. *Cedet Iulus agris.* Singulari artificio, et prope adulatorio excogitatum : quod non tam Æneæ quam Iulo quæri Italia significatur : ut Juliæ familiæ gratia quæratur, ad quam Deorum fatis imperium delatum sit. — *Rebelles ;* homo *rebellis*, res ipsa *rebellio*. Serv.

187. *Nostrum adnuerit nobis victoria Martem.* Scaliger exsultabundus, V, 3 ; « Sic, inquit, loqui puto Deorum proceres in conciliis cælestibus. ». Est autem hypallage : pro illis, si Mars annuerit nobis victoriam. *Nostrum* dixit, pro, nobis faventem et secundum : quasi Mars eorum sit, qui victo
tinent. *Nostri* enim *Dii*,
propitii. Turneb. XXIII
XXIV, 26, et IX, 30, ubi
ista parum accommodat
casse scribit. *Taubm.*

192. *Sacra deosque dabo*
gratiam populi, quia ma
apud majores sacrorum c
de nunc Æneas id agit, ne
et re vera constat sacra
nunc Latinis tradita colu
manos. *Serv.* — De his o
et de rebus ab Ænea gesti
lia, consulendus est Excu
vol. IV, pag. 388 et seqq.

subvectare humeris Trojana juvabit: et hoc nunc respuit: et huic meæ *urbi nomen dabit Lavinia*, ut nunquam Troja sit vestro in ore.

195. Notæ duæ precantium; sublatio oculorum et manuum ad cælum.

197. Ante omnia jurat eadem, quæ Æneas; *terram*, nam ille, *et hæc mihi terra precanti:* deinde, *mare*, nam ille, *fontesque, fluviosque:* tertio, *sidera*, nam ille, *esto nunc Sol testis.*

198. Dianam et Apollinem intelligit per *genus duplex Latonæ:* reliquos clare ponit, *Janum bifrontem; vim infernam Deorum;* hypallage, pro, vim Deorum infernorum: *sacraria diri Ditis*, Plutonem principem καταχθονίων. Post omnes; *audiat hæc genitor* Juppiter, *qui fœdera fulmine sancit;* vel quia sancta esse facit fœdera atque stabilia, coruscante igne: vel quia fulmine punit fœdifragos, et ita tuetur ac vindicat, quod semel ictum est. Demum post tot Numina, ipse ex ritu, *aras tango, ignes medios, testor* omnia *Numina.* Illud, *medios ignes*, est hypallage, pro, ignes qui in medio.

202. Promittit fore perpetuam pacem, æterna fœdera; a quibus non volens recedet ad mundi usque exitum et exitium, modo is aquis, modo ruina absumatur. Est hoc ἀδύνατον ab rerum confusione: quasi dicat; omnia aquis miscebuntur; cælum ruet in Tartara solutis compagibus; et ego non mutabor.

206. Adhibet et aliud ἀδύνατον, desumptum a sceptro, quod ipse tunc gestabat, quod recisum ab silvis semel, atque artificis manu auro inclusum, non jam frondescere denuo pote-

197. *Terram, mare, sidera juro.* Et ornatior est elocutio, et crebra apud majores, quam si velis addere præpositionem, ut dicas, « juro per maria, per terras »: *eadem* autem bene dixit: nam pro mari, ille fontes et fluvios posuit, pro sideribus Solem. *Serv.* — *Janumque bifrontem*, rite invocat; quia ipse faciendis fœderibus præest: namque postquam Romulus et Titus Tatius in fœdera convenerunt, Jano simulacrum duplicis frontis effectum est, quasi ad imaginem duorum populorum. Legimus tamen etiam Janum quadrifrontem fuisse: unde Martialis ait, « et lingua pariter locutus omni »: nam *omnis* de duobus non dicimus. *S.*

206. *Ut sceptrum hoc.* Homeri locus, Iliad. A, 234. — *Dextra sceptrum nam forte gerebat.* Per parenthesim dictum est: ut autem sceptra adhibeantur ad fœdera, hæc ratio est, quia majores semper simulacra Jovis adhibebant: quod quum tædiosum esset, præcipue quando fiebant fœdera cum longe positis gentibus, inventum est, ut sceptrum tenentes, quasi

rit, et umbras facere; sic nec mutari Latinus. Expendit hæc Scaliger: a loco, *nunquam fundet virgulta*, quia de commissura virgultum exit: ab officio, *nec umbram*, quia frondes umbram efficiunt. Illud, *matre caret*, suavissime, et cum affectu amoris, nam quale est carere matre? quum adjicit, *posuitque comas, et brachia ferro*, perstat in metaphora; nam dixerat; *matre*. Illud, *olim arbos*, mirificum est, ut etiam circum scriptio illa, *manus artificis*, pro artifice. Pergit aliis Scaliger, et Homerum a Virgilio victum probat.

212. Æneas et Latinus fœdus firmabant; exclusus enim Turnus; nam præsens Latinus ad eum modum, quo apud Homerum jurat Priamus, et fœdus init, excluso Paride: aderant duces alii testes fœderis; ideo *conspectu in medio procerum*. Sequitur deinde mactatio hostiarum: ergo *jugulant pecudes*, Latinus suem; Æneas ovem; et has *rite sacratas*, id est, exploratas, et probatas salsis frugibus, notatione ferri, libato vino: vix jugulant, quum *vivis* adhuc et palpitantibus *eripiunt viscera*; ac statim *aras cumulant oneratis lancibus*.

216. Indicaverant Rutuli jamdudum eam pugnam esse imparem; et ea res variis vulgi motibus in colloquiis agitata erat: tum vero magis opinio hæc increvit, quo *propius*, præsentiusque, atque apertius *cernunt illos congressuros non æquis viribus:* quippe Æneas grandævus dux, et experientia militari; Turnus juvenis, et nullo ante in bello versatus. Est *videri, misceri*, videbatur, miscebatur.

219. Opinionem illam imparium virium Turnus ipse adjuvat; quum ad aram venerabundus accederet, visa in eo sunt indicia timoris quatuor. Primum, *incessus tacitus*, segnisque ac minime ostentabundus. Alternum, *demissio oculorum*, quos

imaginem simulacri redderent Jovis: sceptrum enim ipsius est imperium; unde nunc tenet sceptrum Latinus, non quasi rex, sed quasi pater patratus. *Serv.*

208. *Imo de stirpe.* Ideo genere usus est masculino, quia de arboribus loquitur: nam de hominibus genere fœminino dicimus: ut, « Heu stirpem invisam »: dixit tamen, sed usurpative, Horatius etiam de arboribus: ut, « Stirpesque raptas et pecus et domos. » *S.*

214. *Et viscera vivis Eripiunt.* Verbum solemne. *Rapiebantur* autem *exta*, ut spirantia adhuc et palpitantia consuli possent. Seneca in Thyeste, act. IV, sc. 1: « Erepta vivis exta pecoribus tremunt, Spirantque venæ, corque adhuc pavidum salit. At ille fibras tractat, ac fata inspicit, Et adhuc calentes viscerum venas notat. » Lucanus lib. I: « Atque iram superum raptis quæsivit in extis. » Vide Brisson. Form. lib. VII. *Taubm.*

non ausus attollere contra Ænean. Tertium, *tabentes genæ,* visus enim est subita quadam macie deformari. Quartum, *pallor in corpore juvenili,* qui pallor secutus ab macie, qua pallidus. Hæc omnia commiserationem movebant : nam quale est juvenem florentem ætate, et juventute validum, induci cum tabe et pallore?

222. Observabat Juturna momenta omnia ad disturbandum fœdus, et singularem congressum. Ergo, ut vidit variantis vulgi sententias, nulla mora interposita, Camerti formam referens, irrumpit in medias acies, incipitque rumores in vulgus spargere, ac tragice perturbare omnia. Dicit bis, *in medias dat sese acies*, ad notandam audaciam virginis : sunt vero Camerti elogia tria, majorum origo, paterna virtus, propria fortitudo : pertinent hæc ad conciliandam Juturnæ ipsi auctoritatem.

229. Objicit primo pudorem Rutulis, qui patiantur *unam animam objectare pro cunctis talibus;* ubi *animam unam* ἐξαιρέτως, et *cunctis pro talibus* ταπεινῶς : nam ille *unus*, qui præclarus, reliquis opponitur, qui *tales*, id est, imbecilli et languidi. Pergit, et alligat illos argumento efficaci, *numerone, an viribus æquis non sumus?* probat de numero; tacet de viribus : de numero; nam coram hostes omnes habetis, Trojanos, Arcades, Etruscos : non sunt autem multi hostes illi, qui oculis capi possunt : ideo ait, *hic sunt,* δεικτικῶς, quasi digito indicaret omnes : præter hos, quos videtis, nulli sunt alii : vos autem quot estis, certe duplo plures illis, nam *vix hostem, alterni si congrediamur, habemus :* probavit de numero, sed tacuit de viribus. Cur? quia hoc neque ipsi negarent : immo probatio ipsa cederet in contumeliam : nam hoc esset vocare in dubium virtutem Rutulorum : quasi dicat Juturna : plures estis numero; nam si alterni congrediamini, vix habetis hostem; majores virtute, quod, ut perspicuum vobis, relinquo.

234. Adducit aliud argumentum comparans Turnum certatorem cum sedentibus spectatoribus. Turnus, inquit, in sin-

232. *Fatalisque manus.* Pessime Servius Trojanos accipit, qui fatis ducentibus venerunt ad Italiam : recurreret vates, nam jam Trojanos nominarat, quod vitium maximum, et non ferendum. Ergo non *fatalem manum* intelligit Virgil. Etruscos. Etenim Æneæ exercitus ex triplici gente constabat Trojana, Arcadica, Etrusca. Cur autem Etrusci, qui venerunt cum Ænea, dicantur *fatales,* cur inimici Turno, abunde liquet ex octava et decima Æneide. *Cerda.*

gulari hoc certamine *vivus* erit in omnium ore; *succedetque fama ad Superos;* nam illorum *se aris devovet*, eritque in æternum liber : nos patriam amittemus, parebimus dominis, et his superbissimis, quia *in arvis lenti consedimus* ad spectandum.

238. Commutata subito studia sunt; incensique ad bellum juvenes, et illi, qui paulo ante otium amabant, et unum Turnum periclitari volebant, jam non solum volunt; sed *precantur*, quo aviditatem votorum intelligas, *fœdus infectum*. Ratio, quia *miserantur Turni sortem iniquam*, id est, imparem, et non æquam : impar enim viribus Æneæ.

244. Semper idem est Maro, id est, semper in omnibus maximus : quemadmodum in secundo libro Æneidos, ut vim adderet orationi Sinonis, fecit Laocoontem devorari à serpentibus; ita hoc loco, ut vim addat orationi Juturnæ, augurium advocat, ut non faciles Rutuli videantur in subita animorum commutatione : et quidem paritatem utriusque loci satis indicat poeta; nam ut ibi, *Hic aliud majus miseris*, etc. ita hic etiam, *Hic aliud majus Juturna*, etc. Sed jam ad sententiam : ait Juturnam dedisse signum in cælo, quo nullum *præsentius*, id est, efficacius ad turbandos Italos, potius ad fallendos; et signate *monstro*, quæ vox est auguratus; nam *monstra* à monstrando, quod futurum.

247. Sequitur augurium : agitabat aquila volucres, quæ erant in ea litore; et una quum esset, turbam totam aligeri agminis perterrebat; ac tum subito volatu illapsa, se in proximam dedit paludem, et rapuit unguibus cycnum, qui præ ceteris excellebat.

251. Ad subitum spectaculum arrecti sunt Itali, et eo magis commoti, quod cernerent volucres, quæ prius aquilam fugiebant, converso in eam clamore, ita sese concitavisse, ut obscurato præ multitudine aere, factaque nube, tanto in eam impetu irruerint, ut ea fugerit, projecto in aquam cycno vi volucrum victa, et ipso pondere defatigata.

257. Rutuli alacres ad augurium hoc; tum illud, *salutant* id est, venerantur; tum *manus* tanquam ad preces *expediunt*

250. *Excellentem*. Magnum, sicut in exercitu magnus est Turnus. — *Convertunt clamore fugam*. Redeunt cum clamore, sicut exercitus solet. *Serv*.

258. *Expediuntque manus*. Dimicare se velle significant : hæc enim est consensio militaris. Lucanus « Elatasque alte quæcunque ad bella vocaret Promisere manus. » S

Addit omnibus animos augur Tolumnius, qui omen hoc, ut verum, accipit, et in illo Deos agnoscit, eorumque voluntatem lubentem. Præterea illud interpretatur ad gustum Rutulorum: nam aquilam dicit esse Ænean Italica litora devastantem; litoreas volucres, ipsos Rutulos; cycnum, Turnum: inde illos ad bellum exhortatur, et Regis sui defensionem: nam quemadmodum aquila fugit penitus in nubila, relicto cycno: ita ille penitus daturus vela, relicto Turno.

266. Non contentus animos verbis addidisse, addit et factis, contorta in hostes hasta, quo disruptum fœdus indicaret. Τὸ *procurrens* habet habitum torquentis hastam: hæc ut *stridula, dat sonitum;* et quia non frustratus ictus, ideo *certa:* ad hanc tortionem sublatus statim clamor; turbati cunei et globi militum; inflammati ad bellum omnes.

270. Quæ sequuntur nemo satis expediat, et expendat. An quicquam τραγικώτερον? erant in Trojana acie fratres novem, forma pulcherrimi, filii Gilippi Arcadis, et Tyrrhenæ feminæ, quæ fida suo viro, illi numerosam sobolem procreaverat. Ergo Tolumnii hasta perlata in *horum unum*, qui ceteris et *forma* et *armis* præstantior, transfixit illum *ad medium* corpus, in ipsa *alvo, qua* parte *balteus teritur*, et morsu fibulæ innectitur: hinc transmissæ costæ, et ipse moribundus extentus in terram est. Illud, *laterum juncturas fibula mordet*, est, qua fibula morsu jungit latera baltei.

277. Quanto putas dolore et ardore æstuarent fratres? *pars gladios stringunt; pars corripiunt missilia;* ut eminus et cominus rem gerant; et *ruunt cæci*, quia non satis providi salutis suæ, nec cauti, quippe ardore furentes vindictæ: contra illos Laurentes procurrunt; contra Laurentes Trojani, Agillini, Arcades, quibus picta arma: ita puncto temporis turbata om-

—*Expediuntque manus.* Refert non ad pugnam, sed ad preces: nam et Germanus refert ad illud Homericum, ἀνασχοῦσαι χεῖρας, quod videlicet est, εἰς εὐχὴν ἐξαπλῶσαι, id est, *expandere manus ad preces. G.*

—*Primusque Tolumnius.* Non solum Rutuli, sed etiam Tolumnius augur hoc augurio deceptus est. *D.*

266. *Dixit, et adversos telum contorsit in hostes.* Hoc loco ab Homeri œconomia recessit: ille enim inducit Minervam persuadentem Pandaro, ut jacto in Menelaum telo dissipet fœdera: hic vero dicit ipsum augurem telum sponte torsisse, et occidisse unum de novem fratribus: quod pertinet ad œconomiam: necesse enim erat, ut fratres, dolore ex unius morte commoti, bellum moverent: si enim vilis aliquis interiret, poterat ejus mors ob fœderis religionem forte contemni. *Serv.*

nia, et *unus* tantum *amor* in ferro est; isto volunt rem decerni, non pactis, aut fœderibus.

283. Ad subitum furorem aræ diripiuntur, in quibus erant crateres ad libationem; foci ad fœdera; Dii ad firmanda pacta. Hos secum aufert fugiens Latinus: globi interim telorum et imbres convolant; equi ad currus infrænantur; alii saltu in equos emicant: stricti enses intenduntur. Sententia implicata est in poeta ad explicandam turbationem animorum : nam post aras direptas illico adhibet tempestatem et imbrem telorum : deinde redit ad crateras, focos, Divos, qui erant in aris; et tandem iterum ad currus, equos, enses. *Pulsatos Divos* explica, violatos ac læsos, quia violata et læsa fœdera.

289. Optabat avidissime Messapus fœdus illud confundere, u qui esset Turni studiosus, vel potius avidus virtutis ostentan dæ : ac statim equo, quo vehebatur, in Aulesten Tyrrhenun procurrit, quem esse Regem cognovit ex insigni, quod gere bat. Aulestes statim retro cessit, offenditque in aras, qua non viderat, quia illæ a tergo : et quia offendit, ideo *miser* et est πάθος! nam quale est ab re sacra haberi, non salutem sed offensionem? itaque ex offensione corruit in caput, atqu in humeros. Messapus utens labentis occasione celeriter advo lat, atque ex equo illo illum hasta transfigit inutiliter depre cantem pro vita, deinde subsannabundus ait, *Hoc habet*, *ha melior magnis data victima Divis.* Concurrunt statim Itali; e Aulestem, calentem adhuc vita, spoliant armis.

298. Rependitur cædes Aulestæ; nam Chorinæus Trojanus arrepto ab ara titione, Ebusi volentis eum percutere mentum accendit, præoccupato vulnere : mentum statim, ut sylvosum relucere cœpit, et nidorem spargere: incendio ipso ita turba tus est Ebusus, ut facile Chorinæus comis, læva manu, arrep tum terræ applicuerit; genuque nixu magno imprimens, latu gladio perfoderit, dextra manu.

304. Sequebatur Podalirius nudo ense pastorem Alsum ruentem prima in acie cum Trojanorum strage; jamque totu imminebat; quum Alsus subito reductam securim, qua, u pastor, pugnabat, illisit in caput sequentis se Podalirii, illud

298. *Obvius.* Bene *obvius* corripuit. — *Ambustum torrem.* Quidam *ambustum*, proprie circumustum accipiunt; sed poetæ indifferenter pro combusto utuntur. *Torrem* autem, erit nominativus *hic torris* et ita nunc dicimus : nam illud Ennii et Pacuvii penitus de usu recessit, ut *hic torrus*, *hujus torri* dicamus. *Serv.*

que deformi ictu per frontem mediam usque ad mentum divisit : inde arma irrigata ab fluente largissime sanguine. Itaque miserum Podalirium invadit, *urget* potius *quies*, sed *dura*, et *somnus*, sed *ferreus;* nam quies hæc et somnus *in æternam noctem*.

311. Sublatum subito belli fragorem Æneas voluit componere; quod ut faceret *dextram tendebat inermem*, id est; sine gladio, suos revocaturus; et *nudato capite*, quia sine galea, tantum *suos clamore vocabat:* in his vere *pius*, et quia nolebat suos perire, et quia pro servanda religione, et fœdere.

313. Verba Æneæ ad suos : *quo* inconsiderate *ruitis*? quasi dicat; vestra hæc erit ruina : *quæ repens*, repentina, *surgit discordia?* et *ista*, quæ vos agitat; o vos, mei socii, verba hæc ad festinantiam amputavit; *cohibete iras;* nam *ictum jam fœdus, et omnes compositæ leges*, ex quibus *mihi jus concurrere soli:* quamobrem *me sinite pugnare* : *atque auferte metus*, quasi dicat: nihil pro me timidi sitis; ego enim *faxo*, faciam *firma fœdera* hac *manu*, quam in vos inermem intendo. *Hæc sacra debent mihi jam Turnum*, id est, debitus ille est mihi, et manui meæ obnoxius, ex quo fœdus pepigimus.

318. Præclare hoc tu Maro, et studiose pro Æneæ tui gloria. Summa est, vulneratum fuisse Ænean : sed in hoc vulnere quæ non vidit poeta? Primo; vulneratur hic dux, ne careat militari hac gloria; est enim gloriosum accipere in bello vulnera : et quidem vix credi potest, ait Scaliger, militem bonum tot in congressibus e prælio abire sine vulnere : et dici Æneas posset fortis, non tam virtute propria, quam Deorum miraculo. Itaque nescio, an sapiant poetæ Græci, qui celebrant, Neoptolemum in Trojano bello nunquam vulnus accepisse: at vulneratur *inter voces*, *inter verba;* non quum pugnat; nam quis pugnantem Ænean percuteret? Secundo; vulneratur eminus; nam ab volante sagitta; quis enim cominus illum feriret? Tertio; sagitta instar turbinis; non enim aliter decuit percuti hunc virum. Quarto; incertum est, a quo percussus,

312. *Nudato capite.* Scilicet ut posset agnosci. Ita C. Jul. Cæsar, universæ rei bellicæ vera unicaque gloria, in prælio Pharsalico, nuda manu et capite clamabat, *Parcite civibus*. Vide Scalig. Poet. III, 11. *T.*

313. *Ruitis.* Aliud est ire, aliud tendere, aliud ruere. *Donat.* — Horat. Epod. VII, 1 : « Quo, quo scelesti ruitis? » — *Repens:* aut subito, ut sit adverbium, id est, repente : ut, « Sole recens orto : aut « repens discordia », pro *repentina*. Serv.

ne se quisquam mortalium jactet tam glorioso vulner illud tribuitur aut casui, aut Deo; ad eum modum, qu tum illud, *aut Cæsar, aut nihil.* Atque ita vir fortis pati tunam præliorum, et salva est personæ dignitas.

324. Æneas acie abiit, ut percussus; turbati sunt duc jani; ab hoc successu spes Turni subita, qua *arsit fervidu* in his Æneæ laus, quem solum Turnus timebat, non aliu nec totam aciem. Ergo qui, præsente Ænea, nihil est et ad aras *accesserat incessu tacito*, et *demisso lumine*, en te jam eo, veluti certus de victoria, *equos poscit, atq simul*: vix jusserat, quum adducti; et vix adducti, qui ille *emicat saltu in currum superbus, et molitur, movet, r benas manibus.* Dixit, *superbus*, non solum luculenter, s prie; nam jam *superbus*, qui supra currum.

328. Adest successus, et hic mire tragicus: nam q cernere ab uno homine per acies volitante multos et mos letho datos? multos semineces provolutos? tota unius curru protrita? hastas fugientum tergis ingestas tetur ascensus poeticus. Magnum est, *multos* fuisse t tos; majus, integra *agmina* protrita; maximum, on *fugam* versos.

331. Ab tanta ferocitate, cum quo melius, quam cum Turnum compares? Deum hunc vivide describit à ci tantiis loci, sanguinis, clypei, bellorum, equorum, co loci, nam apud Hebrum Thraciæ, quæ pars terrarum rocissima, huic Deo sacra, concitari solet: sanguinis, gaudet; ait Servius; quasi αἱμοχαρής: clypei, quo *incre* nat: bellorum, quæ *movet*: equorum, quos *furentes in* et qui ventos etiam volatu superant, gemente extrema et remota parte Thraciæ ad illorum impulsum: co nam circa illum *Formido, Iræ, Insidiæ.*

337. Talem te finge Turnum cernere, quum *alac prælia quatit equos fumantes sudore*: quum *insultat cæsi*

330. *Proterit, aut raptas.* In Romano *et*, in aliis *aut*. Hoc vero loco Donatus ait, « An suas raptas hastas ingereret hostibus; an hostibus raptas, id est, sublatas; incertum est: melius tamen ut suas rapuisse, et hostibus ingessisse videatur. » *Pier.* — Vide supra lib. IX, v. 763.

334. *Ultima.* Hoc est, enim gemit ultima, omnis bio. *Serv.* — *Gemit.* Amb hac re poetæ vel ad oster poeticam, vel ad excitan mirationem. — *Thraca.* Gr forma: *Thracia* enim illis Θρᾴκη: unde Latinis quoq ca, *Thrace*, et *Threce*.

bus, id est, insilit in cæsos hostes : quum equorum illius *ungula spargit sanguineos rores* : quum *cruor calcatur mista arena*, indicat videlicet largissimum ab strage Turni cruorem, quo tellus tota humefacta.

342. Dixerat multos datos letho a Turno; protritos curru, confixos hastis; narrat jam singulatim has tragœdias : primo interficit Sthenelum, Thamyrin, Polum : extremos duos cominus, nam facta cum illis congressione; primum Sthenelum eminus : interficit etiam eminus Glaucum, et Ladem filios Imbrasi Lycii, quos pater ad bellum miserat ornatos et oneratos armis paribus, quibus uterentur ad pugnandum, vel cominus, nam hoc est, *vel conferre manum;* vel eminus, nam hoc est, *vel equo prævertere ventos.* Ita concipio sententiam; alius ut volet : nam aliter insipidus mihi videretur poeta : est quippe necessaria celeritas ad pugnandum eminus : fit enim jaculatio, dum per aciem discurritur : potest etiam concipi sententia hac ratione, ut *conferre manum*, sit pugnare peditatu; *equo prævertere ventos*, equitatu.

347. Eumedis mortem multis dilatat : erat hic filius Dolonis, nepos Eumedis : inde *nomine avum* referebat, patrem *animo ac manibus*, id est, imbecillitate et ignavia : nam, *bello proles præclara Dolonis*, accipio ironice : etenim qui legat timorem Dolonis apud Hom. 10. Iliad. et mortem satis ingloriam, et deinde consideret mortem filii in hoc loco plenam etiam ignominiæ, videbit nihil de patre et filio dici præclarum posse.

349. Narrat ex occasione successum patris, includens versibus quatuor magnam partem libri decimi Iliados, credo, ut Homerum doceat luxuriam castigare. Ivit Dolon ad speculandas res Græcorum missus ab Hectore, postulatis prius in pretium facti equis Achillis : ad speculandas etiam res Trojanorum venerant Diomedes et Ulysses, a quibus interfectus est Dolon, immo ab solo Diomede; ideo hic hujus tantum mentio : ergo, ait poeta, qui ausus est pretium tantum poscere, pretium aliud invenit, id est, mortem : nam *affecit pretio*, irrisorie dictum.

349. *Speculator.* Discrimen inter hunc et *exploratorem* hoc adhibet Festus : « Speculator ab exploratore hoc distat, quod speculator hostilia silentio perspicit; explorator pacata clamore cognoscit. » Itaque, ille in armis, hic in pace; ille taciturnus, hic clamabundus. Habentur autem hæc Iliad. X. *Cerda.*

352. *Nec equis adspirat Achillis.*

353. Ab successu patris pergit ad successum filii: vidi Turnus *aperto in campo*, id est, ubi, non conferti mili *cutus jaculo* illum est, quo percussus Eumedes, lapsus es semianimis. Tum Turnus curru desiliens *semianimi a supervenit*, ac statim collum illius pede impressit, exto Eumedis gladio, eo ipso illum jugulavit: addidit etiar contumeliam: « agros nostros voluisti; habes jam illos; ad gustum, dum jaces: hoc præmii auferunt, quibus a fuit me ferro tentare. »

362. Numerat sex alios, quos Turnus interfecit, et c ut indicat, eminus: est equus *sternax*, ferox, et qui se sternit, atque excutit.

365. Aptissima comparatio ad Turni virtutem indica flantem Boream fugiunt nubila; instantem Turnum f hostes. Expende, ut dixerit, non *Boreas*, sed *spiritus* circuitione poetica; et *Boreæ Edoni*, id est, Thracii; nan mons est Thraciæ. Hic vero Borealis spiritus *insonat*, p pitque *alto Ægæo*, quo spiritu impellente *fluctus sequ litora;* atque ita fit, ut qua venti incumbunt, fugiant n *sic cedunt Turno agmina, et ruunt conversæ acies, qua* ille *viam secat:* et adjicit, *impetus fert ipsum* impotente ut rapitur spiritus Boreæ: ac dum *adverso curru* fertur, c miram poesim! *quatit,* commovetque *volantem cristam.*

371. Sequitur virtus Phegei, et mors: in hac re descri graphicus est poeta: *non tulit Phegeus instantem* Turnu *mentemque animis;* itaque *objecit sese ad* illius *currum*, credibili virtute *contorsit dextra ora spumantia concit equorum*, apprehensis *frænis*. Magna certe opus fuit vir

Adspirat, apud majores *accedit* significat. Cicero; « Nunquam adspiravit ad curiam »: sed hic figurate dixit, « adspirat equis », pro, *ad equos:* id est, occisus est, nec ad equos Achillis accessit. Alii tamen de Diomede intelligunt, ut sit sensus, Diomedes occidit Dolonem, qui equos Achillis ausus est petere: quos nec ille qui eum occidit: poposcit: sed male: sane *adspirat* est tractum ab his qui insequentes spiritu suo proximos adflant.

354. *Secutus jaculo*, pro *insecutus;* vel e longinquo, per longu tium, eum jaculo ante vuln

359. *En agros, etc.* Suba quos victore Ænea te accip se credebas, corpore tuo metiuntur autem agros qui adsignant: inde enim Sar factus est: nam consuetud ut victores imperatores, ag litibus suis darent, ut in h legimus: item in Lucano melius fient piratæ, Magne, et hoc est, quod supra ait, tibus insultans. » *Serv.*

detorquendos a cursu equos, flectendosque aliam in partem, et inhibendum illorum impetum.

374. Subobscurum hoc, et ita explicandum : pertinax fuit Phegeus in torquendis equis; illi eumdem trahebant, ut qui feroces. Itaque Phegeus dum trahit *trahitur*, ac proinde videbatur veluti pendere jugo inter ipsos equos : ac tum *lancea* missa a Turno illum *consequitur retectum*, id est, patentem ad ictus inter equorum capita. Adhibet effectum ictus; *rumpit loricam bilicem*, et tantum *degustat vulnere summum corpus*, quia leviter percussus est Phegeus; et perstrictus morsu lanceæ tenuissimo.

377. Quid tum Phegeus? eadem virtute, qua equos retinuerat, *conversus in hostem ibat clypeo objecto, et petebat* sibi *auxilium ducto mucrone*, id est, educto et nudato gladio. Dum vero totus pugnandi fervore intentus in Turnum est, misere protritus est ab rota et axe, concitantibus se equis; ac tunc Turnus desiliens curru, caput illi amputavit, immerso gladio in jugulum, inter imam galeam et summas thoracis oras : ita moritur Phegeus, edito prius ingenti facinore.

383. Latet hic causa, cur Turnus victor fureret; et ea in laudem Æneæ : dabat enim funera, quia tunc Æneas vulneratus non se poterat ad bellum commovere; immo quia perducebatur a suis in castra totus cruentus, et *nitens*, firmansque *cuspide alternos gressus;* quia hasta vicem pedis gerebat, ubi vulnus acceptum fuerat. Itaque pedem sanum figebat in terra; hastam pro altero; et ideo *alterni gressus*: notetur et pietas ducentium Ænean, Mnesthei, Achatis, Ascanii.

387. Vide excelsum Æneæ animum : nihil molle loquitur, aut facit, in tam acerbo vulnere; immo *sævit*; et *luctatur* sibi ipsemet *telum eripere fracta arundine :* et quia de bello tantum cogitat, non de salute, *poscit in auxilium viam* eam, *quæ proxima* : quæ vero hæc proxima via? certe magnanimum illud, *ense secent vulnus*, et *lato*, ut qui nihil trepidet ullam carnifici-

376. *Degustat corpus*. Id est, leviter tangit, stringit, propter fusi sanguinis exiguitatem : unde e contrario de alto vulnere ait, « Virgineumque alte bibit acta cruorem. » *S.* — Verbum Virgil. Græci usurpant pari ferme significato, ut quum Plut. in Sylla dixit, τοῦ τιμᾶσθαι γευόμενος, *gustans honores*. Et Eurip. in Alcest. πένθους τοῦδε γεύομαι πικροῦ : *amarum hunc dolorem gusto*. Et Tacitus Annal. VI, ut brevissimum Imperium Galbæ significaretur, « et tu, Galba, quandoque degustabis Imperium. » Ita Lucr. lib. II; « ignes degustant tigna. »

nam; et ideo adjungit, *telique latebram rescindant* nullis herbis exspectatis, nulla medendi arte. Sequit cur ita urgeat, *seseque in bella remittant.*

391. Adest statim Iapis medicus filius Iasi, quem eximie amavit; *dabatque* illi *lætus suas artes*, tanquam *munera*. Expende hæc paucula: *lætus*, quia major e gratia, si ita det quam si tristis; nam videbitur n coactus et invite dare. *Dabat*, de imperfecto, quia dedit; et non dedit, quia Iapis noluit accipere. Enur inde artes, quas Iapidi dabat Phœbus, *augurium*, *sagittas*, id est, divinandi peritiam, Musicam, et art tandi; nam his artibus Phœbus præest. Sed cur has noluit? quia præ his elegit alias, videlicet βοτανικὴν, ἰ id est, *potestatem herbarum, usum medendi;* quæ artes sunt, et absque gloria: et cur has elegit? quia pius trem in extrema jam senectute positum, voluit, si pc fata et vitam proferre, medicinæ ope.

398. Ut ex superioribus, ita etiam ex istis habet animi magnitudo, qui nec sedet in tanto dolore, sed s *innixus*, uno tantum *fremitu*, ut virum decet, *acerbi* rum conquestus: concurrunt statim ad illum milita nes; flent omnes, et unus præcipue Iulus, pius in patr in tot aliorum *lacrymis* unus Æneas est *immobilis.*

400. Redit ad medicum, qui *succinctus retorto ami nium in morem*, id est, ex more medicorum, jam *ma ca*, jam *herbis potentibus multa trepidat,* scilicet in mult pidus incumbit, et *dextra sollicitat spicula, ferrumqu* (quia sæpe) *tenaci forcipe:* sed *nequicquam*, et frustra vocat *Phœbi*, quia hic Deus inventor medicinæ.

391. *Jamque aderat Phœbo.* Ad exemplum Homeri; nam Iliad. IV, vulnerato Menelao Machäon adest. — *Iapis.* Aptum nomen medico: nam ἰᾶσθαι Græci dicunt *curare*. S. — Vide Excursum quartum, de Iapide medico, et de mutis artibus, vol. IV, pag. 395.

395. *Ut depositi.* Id est, desperati: nam apud veteres consuetudo erat, ut desperati ante januas suas collocarentur, vel ut extremum spiritum redderent terræ, vel ut possent a transeuntibus for qui aliquando simili lab morbo. Cicero, « Ægram depositam reipublicæ pa cepisse. » *Serv.*

401. *Pæonium in mor* Medicorum χειρουργῶν: si ne medico, a quo Pæoni sive quod Apollo illi Pæa tus: ἀπὸ τοῦ παύειν τὰς ἀν omnes dolores curet. P herba medica, et saluta dium. *Hortens.*

405. Cur *nequicquam?* quia *nulla fortuna regit viam*, qua extrahantur spicula; quia *Apollo* ipse *auctor* medicinæ *nihil subvenit:* interim autem quo putas fremitu Ænean sævire, quum audiret belli horrorem magis ac magis increbrescentem: quum ex fuga Trojanorum intelligeret adesse *propius malum:* quum cerneret cælum oppletum pulvere, et subeuntes in castra hostiles equites; nam densissima cadebant spicula: quum audiret tristissimum clamorem *bellantum juvenum*, immo *cadentum sub duro Marte?*

411. Particula *hic* habet emphasim; quasi dicat; hoc temporis articulo et tali rerum desperatione, nihil aut medico, aut arte subveniente. Ergo hoc rerum puncto Venus percellitur *dolore nati indigno*: hoc quoque ἐμφατικῶς: pius enim indigne premitur, et vulneratur per insidias. Itaque illa ut *genitrix, Dictamnum ab Ida carpit*, monte Cretæ, ubi laudatissimum: cui herbæ est flos purpureus, et folia *pubentia*, id est, adulta. Invenere primæ omnium hanc medicinam Cretenses capræ; nam ferro percussæ, herbam hanc depascuntur, ac tum sagittæ excidunt.

416. Ergo Venus, nulli visa, Dictamnum attulit, et illo *inficit amnem fusum labris splendentibus*, id est, aquam, quæ fusa in pelvim erat: cui pelvi summa labra auro erant splendida. Ego sic concipio; tu ut mavis; et ita *occulte medicatur* eam aquam; neque hoc contenta *spargit succos salubris ambrosiæ*, et *panaceam odoriferam*.

407. *Propiusque malum*. Ex fuga scilicet Trojanorum. — *Pulvere cælum stare;* plenum esse. Alii *stare*, constare intelligunt, ut significet; pulvere cælum constat, id est, in pulverem versum est, et quasi totum ex pulvere est. Alii diutinum pulvere et continuum; et significatum volunt, inumbrationemque ex eo Solis et cæli factam; scilicet non moveri cælum, sed consistere, eumdemque manere habitum aeris, ex continua caligine pulveris, obducto semel cælo, et quasi ab oculis intercluso. *Serv.*

413. *Puberibus caulem foliis.* Hoc est, adultis: sic in quarto Æneid. *Pubentes herbæ:* et est reciproca inter herbas et homines translatio: nam herbarum *pubertatem*, et *florem* juventutis vocamus: *caulem* autem medium fruticis qui vulgo θύρσος dicitur. De hac herba in Æneid. IV, ait, ubi de vulnerata cerva, « Illa fuga silvas saltusque peragrat Dictæos. » *Serv.*

419. *Ambrosiæ succos. Ambrosia* est cibus deorum; nam *nectar* est potus: alibi, *Ambrosia* unguentum deorum legitur, « Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem. » — *Odoriferam panaceam*. Genus herbæ est: sciendum tamen Lucretium *panaceam* ubique salem dicere:

420. Ignorabat divinam opem Iapis; sed fortasse t aqua vulnus fovit, ac statim fugit dolor omnis e corpoı guis stetit imo in vulnere; sagitta, cogente nemine, i cidit manum leviter tentantis secuta; et *vires novæ*, magnæ et admirandæ, *rediere in pristina*, id est, in priorem.

425. Perculsus medicus hoc miraculo, clamare altius et omnium animos accendere contra hostes, ut citissi *perarent arma viro*, id est, properanter afferrent arma Quin increpanter, *quid statis?* adducit etiam divina argu nam sanitas illa non humanæ artis, aut medicinæ, nec sius manu : sed ab majore Numine servante Ænean, mittente illum ad belli laborem, scilicet iterum mitte inchoatum bellum, et *opera majora*, id est, ad Turni c

430. Vide præcipitantiam viri bellatoris : vix sanit ditur, quum suris induît aureas ocreas, et odio habeı nem moram, hastam vibrat, clypeum sumit et loricar tillamque moram facit in complectendo, et in deosc Ascanio : ita omnia præcipitanter, quia *avidus pugnæ*. E aliqua : *suras hinc atque hinc*, id est, utramque suran *moras*, non abjicit, aut aliud obvium : præclare *habil clypeus*, et cum allusione ad ὀχῆας, id est, *ansulas*, qui nectitur clypeus, quæ dicta ἀπὸ τοῦ ἔχω, *ab habendo*: *complectitur armis fusis*, ut decet militem, non ade quasi dicat; fundit super filium armata brachia; *delib* tum *oscula*, qui præ aviditate eundi noluit plenum g ideo etiam *summa oscula*, quia vix attigit : quum ait *leam*, decenter significat induisse quoque illam.

435. Sequuntur aurei versus, quibus Æneas vult Ascani

unde possumus et hoc loco salem intelligere; nam omnem pellit dolorem : sed melius herbam, quia ait *odoriferam*. Alii *panaceam* medicamentum dicunt, ex compluribus herbis compositum, quod ad omne vulnus facit : hanc herbam Hercules contra vim venenorum Thessalis dicitur præstitisse : sane nomen mire compositum. *Serv.* — *Panaceam*. Græcis πανάκεια, et πάναξ : « ipsa nomine », ut ait Plinius, « omnia morborum remedia promittens » ; παρὰ τὸ πᾶν. Cæterum modo notabat l vius, Lucretium *panacean salem* dicere. Sed ubi hoc tius? nam nullatenus inve illum.

425. *Arma citi propen* Suo more ostendit festina ante induxit loquentem, q nificaret qui loqueretur. cut nos *properare* festinare ita antiqui pro *dare* diceba lust. « Solas festinate. » *Se*

cere ab se militarem virtutem; *verum laborem*, id est, laborem viro et principe dignum; sed *fortunam ex aliis*, quasi hæc optanda tantum sit, et nemo eam possit promittere. Pergit: *nunc te mea dextera bello defensum dabit*, pro defendet; *et magna inter præmia ducet*, id est, magna ad præmia: hæ sunt meæ partes, o fili: tuæ, ut, quum adoleveris maturiore et firmiore ætate, repetas proponasque animo tuorum exempla, inprimis Æneæ patris, Hectoris avunculi.

441. Vix dixerat, quum illico castrorum *portis sese extulit quatiens manu, ingens* ipse, *telum immane:* itaque *ingens* est Æneas; si quis velit, *telum ingens, immane*, non pugnem. Sed ecce πρέπον magni Principis; nam *denso agmine* ruunt una cum illo duces magni, et turba alia: toto campo pulvis excitabatur; et præeuntium ferocitate tremebat tellus.

446. Vident agmen venientium Turnus, Latini, Juturna: illi tremunt; hæc fugit. Vide quantus Æneas sit, quem Dea quoque fugit: hic vero non *it*, sed *volat;* nec secum *fert*, sed *rapit*: vide impetum festinantis, *agmen atrum* pulvere, et *campo aperto*, quia, qua ibat, cedebant omnes.

451. Aptissima comparatio Æneæ furentis, in qua sunt causa, et effecta duo: causa ab abrupto sidere: effecta; primum, corda agricolarum horrore plena; alterum, ruina arborum, strages satorum: quæ duo effecta procedunt a ventis, qui volant ante tempestatem, ut malorum nuntii.

436. *Disce puer, etc.* Quum dicat Æneas velle a se peti exemplum laboris et fortitudinis, non fortunæ et felicitatis, huc pertinet illud Coriolani euntis in exilium, qui suis liberis dixisse fertur (auctor est Dionys. lib. VIII) « ut illis, quum ad ætatem virilem pervenirent, Dii darent meliorem fortunam quam patri, virtutem non deteriorem. »

440. *Et pater Æneas, etc.* Docemur his, proponenda liberis exempla patrum, quibus exemplis nihil efficacius: jactat hoc pater quidam apud Quint. Decl. 258: « Quod fortiter fecisti, roboris et corporis mei, meum est: animus iste ad contemnenda pericula paratus, ex meo fluxit. Ego te diu præceptis feci virum fortem, proxime quidem etiam exemplo. » — *Avunculus Hector.* Creusa mater Ascanii, soror Hectoris.

451. *Qualis ubi, etc.* Æneæ impetum nimbo comparat verbis ac numeris ejusmodi, ut multis Homericis opus sit ad adsequendam illius magnitudinem. *Scalig.*

453. *Horrescunt corda agricolis.* Hanc partem comparationis sumpsit ab alia Homer. Iliad. IV. Hoc enim admirandum in Virgilio, ut ex multis sæpe Homericis comparationibus unam compingat.

454. *Ruet.* Eruet, evertet. Terentius: « Ceteros agerem, ruerem »: nam aliter dictum est, « ruit alto a culmine Troja. » *S.* — *Ante*

456. Talem Ænean finge; etenim nimbus Æneas est : fectis primum jam præcessit in illis, *gelidusque per ir currit Ossa tremor*; ideo enim in comparatione postea, *cunt corda agricolis:* alterum sequitur in cædibus, qu describuntur; nam Thymbræus, Mnestheus, Achates, Trojani omnes, cædunt Osirim, Archetium, Epul Ufentem, omnes Rutulos : fit etiam peculiaris mentio T nii auguris, qui cecidit, veluti in pœnam disturbati fo quum primus hastam torsit in Trojanos.

462. Hinc clamor sublatus, quod necesse in tanta trepidatione; et Rutuli versi in fugam præ timore adv Æneæ, instar turbinis : accedit comes fugæ pulvis; ide *pulverulenta.*

462. In personarum decoro servando magnus sem Virgilius : ergo, quum alii duces hostem quisque obvi terficeret, ipse nihil eos dignatur, etiamsi videat cor dirigi equites, pedites, tela omnia : cuncta contemnit, et tantum quærit Turnum, ut fortis, ut religiosus : ut forti quærit hostem digniorem honestioremque præ aliis : ut r sus, quia cautum erat fœdere, ut duo illi tantum concu singulari pugna, multitudini parceretur.

468. Memineris supra mandatum Juturnæ a Juno Turnum morti criperet; vel ipsa bella cieret, *aut tu bel* ergo hoc adimplens præceptum, ipsa bellum administr *subit* in currum, excusso Metisco auriga *media inter lora*, ipsa *flectit manibus habenas*, et *undantes* ait, quia con undarum modo flectuntur : demum in omnibus Meti similis voce, corpore, armis.

473. Adhibet comparationem aptissimam : solet hi

volant. Jul. Scal. V; 3 : « Quomodo nimbum antevolant venti, si illum impellunt? quia nimbus crassior aer est : itaque ventus et post, et ante, et cum illo. » Et *volant* de ventis, poesi grata. Ovid. Trist. III, 10, de Borea, « jactatis insonet alis » : et de Noto Metam. I, « madidis evolat alis » : et centeni. *C.*

456. *Talis*. Taliter, simili modo. Sic paulo post, « similis medios Juturna per hostes. » — *Rhœteius*. Trojanus, a promontorio Trojæ. *S.*

468. *Hoc;* oblong. cod. *hi. hæc.* — *Virago*, dicitur mul virile implet officium, id e lier quæ viri animum hab antiqui *viras* dicebant. *Ser*

473. *Nigra*. Audi Scal. P 27, « nigra hirundo ad di tiam ripariarum, quæ spe hirundinis non nigræ, neq bus assuetæ. » Hinc fortass tronius dixit, « urbana Pr cum discrimine ad ripar agrestem. *Cerda*.

nigra pervolitare diligentissime alicujus divitis *ædes*, videlicet *atria et porticus*, aut etiam *humida stagna*, ut quærat legatque pabula suis pullis: talis Juturna per medios hostes ferebatur, obibatque curru et equis loca omnia, ostentans jam hic, jam alibi ovantem germanum, edentemque varias strages: tantum cavebat a congressu Æneæ, pervolitans diversa loca ab illis, in quibus Æneas versabatur.

481. Dixerat Turni discursus per avia, idque dolo Juturnæ caventis congressum fratris cum Ænea: jam contra adhibet Æneæ in illo investigando diligentiam, qua, compendiosa semper via, dabat se Turno obvium, errantem præveniens et ambages illius eludens: neque hoc contentus, voce etiam magna illum inclamabat. Sed ea erat Juturnæ in servando fratre vigilantia, ut quoties Æneas vel oculos in hostem conjecerit, vel voluerit fugam equorum Turni impedire, toties illa habenas torserit; immo *retorserit*, quia frequenter hoc.

486. Æstuat hoc rerum articulo Æneas, quum hostem debitum nequeat assequi, et tamen aliorum, quos ipse hostes nolebat, telis et concursu invadatur: nulla enim major fluctuabundi consilii occasio.

488. Quum ita ille dubitandus hæreret, Messapus hastam unam (duplicem quippe gestabat) in Ænean certo ictu direxit et contorsit. Æneas vidit telum, ac subito substitit, et sese in clypeum colligens subsidit poplite: itaque hasta prætervolans apicem tantum galeæ tulit, et excussit, quod summum in cristis erat.

494. Hoc eventu data jam occasio furori Æneæ: quum enim manifesto insidias videret, quibus Turni currus in diversum abripiebatur, et se peti aliunde cerneret, terribiliter cœpit per medios sævire, ac solvens omnes irarum habenas, quemcunque obvium habuit, absque ullo discrimine obtruncabat; præfatus prius, ac testatus Jovem, se id facere, quia læsæ aræ fœderis. In nullo deficit Virgilius, neque aliter sævientem Ænean faceret, nisi hoc cavisset.

500. Putat, non se satis esse ad describenda acerba funera, cædes diversas, variorum ducum obitus, molemque irarum, quibus Turnus et Æneas invicem tunc sævierint: inde Deum advocat, qui sibi has dictet clades, conversusque ad Jovem

474. *Pervolat.* Per magnas ædes volat: nam more suo dedit verbo detractam nomini præpositionem.

497. *Medios;* id est, qui inter ipsum sequentem et fugientem Turnum medii de hostibus erant. *S.*

admiratur, cur gentes illæ, quæ victuræ deinde sunt semper in æterna pace, nunc concurrant atroci et formidando bello.

505. Videntur mihi multi istum locum non assequuti, qu *ruentes Teucros*, explicant, fugientes : non sic est, immo *ruen tes* explica, invadentes : ruebant scilicet Trojani una cum Ænea adversum Rutulos effuso impetu, nemine illos tardante donec ventum est ad Sucronem, militem validum; qui se illi opponens fecit, ut loco sisterent; sed accedens Æneas, ador tusque, illius transfodit latus inserto ense per costas, quæ sur crates pectoris; qua parte citissima est ad mortem via.

509. Præcessit Æneæ facinus : sequitur Turni; nam supra *inque vicem* : ita vero concinne rem gerit poeta, ut posteric priorem superet : Æneas enim unum tantum Sucronem inte fecerat; Turnus fratres duos Amycum, ac Diorem, utrumq ipse pedes; et quidem Amycus equo deciderat; hunc hastæ cu pide interfecit; Diorem punctim cædendo mucrone gladii; mox in currum ascendit, desectaque amborum capita, ac sti lantia sanguine, currui affixit ostentabundus.

513. Duos deleverat Turnus, Æneas jam quatuor : primo tres Talon, Tanain, Cethegum congressu unico; quibus quar tum addidit Onyten congressu altero : erat hic Echionius, *id est*, Thebanus genere, et filius Peridiæ.

516. Qui fuerint, et quot fuerint hi fratres missi ab Lycia, poeta non loquitur; credibile multos fuisse, et plures illis quatuor, quos Æneas interfecit, ad eum modum, quo supra dixit *novem pulcherrima fratrum Corpora*. Ergo, hos Turnus interfecit : ac ne desit concinnitas, quemadmodum Æneas tres inter fecerat congressu uno, quibus congressu altero quartum Ony ten addiderat, ita nunc Turnus post interfectos fratres Lycios addit Menœten : notetur et alia concinnitas : in narrando Onyt meminerat patriæ, nam Echionius; et matris, quæ Peridia ita nunc in narrando Menœte meminit patriæ, nam Arcas et patris, qui pauper : et quidem tam a filio, quam a patre af fectus movet : a filio; nam exosus bella, sed *nequicquam*, qui in bello periit; et ex domo paupere, et ipse assuetus victitar piscatu, et nullis divitum obsequiis notus : a patre; nam cul tor terræ, et non quidem propriæ, sed conductæ.

521. Contingit sæpe, ut a diversis partibus ignes duo im mittantur in arentem sylvam; duo item amnes decurrant diversis montibus in patentia loca : tum quisque, tam ignis quam amnis, qua eunt, omnia devastant, omnia depopulan

tur. Ita Æneas et Turnus eunt non *segnius* per prælia, et illis intus ira *fluctuat*: notetur utraque vox; prima *segnius* respicit comparationem ignis: segnis enim quasi sine igne dicitur: ergo eunt igne non segnius: altera *fluctuat* comparationem amnis: pergit poeta insistens eidem rei, *rumpuntur nescia vinci pectora*, ut nescit vinci ignis omnia domans: *nunc totis in vulnera viribus itur,* ut eunt amnes præcipites per patentia loca.

529. Probat jam re hos duos viros, ignem fuisse, amnem fuisse; primo de Ænea, deinde de Turno. Æneas ergo Murranum gloriabundum de atavis, et avos personantem, jactantemque actum per Reges omnes Latinos genus, ingenti saxo (scopulum appelles) *præcipitem excutit* e rotis, ut posset ignis fulmineus; *effunditque solo*, ut posset amnis currens: nam quidni alludat ad superiores ignis et fluvii comparationes? carnificinam consummarunt rotæ et equi dilacerantes proculcantesque miserum dominum.

535. Sequitur jam Turni facinus; nam et supra, *inque vicem*: ergo, ille dedit se obvium Ilo ruenti inconsiderate per mediam aciem, et frementi perquam immaniter, non animo, sed *animis*, unus quum esset: torsit illi telum ad tempora: vocat hæc *aurata* ab inaurata galea, et ait *ad tempora*, quia transfixum telo totum caput; ideo sequitur *fixo cerebro*: et vide, an ictus fortis, nam *per galeam* via facta. Notetur et concinnitas digna hoc vate. Æneas Murranum interfecerat, quo nomine Latini Reges appellati fuerant: jam Turnus Ilum interficit, quo nomine appellatus fuerat Rex Trojæ maximus. Virg. enim ipse, *Ilusque*, *Assaracusque*, etc.

538. Turnus Creteum interficit, Æneas Cupentum, sed Æneæ major virtus: nam fortitudo non eripuit Creteum Turno; sed Dii sui non Cupentum eripuerunt Æneæ; sed nec arma profuere; nam per medium clypeum illatus ictus.

542. Sequitur mors Ætoli, quam tragice describit poeta, et cum affectibus, neque vero nominat percussorem, sed in acie

534. *Nec memorum domini proculcat equorum.* Egregium πάθος, quia neque ipsi equi meminere eum esse suum dominum. A quo affectu non abit Ovidianus, quo proclamat miser a canibus laceratus: « Actæon ego sum; dominum cognoscite vestrum. » *Cerda.*

540. *Sui.* Dii *nostri* dicuntur, qui nobis propitii favent: Turneb. IX, 30. Ita Persius Sat. 5: « Saturnumque gravem nostro Jove frangimus », id est, nobis propitio. Terentius: « Memini relinqui me Deo irato meo. » Singuli enim proprios habere Deos credebantur. *Taubm.*

tantum ait cecidisse; ideo *occidis*, quo res fit τραγικωτάτη: affectus vero moventur a loco, in quo natus; a loco, in quo mortuus : sed in hac re efferenda quot lepores! *viderunt te campi Laurentes oppetere*; et *hic tibi mortis erant metæ*, quum tibi *Lyrnessi* fuisset, et *sub Ida domus alta*, et geminat *domus alta*, ut ex geminatione exsurgat major conquestio ab sequenti hoc *solo Laurente sepulcrum*. Vide enim quantum intersit inter *domum altam*, et *sepulcrum* quod in plano *solo*, et humili : deinde movetur affectus a magnitudine hominis; ideo *et late terram consternere tergo* : tertio a fortitudine hominis; ideo *Argivæ quem non potuere phalanges sternere*, nec totis phalangibus *Achilles* major; nam *eversor Regnorum Priami* : itaque is cadit, qui formidandus magnitudine corporis, et virtute animi.

548. Ab peculiaribus congressibus transit ad universam aciem, quæ implicata : nam hinc Latini; inde Trojani, et Trojanorum socii Thusci, et Arcades in unum concurrunt : numerat etiam ductores aliquot Principes, videlicet Mnestheum, Serestum, Asylam, qui ex acie Æneæ : Messapum, qui ex acie Turni. Hi omnes omni armorum genere, omni conatu, non tam imperitant, quam pugnant *pro se quisque* : nulla est mora, nulla est requies; vastum est et ingens certamen; omnes tendunt, et contendunt ad victoriam.

554. Fingit Poeta consilium invadendæ urbis, et subito turbandorum civium, profectum a Venere, impense curante res filii, ut ostendat perpetuam Deorum in illum indulgentiam : ideo postea Æneas ipse, *Juppiter hac stat*. Servii enim ratio hæc, *nam incongruum fuerat occupatum bello, per se tale cepisse consilium*, inepta est. Cur enim incongruum, ut magnus belli dux ingenii acie varias tentet in bello vincendi machinas? Cur in hoc consilii articulo Venus dicatur *pulcherrima*, aperio infra in Notis.

546. *Mortis metæ*. Id est, mors, quæ meta est et finis : nam *metas vitæ* dicimus, non *mortis*; mors enim infinita est : sciendum tamen ita hoc de Homero esse translatum, qui ait τέλος θανάτοιο, hoc est, finis mortis : nam in ipsa morte finis est.

554. *Genetrix pulcherrima*. Servii scholion hoc, « perpetuum epitheton est, nec ad negotium pertinens », ineptum est. An aliquid Maro non ad rem pertinens? dicitur aliquid fieri *pulchre*, quum sapienter fit et opportune. Terent. Eunuch. « Dixti pulchre, nunquam vidi melius consilium dari. » Ergo *pulcherrima* dicitur Venus, quæ pulcherrimum attulit consilium, id est, sapientissimum et opportunissimum : et esse quidem potest hypallage « genitrix pulcherrima misit mentem », pro pulcherrimam

557. Accidit ergo, ut quum fortasse Æneas oculos in omnem agminum partem circumferret, quæsiturus Turnum, tum etiam et urbem cerneret immunem omni malo; ac statim accendit illum imago majoris pugnæ, aspirante scilicet tum Venere novam belli ineundi rationem.

561. Illico ductores exercitus vocavit: cum illis una concurrit tota legio, non armis positis : ipse occupato tumulo, quo melius ex aggere cerneretur, loqui cœpit.

565. Breve est, ut in re arcta, exordium; idque ductum a Numinis benevolentia : ergo, *nulla sit mora meis dictis*, quia *Juppiter hac stat*, id est, stat Juppiter pro religione, quam fœdifragi læserunt. Laudo et scholion hoc Julii Scal. *Juppiter hac stat, id est, hic est modus, hæc via imponendi fatis finem.* Pergit : *nemo eat segnior*, quod *inceptum subitum* videat: hactenus exordium.

567. Aperit jam sententiam suam : nisi pereant Latini, nisi frœnos imperii mei accipiant, et se victos fateantur, non jam bellum erit, sed aperta expugnatio; nam *urbem eruam* a fundamentis, *causam belli*, quia in ea urbe erat Lavinia, *causa* (ut supra dixerat) *mali tanti* : et quidem eruta urbe *eruam ipsa* (ἐμφατικῶς) *Latini Regna, et ponam culmina æqua solo.* Vulgaris poeta diceret, *æquabo solo* : adhibet et modum, *fumantia, quia urbem igne exstincturus.*

570. Vidisti primo exordium; deinde deliberationem; sequitur jam tertio causa. Exspectem ego Turni moras, et tergiversationes? quid, quod numquam mecum congredietur? ratio : nam nollet *victus rursus concurrere.*

572. En jam conclusio rei gerendæ, quum sit *hoc caput summa belli nefandi*, id est, gesti contra fœdera, *ferte faces*, et has *propere;* et *flammis* vindicibus *fœdus reposcite.* Recte hic Servius: « flammas fœderis renovemus incendio urbis : nam *reposcite*, est, revocate, innovate. »

mentem. Sic « purpureos cristis juvenes », pro purpureis cristis; et millena in uno Virgil. *C.* — Sic Plutarch. δίκη pro opportunitate.

558. *Acies circumtulit.* Vel exercitum suum huc atque illuc circumduxit; vel acies oculorum; et bona occasione pervenit ad id, ut Æneas civitatem posset aspicere. *S.*

559. *Immunem tanti belli.* Sine officio dimicandi : et vult inobsessam intelligi, quasi sine periculo sit oppugnationis : nam *immunis* est, qui nihil præstat, quasi sine muniis, hoc est, qui non facit munia. — *Impune quietam.* Quæ specialiter debuit pœnas luere propter fœdus abruptum. *Serv.*

574. Describitur repentinus impetus Trojanorum convolantium contra urbem ad Æneæ jussum : pergunt, immo *feruntur*, quia sui impotes φέρονται ad muros cuneati et addensati, non solum cursu, sed potius *animis certantibus*, ut intelligas præcipitantiam.

576. Nihil opportunius ad terrendos cives; ubi enim subitum malum, formido est major : ergo repentina omnia, videlicet, scalæ, ignis, discursio, cædes, hastarum tortio, sagittarum imber.

579. Purgat se Æneas ab tam dira suorum carnificina, tendens dexteram, Latinum incusans, obtestans Deos præsides fœderis : purgat, inquam, se, quod coactus sinat exerceri a suis tam diram cædem in Rutulos : « nam bis facti mihi estis hostes, quia bis rupistis fœdera. » Bis scilicet inita fuere fœdera semel lib. VII, per Ilioneum principem legationis; iterum in hoc libro.

583. Accessit ad malum urbis civium discordia : nam alii volunt Trojanis portas aperire, ut cesset acerrima oppugnatio, trahuntque Regem Latinum, et jam nolentem, ad urbis muros, ut sit ipse spectator diræ cladis : alii contra, portas occludunt, et arma ferunt, ac defendunt muros; immo *pergunt defendere*, quasi frustra, ut qui non possint. Illud, *trahunt Regem ad mœnia*, explica, volunt trahere.

587. Optima comparatio : solent mellarii alvearia amaro fumo explorare, apesque investigare : illæ tum de rebus suis trepidantes, et plenæ irarum discurrunt per cellas, et strident vehementius: ac mira tunc intus est confusio ex tetro odore, ex bombis apum. Talis erat urbis species, nam cives expugnabantur igne, ut apes solent ejici fumo ex cavernis suis. Signate *cerea castra;* nam comparatio assumitur ad rem militarem.

587. *Inclusas ut quum latebroso in pumice pastor.* Pæne omnia verba comparationis ad supradictum pertinent bellum : nam ita apes inclusæ sunt, ut homines qui obsidentur : ita civitatem, timentium latebras dicimus, sicut apum sunt alvearia : item pastor ut rex, et revera pastor est, et ductor exercitus, ut Homerus ποιμένα λαῶν. *Pumicem* autem iste masculino genere posuit : et hunc sequimur : nam et Plautus ita dixit, licet Catullus dixerit fœminino. *S.*—Apoll. Arg. II. Plutarch. in Pompeio.

591. *Ater odor.* Nove : nam in odore quis est color? Sed hoc dicit, odore atræ rei, id est, fumi ater odor, pessimus : ut, « fumoque implevit amaro. » *Serv.* — *Fumus.* Tria nova simul : « fumus amarus », oculis scilicet : « murmure cæco », quia clausæ apes : « ater odor », quia in fumo odor. *Scalig.*

Narrata hactenus externa mala ab hoste ingruente, a s vastantibus: his cladibus fessi erant, et prostrati La- ccidit illico internum malum, quo urbs tota funditus versa.

Narrat jam calamitatem : vidit e domo sua Amata con- :m contra urbem hostem; vidit scalis conscendi muros, ;antem jam ignem per ædium tecta; neminem contra enderet; non acies Rutulas; non Turni agmina : expen- lescribantur calamitatis gradus semper majores. Inde a est inani credulitate, qua putavit cecidisse in acie n : hinc clamare per dolorem cœpit, se malorum fuisse , crimen, caput : ab dolore transiit ad furorem, quo, nulta prius muliebriter ejulasset, amictus discidit, et e trabe appenso collum inseruit, deformi mortis genere. Fama statim rei invasit Latinas feminas, quæ erant in tu Laviniæ; hæc prima omnium furere per dolorem cœ- :apillos, in faciem : reliquæ correptæ sunt pari insania; ; Regiæ latæ et amplæ plangoribus magnis resonarunt. Ab Regia in urbem reliquam calamitas penetravit : ci- niserunt animos : Latini dolor spectatus præ aliis est; estes conscidit, et caput pulvere deturpavit, stupenti nito similis, ob fata conjugis: se præterea tanti facino- m incusavit, quod Ænean urbe non acceperit, neque erum adsciverit.

Præclare lectorem afficit, quum a virtute Æneæ, qui atius, eo acrius rem gerebat, transit ad languorem Tur- segnius pugnabat: indicia hujus languoris sunt, pugna- m *in extremo œquore*, id est, extrema acie, non inter ; : deinde sequi illum *paucos* quidem, et hos *palantes*. nimi infirmitas ab equis etiam proveniebat, qui tardi fatigati minus alacres erant in bello.

Dum ita pugnat, aura ipsa attulit ad Turnum rem geri in urbe, et tristem aliquam in ea calamitatem acci- aura, inquam, attulit; nam ea plena clamoribus, et sæ urbis sonitu ac murmure parum læto Turni aures it, fecitque attendere : et quia auditu tantum rem per- non oculis, ideo *terroribus cœcis*. Servius *arrectas aures*, at sollicitas ad audiendum.

. Audit gemitus; ignorat causam; ideo dubitabundus,

. *Infelix pugnæ juvenem, etc.* non putabat Turnum civita- tem obpugnari passurum fuisse, si viveret. *Serv.*

[illegible] propter quid turbantur mœnia tan[illegible] [illegible] ab *diversa urbe*, a variis urb[illegible] [illegible] *amens*, id est, egens consili[illegible] [illegible].

[illegible] in Metiscum equos regebat, t[illegible] [illegible] penetravit; intellexit enim fore, ut Tu[illegible] [illegible], ac proinde in exitium certum, si venir[illegible] [illegible] itaque occurrens ejus cogitatui, ho[illegible] [illegible] monens, ut urbem relinquat, in camp[illegible] [illegible] arcem, quia eam *alii possunt defendere*; i[illegible] [illegible] Trojanos persequens, quia ibi *prima victori*[illegible] [illegible].

[illegible] a paritate gloriæ; si Æneæ i[illegible] [illegible] feliciter, tibi quoque pugna in campo [illegible] quidem, et tantum *miscet* pre[illegible] [illegible] effectu: nos vere dabimus *funera* [illegible] caesorum erit inferior, nec honor pu[illegible] [illegible]

[illegible] Turni ex duplici tempore: « agnovi t[illegible] [illegible]: agnovi, quum turbasti fœ[illegible] [illegible], et quum dedisti te in hæc bella, Metis[illegible] [illegible] rationibus quas proponis: ita[illegible] [illegible] *fallis me*. » Admiratur deinde [illegible] descenderit, labores belli passura[illegible] [illegible] fratris miseri?

[illegible] meminisset Turnus, ait se vere mo[illegible] [illegible] agat: ducitque argumentum mortis [illegible] fortuna salutem spondet: ubi ergo [illegible] certa est mors.

[illegible] argumentum aliud mortis suæ, potius omen: [illegible] Murranus: quid autem sperandum de eo, [illegible] additque, sibi illum fuisse charissi[illegible] [illegible] dedecus adjicit, visum a se, quum is [illegible] vocat, quem cadentem vidi, neque [illegible] amicus quasi in ultionem morti[illegible] [illegible].

[illegible] eamdem rem: *Ufens infelix occidit*, n[illegible] [illegible] quum trophæi loco *Teucri potiuntu*[illegible]

[illegible] de virorum fortium cadaveribu[illegible] [illegible] erat inter hostes grande certamen [illegible] *Serv.* — Accipit pro contumeli[illegible]

:t *armis:* adeo a me res gesta est infeliciter in gratiam

ıdnectenda sententia hunc in modum: satis sit, o soicos in acie cecidisse Murranum et Ufentem; *patiarne* *rscindi domos,* quæ sunt intra mœnia? *Id unum* scili- ; meis *defuit?* perinde ac si dicat; satis sit armatos in :idisse; parcatur urbi, regi Latino, reginæ Amatæ, meæ, quæ capita in urbe sunt. Pergit; *dextra nec dicta refellam?* ut decet militem, qui non verbis de- virtute crimen refellere; non ut in foro, verbis; sed ie, *dextra.* Integer versus, qui sequitur plenus emphaidelicet, *Terga dabo, et Turnum fugientem hæc terra*

)ccurrit huic verbo, morieris, et respondet; hocne est n? immo felix: quamobrem committo me totum Diis s, qui curam gerunt mortuorum; non Superis qui vi- *Manes mihi este boni,* id est, propitii: nam Superi non :d potius *aversi.*

?erinde ac si dicat: sancte moriar, et culpæ inscius: ı fuga crimen grande viri fortis; et moriar, ut is, qui ucit a magnis avis.

Vix ea dixerat Turnus, quum Saces ad illum advolat, ırus cladem urbis; et nuntii quidem species tragica ındam conquestionem: nam primum vectus *per medios* ɜt *spumante equo,* et *saucius sagitta in adverso ore;* ac clamabundus, *Turnumque implorans nomine.*

us, caruisse Ufentem seet spolia ejus esse in poɔstium. Lucan. I, v. 11. *sque adeone mori miserum* æ quæstioni occurrit: et ıoc verbum reprehendunt *eone,* melius dici *usque* ıcilius septimo, « Usque lio atque odio illius effeidam sic accipiunt, « Usɔne mori miserum est », uasi confirmet, sed quasi t; quare dea sic de illo ut vivat? quum satius sit nori, quam turpiter vive- ı usque adeone » ut tamen tanta turpitudo ferenda sit. *Serv.*

648. *Sancta anima.* Quo sensu *sanctam* accipiat, ipse explicat addens, « atque istius inscia culpæ. » Itaque *sanctus* in Virgilio est, cui nulla est mali conscientia: utique ὅσιος, ἅγιος, εὐαγὴς, καθαρὸς, ut ait Bud. vel ἀναίτιος, ἀμίαντος, ἄχραντος, ut reddit Germanus: vide Macrobium Saturn. III, 3.

652. *Implorans nomine Turnum.* Ex multis rebus indicat perturbationem: quod festinans venit, quod per hostes, quod vulneratus, quod Turnum nomine appellat: nam contumelia est nomine suo supe-

653. Ecce quid implorabundus diceret ad Turnum: brevissime omnia, ut in arcto; et quamvis brevissime, dissolvit tamen argumenta omnia, quibus Juturna fratrem a muris avocabat. « In te salus contra Ænean, qui fulminat; qui minatur dejectionem urbis, immo excidium : mihi non credis, crede incendio, ecce flammas volantes ad tecta; Latini in te unum oculos, et ora convertunt destituti omni alia spe: quia dixerat, *in te salus.* Quid vero Rex Latinus? mussat secum versatque dubitabundus, tene, an Ænean generum advocet? tuisne, an Æneæ fœderibus et pactis se dedat? »

659. Occurrit tacitæ cogitationi Turni : dixerat Latinum dubitare, *quos generos vocet* Turnus posset cogitare, restare Amatam sui studiosissimam: occurrit etiam huic: illa, quæ tui fidissima, jam occidit, et sua ipsa manu.

661. In tantis rerum angustiis, duo tantum duces rem Italiæ sustentant Messapus, et Atinas: circum hos, phalanges hostium densissimæ; mucrones ferrei ad horrorem nudi, hique confertissimi; nam instar segetis. Tandem Saces post atrocissimos nuntios absolvit, *tu currum deserto in gramine versas?* ubi *tu* ἐμφατικῶς, expendente Donato : tu cujus nuptiæ aguntur, pro quo Italia tota dimicat, qui adesse præ cæteris debuisti; contentus es, si per extremam aciem erres, ubi nullus pæne hostis, et deserta omnia.

665. Ingens est poeta in his quatuor versibus; affigit enim Turno tot affectus ad explicandam illius animi σύγχυσιν; et ideo tot, quia multa nuntiata: primum omnium *stupor* hominem invasit a confusa et multiplici *rerum imagine;* ab hoc stupore sequitur *obtutus tacitus*, quo *stetit :* deinde *æstuat ingens pudor in imo corde*, ut qui audierat, *tu currum deserto in gramine versas?* tertio adest *insania* ab prædicata hostili virtute verbis magnificis, quibus dictus Æneas *fulminator :* quarto est *luctus* ex indigna Amatæ morte : quinto *amor*, isque *furiis agitatus*, ab desperatione nuptiarum Laviniæ: sexto demum stimulat hominem *virtus conscia;* nam *creditus* voluisse aut fugere, aut detrectare singularem congressum cum Ænea. Vide lib. X Æn. supra, pag. 130, et vol. IV, p. 186.

669. Vocat *umbras* affectus varios, quibus mens oppressa: *lucem* recuperationem mentis, qua ad se rediit: ergo, ut se collegit ab tot affectibus, una permansit ira, qua indignabun-

riorem vocare : sic in Georgicis; « mater, Cyrene mater » ; quum præmisisset; « et te crudelem nomine dicit. » *Serv.*

us, et *turbidus ardentes oculos torsit ad mœnia, et urbem respexit.* Notetur signatissima circuitio, *oculorum orbes*, quia *torsit.*
672. Accessit nova doloris, et irarum causa ex visis flammis, æ undatim et vorticosæ tabulata turris invaserant, quam ırnus ipse ex trabibus compegerat eduxeratque in miram itudinem, subditis rotis, ut facilius posset trahi ad ea :a, quibus hostis instabat, substratisque pontibus ad usum opugnatorum.
676. Pro explicatione sint verba ista Scaligeri lib. 3. Poet. p. 20: non dejecit animum rei difficultas, sed inflammavit : enim viri fortis proprium, nullum vel fatum, vel fortum detrectare, etiam deteriorem : idcirco fata superant; ne ɔreris me; sequamur quo Deus vocat, quo fortuna, etiamsi ıra: sed quæ hæc *dura fortuna?* audi : *stat conferre manum neæ :* deinde; *stat pati quicquid est acerbi* : at quomodo *ti? morte* inquit; ut profecto, addit Scaliger, quoties ea le-, horror animum occupet; deinde impellat ad idem agenım : atque etiam quasi in ipsa statuat actione, adjicit; *nec e indecorem germana videbis amplius.* Sed quid illud? *hunc, o, sine me furere ante furorem.* Servius ita ait: « Est sensus, ıe bellicum furorem furere scilicet priusquam ad Ænean niam, sine ut pugnam mente concipiam, et instructus furore l bella prorumpam. » Non placet istud de pugna concepta mente: certe *furorem* vocat impetum illum invadendi Æneæ, ıum suspicetur se moriturum : et quidem is suspicatus certe t ab illis, *stat pati morte omnem acerbitatem :* ergo ait; priusıam moriar, sine me furere; sine me in hostem ruere; abıte a mora : est enim maximus furor ruere ad voluntariam ıortem, et ad hostem, ubi nulla est spes victoriæ; sed certa ıortis exspectatio.
681. Sequitur jam furor, quem furit : nam desiliens e curru d mortem convolat *per hostes, per tela, per agmina*, et *cursu ıpido*, ac deserta sorore, quæ id temporis remedium erat nicum. Vide, an vere insaniat?
684. Illustrissima comparatio : saxum ruit de monte; Tur-

674. *Turrim.* De hac belli mahina otiosum loqui in tanta luce : criptores *ambulatoriam* vocant : ɔeta hujus *βάσιν* satis notavit per ıtas. Credo hujus usum nullum fuisse in antiquo ævo Heroum, sed poetam respexisse ad posteriora tempora. *C.*—*Quam eduxerat ipse.* Scilicet quod ei majorem creabat dolorem. Graviter enim dolemus, si perire videamus illa quæ fecimus : *Eduxerat* autem, in altum fabri-

nus desiluit curru : saxum cum nocumento ; nam *sylvas, armenta, viros;* Turnus cum ingenti strage *pe* *agmina.* Concurrunt causæ multæ convulsi saxi, scilice *imber, vetustas:* multa quoque Turnum impellunt a præcipitantiam, *pudor in corde, insania cum luctu, am* *sus, virtus conscia:* demum avulsus scopulus *exsultat so* quam gloriose victor, et nihil timens: Turnus audacis locum illum venit, ubi major conflictus, tanquam i meat: exsultat enim inter hastilium stridores, et ub sanguinis fusa copia.

692. Vix accessit, quum manu significavit, et ore i vit ad Rutulos, ut ferro parcerent; ad Latinos, ut te berent; suam esse, non illorum, eam fortunam; luend fœdus, decernendum ferro : parent; discedunt; dant s Est *fœdus luere*, luere pœnas fœdere constitutas in tra sores fœderis. Notetur illud, *magno ore*, pro, voce i nihil enim triviale Maro.

697. En jam summa votorum Æneæ, Turno occur rem decernere singulari certamine: ergo, ut adesse T audivit, statim muros et turres deserit, quas oppug abrumpit incepta bella; omnia præcipitat; lætitia e immo horrendum in modum armis intonat in miseru num. Expendit locum istum Scal. lib. 3. Poet. cap. 12. que ad magnanimitatem, quæ nihil sordidum patitur: l jam pæne Æneas expugnatam urbem; et tamen vic pæne e manibus deserit, ut cum hoste fortissimo congre et prælio quidem ancipiti : itaque, audito tantum n omnia omittit; et postponit certam victoriam incertæ fo

701. Adverte, Lector; poeta comparaverat Turnu parte montis, videlicet cum rupe avulsa de montis v ecce jam Æneas, qui virtute Turno multo præstantio cum montis parte comparatur, sed cum monte integro: cum tribus montibus, ut scias ab Ænea tantum superari

cando sustulerat, ut alibi, « Cyclopum educta caminis. » *Serv.*

701. *Quantus Athos.* Hæc est vera lectio. *Athos* autem mons est adjacens Thraciæ, circa Lemnum insulam, in promontorio Macedoniæ. — *Eryx.* Siciliæ mons supra Drepanum oppidum.—*Pater Apenninus.* Est *Pater* nomen rel inde Neptunus, Apollo, J dicti Patres: ergo, quia religiosi veteribus, ideo Apenninus » : sic quia et tl ligiosi, « da nunc, Tybri l referri et attributum potes jestatem, dignitatem, hon

ı pars montis a tribus montibus : ergo, quanti Athos, x, Apenninus ad auras insurgunt, fremuntque ilicibus; tus Æneas exsultat, intonat.

o4. Itali qui oppugnabantur; Trojani, tam illi, qui muros :enderant, quam qui ariete imam partem pulsabant, om- ab armis cessarunt. Latinus vero stupuit, ita rem fato tigisse, ut viri diversis orbis partibus, Asia et Europa ge- , inter se coïrent decertaturi ferro ac singulari certamine, regno Italiæ, de nuptiis Laviniæ.

10. En jam singularis ille congressus magnorum ducum, › destinatus; fœderibus confirmatus; toto hoc libro promis- ; ab Ænea expetitus; a Turno non denegatus : recedunt :ri; ipsi in campo apparent; procurrunt contra se; hastas ıjiciunt; clypeis deinde et gladio rem gerunt; tellus inge- ; ictus crebros congeminant ensibus, fors Turni atque eæ virtus in unum miscentur. Expendit Scal. verbum *con- ünant:* nam præpositio et auget sonum, et duos signat.

15. Pulcherrima comparatio taurorum, qui in montibus, ı vel Taburno, inter se concurrunt in prælia; ac tum pasto- absistunt pavidi; reliquum pecus metuit; juvencæ pen- ıt, quis futurus victor, quem ducem secutura armenta. id vero tauri duo in tanta spectatorum turba? pugnant › gloria : nam et sibi vulnera infligunt, misti acri pugna; ı sunt cornua, quæ sibi infigunt quisque in alterum obni- s, copiosissimo tunc fluente sanguine, ac toto nemore ad tos illorum ictus commugiente.

'23. Tales puta Ænean et Turnum : tauri *incurrunt frontibus; concurrunt clypeis:* ad taurorum incursum *gemitu nemus ne remugit;* ad horum concursum *ingens fragor æthera com- t:* tauri in pugna *miscent inter sese vulnera vi multa;* illi *con- ıinant ensibus ictus crebros :* tauri *obnixi infigunt sibi cornua;*

10. *Æquore campi. Æquor* di- ır, quia locus, ubi prælium com- ttitur, æquus esse debet : ne hos- hostem loci opportunitate su- et. Xenophon : ἐν τῷ ἰσοπέδῳ ϛαι : ita Æn. X, « socii cesse- t æquore jusso » : item : « me- m procedit in æquor » : eumdem ım alio modo *purum campum* t; silvis, arbustis, aut lacubus ime interseptum : infra vs. 771.

715. *Ac velut ingenti Sila sum- move Taburno. Sila* mons est Lu- caniæ : *Taburnus* mons Campaniæ. Sallustius de fugitivis, « In silva Sila fugerunt. » Unde pessime qui- dam *Sylva* legunt : quia proprium appellativo non potest exæquari : unde bene proprium pro proprio junxit. *S.* — De Sila nemore Brutio- rum, vide Pierium, et Fabricium, et Ortelii Thesaurum Geographicum.

16.

illi *invadunt Martem clypeis, atque ære sonoro:* in pugna taurorum *magistri cessere;* in pugna Heroum *discessere omnes medii, spatiumque dedere:* ibi *magistri pavent;* hic *Latinus stupet:* ibi *pecus metuit, juvencæ mussant;* hic *Itali, Troes, Rutuli et Lavinia convertunt oculos* præ metu eventus.

725. Hoc puncto temporis, videlicet, priusquam uterque hostis infligat lethalia vulnera, inducit in cœlo Jovem æquantem manu lances, in quibus ponit fata Æneæ et Turni, ut videat *quem damnet labor*, id est, *a quo frustra labor suscipiatur;* quod scholion Scaligeri est, et præferendum Servianis explicationibus: et quidem poeta sese explicans addit, *et quo vergat pondere lethum.* Vide notas vol. IV, p. 363.

728. Quærat aliquis, cur poeta non dixerit, Jovem velle examinare, quis bello futurus melior et victor: sed, quis deterior, et victus, ac frustrandus labore? En ratio: positurus initio Turnum frustrandum labore, voluit vicinas res conjungere: quasi dicat; imposuit Juppiter lancibus utriusque fata, ut sciret quem labor damnaret, et damnatus statim Turnus est, frustraque ab eo suscepta opera in Ænean. Ergo ait, statim Turnum insurrexisse toto corpore in ensem, percussisseque Ænean, exclamasse Trojanos, Latinos timuisse, utramque aciem se arrexisse: in illo vero illati ictus ardore, ensem fractum, ut erat perfidus et parum probatus, ac loco gladii, quo se sensit deseri, fugam fuisse: itaque pro armis fuit fuga: etenim *fugit ocyor Euro,* ut vidit se inermem; ac suum non esse gladium, quo rem gerebat. Expende hic quatuor: cur Turno datur ordo primus feriendi, qui videbatur dandus Æneæ fortiori? quia ita explicata audacia juventutis, quæ ætas cupida est ostentationis: deinde, cur ad ictum Turni trepidi sunt Latini, qui videbantur lætaturi? quia hoc ipso timuerunt acrem ictus vicem, et audaciam illam non futuram impune: tertio, cur inducitur ensis fractus; videtur enim hoc contra Æneæ gloriam? immo, pro illa, ut videlicet locus detur resumendi Vulcani teli, quod Turnus quoque habebat, et ita paria essent arma: quarto, cur Turnus elabitur fuga præcipiti, nec locus datur Æneæ ad feriendum? consultissime, ut mors Turni differatur ad libri exitum, adhibeaturque reliquus tragicus apparatus, qui superest: nam si Æneas statim feriret, bellum, ut erat potens virtute, absolveret; non enim esset ex decoro Æneæ ictum alterum ab eo exspectare. Qui putant ista ad explicationem magni Vatis non pertinere,

nt, ἄλογοι, ἄμουσοι, εὐήθεις: neque vero te longa expli-
fessum reddiderit, ut non audias Scaligerum ita scri-
lib. 3. Poet. c. 27. « Antequam dicat ensem fractum,
onsurgit, et alte, et toto corpore, et ferit; et narratio-
errumpit clamor utriusque exercitus; et tu pendes!
aro vere poeta est. » Hæc ille.

)ixerat *ignotum capulum;* reddit rationem, quia vide-
rnus, dum festinabundus in currum insiluit post fœ-
:ussum, cepit gladium Metisci pro suo, qui gladius
eliquos valuit Trojanos; ut vero Æneæ arma tetigit
ı a Vulcano, futilis esse apparuit.

)ixerat supra, *ni fuga subsidio subeat*, et *fugit ocyor*
:plicat jam fusim hanc fugam nominans diversa æquo-
, et orbes quos fugiendo implicabat, sed nullus illi
em locus: nam *Teucri* et hi *addensati;* deinde *palus;*
vasta; tertio *mœnia*, et hæc *ardua* locum cinxerant:
que inclusus miser Princeps.

)uid tunc Æneas? quamvis accepto vulnere in genu
ulneris mentio initio hujus libri) tardaretur; tamen
n insequebatur, et eo furore, ut pede etiam premeret
s pedem.

'ulcherrima comparatio: solet *canis venaticus*, *nactus*
instare illi *cursu et latratibus;* nactus scilicet *cervum*
ı hinc *flumine*, inde *formidine pennæ puniceæ*. Notes,
em canem, esse Ænean: cervum, Turnum: flumen,
paludem: venatoriam formidinem, densam Teucro-
onam: itaque, ut canis urget cervum inclusum flu-
formidine: ita Æneas Turnum palude, et corona mi-

)uid tunc cervus? *Territus insidiis*, id est, formidine;
:*lta*, id est, flumine, *fugit et refugit vias mille;* nam de
lixerat, *implicat orbes incertos nunc huc, inde huc:* at
ividus hæret hianti ore; et aut *jam tenet*, aut *similis te-*

æptum formidine pennæ. in venatione lineam sig-ario plumarum nexu dis- qua terrentur apri, vul-i, ursi; sed potissimum :. Nemesiano libr. Cyne-ı dicitur. Oppianus lib. :nat. δειμαλέην μήρινθον, id est, *lineam formidolosam* appellat, et δεῖμα πολύχροον, id est, *formidinem multicolorem*. Ovid. « Nec formidatis cervos includere pennis. » Georg. III: « Puniceæve agitant timidos (cervos) formidine pennæ »: Turneb. V, 5.

753. *Umber.* Generosi canes in-

nenti, id est, quasi jam teneat, *increpuit malis*, ac d
et ideo *increpuit*, quia non vere momordit, immo e
inani morsu. Sic Æneas Turnum *insequitur*, et tantu
pedem pede, nondum nactus hominem ad plenum ic
his versibus ait Scaliger: *Exacta, venusta, grandis,*
numerosa, florida locutio, cujuscunque theatri exspect
superat.

756. Ad cervi fugam, ad latratus canis *exoritur clam*
torum hortantium; proximæ *ripæ et lacus responsant*
echus replicatilem vocem, et *cœlum omne tonat tumu*
tanquam tonitru.

758. Redit ad Turnum, qui *fugiens* suos *increpat et q*
vocans nomine, ensem notum efflagitat: quippe modo
ignotum capulum.

760. Æneas contra neminem sinit accedere, min
tum præsentissimum exitium, si quisquam accedat
Turno auxilium, tum majoribus minis agit; ait enim
surum urbem: itaque et privatum cuique, et commun
bus malum minitatur.

763. Absolvit tandem, aitque, orbes quinque repeti
su et recursu; quia videlicet non petebantur præmi
aut ludicra; sed certabatur *de vita Turni et sanguine.*

766. Describitur oleaster ab religione et usu: ab rel
nam *sacer* et *Fauni*: ab usu, nam *nautæ servati ex un*

digitari solent ab regionibus ubi nati; sic Spartani, Cretenses, et mille alii. Sic ego *Umber* ab Umbria Italiæ. Servius *Thuscum* accipit, quia Umbria pars Thusciæ. Seneca in Thyeste: «Sic quum feras vestigat, et longo sagax loro tenetur Umber.» *Cerda.*

754. *Jam jamque tenens.* Ita ut videatur intuentibus: et hi duo versus verbum ad verbum sunt translati de Apollonio: sane summa brevitate rem elocutus est. *S.* —Ovid. Met. lib. I; et Stat. Theb. V.

766. *Sacer oleaster.* Fere omnia Latina arborum nomina generis fœminini sunt, exceptis paucis, ut ***hic oleaster*, et *hoc siler*.** Ipse, «ut

molle siler lentæque ge
hoc buxum; licet et *hæc b*
catur: nam superfluam qu
lunt facere discretionem
buxus de arbore dicamus
vero de ligno aliquid com
legimus enim de tibiis, «B
vocat Berecynthia matris
Item quum de arboribus
«et torno rasile buxum.»
Oleaster. Docet Turneb. V
testimonio Theophrasti,
Virgilium ad Græcorum ri
in oleastris votiva dona sus
solebant, ut vivacissimis
bus, nec clavorum aculei
ribusque lædi solitis: und
tæ, «Palladia silva vivacis

bant ibi dona figere Divo Laurenti, id est, Fauno, et *votas vestes suspendere :* sed *Teucri nullo discrimine*, id est, nullo religionis intuitu et observantia *sustulerant sacrum stirpem :* ratio, *puro ut possent concurrere campo.*

772. Æneas ergo, quum hastam adversus Turnum conjecisset, illa delata in oleastrum hærebat forti morsu ; illam Æneas voluit convellere, ut telo assequeretur, quem cursu nequibat. Quod ut Turnus vidit amens præ formidine, Faunum precatur, ut misereatur sui; Terram, ut ferrum teneat: quasi dicat; pro me state, et contra Ænean : pro me, qui *semper colui honores vestros :* contra Ænean; nam *Æneadæ honores vestros profanos fecere :* idque *bello;* quia ad usum belli erutus est ab illis oleaster sacer.

780. Auditus Turnus est ab Fauno ; nam luctatur Æneas et diu, et nequit convellere, quia lenta radix : in ea mora, ecce Juturna conversa iterum in Metiscum, dat ensem fratri proprium : indignata Venus id Nymphæ licere, accessit ipsa, et revellit telum ; illi itaque resumptis armis, refecti etiam animis, qui armis amissis veluti torpuerant, redeunt ad certamen, Turnus gladio fidens, Æneas hasta acer, atque arduus, id est, gloriosus.

791. Spectabat id temporis de nube pugnam Juno avida tuendi Turni; illam Juppiter adit, et alloquitur.

793. Hæc oratio tota destinatur ad imperium Juliorum, quod pendebat a victoria Æneæ. Exorsus orationis est a tædio ipsius Jovis jam longo bello fatigati : *quæ finis*, etc., *quid restat?* etc. Statim ut Junonem amoveat ab inani studio et spe, qua hæret in nubibus, ait, fatale jam esse, ut Æneas sit Deus indiges, rapiendumque in cælum, ut colatur tanquam Deus, quod et Juno ipsa sciebat; et se scire fatebatur : ergo si ipsa scis futurum Deum, et hoc a fatis didicisti, *quid struis?* quæ tua inanis et vere gelida spes, non minus ac nubes sunt gelidæ, in quibus *hæres?*

797. Proponit illi deinde ante oculos, quæ Juno ipsa et contra decorum fecerit, et contra fata : contra decorum; nam non decuit Ænean Divum futurum violari mortali vulnere : contra fata; nam redditus est Turno ensis, qui prius ereptus, ut ita vis victo cresceret : quum ait *ereptum ensem*, satis indicat, non tam præcipitantia Turni id factum, quam Deorum voluntate et fato. Atqui id Juturna fecerat : vere, sed (*quid enim sine te*, Deorum maxima, *Juturna* Numen inferius *valeret?*)

tu verius, quam illa, fecisti: ergo, si te agentem cont corum et fata ego ipse pertuli, cur non tu tandem infle meis precibus? cur non jam desinas? cur te magnus dolor, et quidem tacitam? immo *tristes tuæ curæ recurs me sæpe ex dulci tuo ore;* id est, age mecum, ut conjux e conjuge; deferque àd me querelas tuas et curas, ut s qui vere amant: hæc enim res mihi erit dulcissima.

803. Post peramicam admonitionem, jam tandem Ju cum imperio, ne sit locus tergiversationi, et quasi rati reddat tantæ severitatis, cum qua imperat, proponit quæ fecerit ipsa contra justum et fas: agitasti Trojanos et mari; accendisti infandum bellum; deformasti do Latini tot funeribus; miscuisti nuptias luctu et sanguin cisti tot atrocia, me dissimulante: quid ergo mirum, s severe imperem? *ulterius tentare veto.* Ad tam grande i rium Juno vultum submisit; atque ita futuræ orationis tum ostendit.

808. Non *voluntas*, sed *voluntas magna*, videlicet ad si dum grande illud imperium, *ulterius tentare veto:* ergo a no, quum scirem, te non leviter id velle, *reliqui Turni terras*, quamvis *invita.* Respicit in hac abitione ad illud, præcessit in hoc libro; *sic exhortata reliquit incertam:* ad ut Jovis animum demereatur: an, nisi tua voluntas, p tot indigna? sederem otiosa in hac nube? annon potius mis cincta in ipsa starem acie, et Teucros traherem in clades belli?

813. Fatetur jam Juno quæ fecerit in gratiam Turni; a quæ non fecerit; nam hæc duo Juppiter objecerat. Fec Juturna succurreret *fratri*, et *misero*: utrumque ἐμφατικῶς: cui subveniendum, si non fratri, et in miseria? et *proba majora auderet pro vita* fratris: respicit illud; *tu pro ger si quid præsentius audes*, id est, si quid majus et maximu confessio: sequitur abnutus: ut ipsa Ænean percuter in acie se ostentaret, minime suasi: ipsa, me non jub fecit sagittam ab incerto mitti: firmat hoc juramento pa Stygiæ, quod unum superest Diis immortalibus, aliis a tis: nec solum firmat juramento, sed et re ipsa: nam, *et cedo equidem, pugnasque exosa relinquo.*

810. *Aeria sede.* Nubem dixit, quia supra dixerat, « fulva pugnas de nube tuentem »: nam et hoc accusaverat Juppiter. Ergo mento verisimili utitur, qu cat, non faceres solum ut s

819. Postquam jam satis demeruit conjugem, petit, ut Trojæ et Trojanorum nomen aboleatur; persistat Latii, Albæ, Romæ. Sed quibus rationibus expugnat Jovis animum? Prima; *hoc nulla fati tenetur religione:* est ergo in tua potestate; et tu quidem semper prætendis fata: hic non potes. Altera; *pro majestate tuorum;* nam qui magis tui, quam pater Saturnus, qui ab suis latebris Latio nomen indidit? Tertia; nonne connubia, quæ felicia esse vis, et fœdera, quæ æterna, fœdabuntur, si Latini mutent nomen, vocem, vestes? quippe pro his tribus anxia est Juno: vult enim, præter nomen, retineri etiam vocem patriam et Latinam, nec ut Asiatica lingua inducatur: ut vestes etiam, ne exotica et mollia Asianorum indumenta Italiæ virtutem labefactent, ideo adjicit; *sit Romana potens Itala virtute propago.* Quarta demum ratio: jam *Troja occidit;* cur ejus nomen reviviscat?

829. Juppiter Junoni risit; immo *subrisit*, in quo blandulum quiddam et uxorium. Sequentes duo versus hanc habent sententiam: « retines iras, volvisque illas diu sub pectore, tanquam fluctus, tum quia germana es Jovis, tum quia Saturni post me filia. » Innuit videlicet nobilissimos et vere regios animos retinentissimos esse irarum: sed huic rationi obviam it, quod sequitur, *verum age*, etc. Quasi dicat Juppiter; possem ego quoque esse implacabilis; sed vide, ut dem quod vis; ut victus et volens remittam: tu ergo meo exemplo *furorem inceptum submitte*, quum præsertim *frustra* inceperis; nam fatis pugnantibus.

834. Petiverat Juno nomen vetus retineri; patrium sermonem; patrias vestes: concedit omnia Juppiter: primum illis, *utque est, nomen erit*: alterum illis, *tenebunt Ausonii sermonem patrium:* tertium illis, *tenebunt patrios mores.* Trojani vero, addit Juppiter, dabunt Italis res duas, videlicet corpora ad nuptias, et ritus sacrorum; juxta illud Æneæ in fœdere, *sacra Deosque dabo.* Demum adjicit, *faciamque omnes uno ore Latinos:* ac si dicat; petiveras nomen vetus retineri, et sermonem veterem; plura do tibi; nam faciam, ut victores nomen amittant suum, et sint Latini, ideo *faciam omnes Latinos:* ut linguam amittant suam, *faciam uno ore:* ergo tantum abest, ut mutent

trix essem, sed ipsa rem gererem. *Serv.* — Vide vol. IV, pag. 371.

826. *Secula.* Si etymon sequaris, adimenda est diphthongus: nam *secula* dicta a *sequendo*, ut *tegula* a *tegendo*, *regula* a *regendo*. Cerda.

nomen et sermonem victi, ut etiam victores ipsi utrumque mutaturi sint.

838. Dixerat, miscenda corpora : jam divinans ait, ab hac mistione futurum genus, quod vincat homines reliquos, quod adhuc Deos ipsos pietate superet : ut vero demereatur Junonem, adjicit, ab hac gente eam impense colendam.

841. Annuit Juno omnibus, et mentem retorsit a favendo Rutulis, læta de honore suo; excessitque inde, nihil jam bella curans, nec se præbens spectatricem. Ecce, quo reciderunt immensæ Junonis iræ! sopitæ omnes sunt una Jovis voluntate : innuit certe poeta, nihil supra Deum esse.

843. Magnum decus in omnibus : vide quo verborum lenocinio Junonem averterit a faventia Turni; quippe uxorem. In depellenda Juturna res longe alia, quippe terrestri Dea : inde de illa *dimittere*, ut quam habeat contemptui.

845. Dicit, duas esse Pestes, cognominatas Diras, quas uno partu (ideo *geminas* vocat) una et Megæram Nox edidit : describit utique tres Furias, quæ dictæ Alecto, Tisiphone, Megæra : has poeta canit incinctas serpentibus, et alis ornatas : illis ad noxios mulctandos; istis ad celeriter exsequenda Jovis mandata.

849. Describit harum munus : sunt enim apparitores Jovis, quum ille sævus contra mortales est; adstantque ad illius limina, terroremque afferunt mortalibus, quoties ille molitur lethum, morbos, bellum. Vides, ut breviter poeta descripserit tres Furias a natalibus; nam filiæ Noctis : ab apparatu; nam cum serpentibus et alis? ab officio; nam apparent ante solium Jovis, et ad ejus limen : et ab affectis? nam afferunt lethum, morbos, bellum.

853. Harum unam (non explicat, quæ ea fuerit) celeriter ab cælo mittit, quæ Juturnæ (contra quam hæ machinæ) omen visa afferret.

855. En jam cur dederit *alas ventosas*. Furia quippe *volat*, quam diceres delabi ad terram instar turbinis celerrimi et procellosi, quia semper Furia cum nocumento. Adhibet comparationem, ut explicet tum celeritatem, tum nocumentum : solet sagitta impelli a Parthis, aut Cydonibus ita celeriter, ut umbras transiliat incognita; eaque cum felle venenato atque immedicabili. Talem puta Furiam, quæ e cælo delapsa in terram est, tum cum alis ventosis, tum cum venenatis serpentum spiris, et *venenis Gorgoneis*.

Jt primum furia terras attigit, stetitque e regione agurni, collegit vastam illam formæ magnitudinem in parvam illius volucris, quæ sero canit importunissiin bustis mortuorum, aut in culminibus vivorum, rtis. Servius noctuam intelligit. .

rum canit. An *serum* hoc *triste*, et *luctuosum*, ut et alii interpretes? Non am lib. V; « Seraque terierunt omina vates »; id omina ex mente interquem tamen locum ego :ipio. Ut vero ibi non nt interpretes, ita neque *rum* capio de tempore, noctua; nam sero canit. beo Apuleium Florid. II, sunt: « Non enim mihi ia id genus orationis larit natura quibusdam avi:m et temporarium canımodavit, hirundinibus n, cicadis meridianum, erum, ululis vespertionibus nocturnum, gal:anum. » Roges: si temit, quod hoc tempus? ı poeta signari extremam ei, et jam fere appetenm, cum lux se extenuat entes tenebras. Itaque, gilio capiunt *serum noc*abeunt: nam *serum* proxtrema pars diei, id vipus, quod vicinum noc. Georg. I: « Illic sera :cendit lumina vesper. » illust. in Catil. 8; et Liv. dixere *diei serum*, nihil ant, quam tempus nocti ı. Sed efficio rem hanc uleii loco; in quo prodiem dividit in tres paroctem in totidem. Diei ıt *matutina*, *meridiana*, *sera*: noctis, *vespertina*, *nocturna*, *antelucana*. Ergo pars *matutina* opponitur *vespertinæ*; id est, incipiens dies incipienti nocti. Vesper enim non est extrema pars diei, ut plerique volunt, ne dicam omnes: sed prima pars noctis, quum jam sunt tenebræ: nam hoc tempus dictum ab stella vespertina; hæc autem non apparet, nisi in tenebris. Pars *meridiana* opponitur *nocturnæ*, id est, mediæ nocti, ut explico. Demum pars *antelucana* parti *seræ*, id est, pars ante diem parti ante noctem. — *Canit importuna per umbras.* Hæc verba videntur evertere superiorem explicationem: nam importunus hic cantus, et per umbras, quid est aliud, quam cantus in longam noctem productus? Expedio facile: certe Maro et Apuleius tempus signant, in quo occipit cantus: nihil autem vetat diutius deinde hoc protrahi obtentis jam tenebris: et quidem sæpe audivi noctuam incipientem diei sero, et deinde perseverantem ad multam noctem. Sed esse potest alia explicatio, ut *importuna* hoc loco sit luctuosa, et tristis. Illustrat hanc notam idem Apuleius; præcedentem clausulam hæc consequitur: « Canunt carmine galli expergifico, bubones gemulo, ululæ querulo, noctuæ intorto, cicadæ obstrepero, hirundines perarguto. » In quo *intortum* explico *importunum*, *luctuosum*, *triste*; vere cantum, qui nos *torquet*, et vexat; qui nos *διανύει* veluti ἐν βα-

865. Tum dira avis se ad Turni ora sæpius objecit, et cum insonante alarum strepitu, queis clypeum everberabat: a quo monstro statim in Turno torpor *novus*, id est, ingens ex formidine; arrectio comarum, ex horrore; vox hærens faucibus: ex metu.

869. Prodigium hoc destinatum ad dimittendam ab armis Juturnam; præcessit enim, *Juturnamque parat fratris dimittere ab armis*: consequens ergo, ut illa prodigium agnoscat, adhuc ante fratrem; tum etiam, quia Dea; et agnovit quidem ex r duplici, ex *oris stridore*, ex *alarum sonitu*. Ad hanc agnitionem sequuntur tres doloris notæ, in crinibus, in facie, in pectore: illos solvit et scidit; illam fœdavit unguibus; hoc percussit pugnis.

872. Sequitur oratio Juturnæ plena affectuum et conquestionum, ac tota pathetica: præmittit duo: primum, *quid nunc te tua, Turne, potest germana juvare?* Alterum; *Aut quid jam miseræ superat?* His præmissis. primam partem orationis dirigit ad primum illud; alteram ad illud alterum: ergo ait: non possum te, frater, juvare, quia nequeo morari tibi vitam; nequeo me opponere huic monstro, ideo acies linquo: ne me volucres terrete timentem; jam vos agnosco et alarum verbera, et lethalem oris stridorem: scio hæc esse jussa Jovis, ut ab armis discedam: desinitque hanc partem in miram ad Jovem apostrophen, *hæc pro virginitate reponit?* en primum illud. Sequitur alterum: quid superest mihi miseræ? nam cur habeo æternam vitam? cur negata est mors, nisi ut in æternum doleam? si essem mortalis, finivissem dolores; irem una in infernum cum fratre misero; desinitque hanc partem in miram ad fratrem apostrophen: « quum ego, o frater, immortalis sim, nihil mihi erit dulce, neque ipsa immortalitas sine te uno. » Inde erumpit in affectum ingentem; cupit quippe dehiscente terra demitti una cum fratre ad imos manes. Hæc pro tota oratione: expendo jam aliqua, et aliqua explico: *superat mihi*, pro, superest, tritum poetis: *lucem* pro vita: *talin* pro taline? *monstro*, id est, augurio monstranti exitum dirum: *ne me terrete timentem*; timueram jam ego; vos terrorem additis, quod dirius: *alarum verbera nosco*, refertur ad illud, *agnovit alas*: et *lethalem sonum*, ad illud, *ut Diræ stridore*

σανιστηρίῳ. Qua notione Plinius in Epist. « Remitte aliquid adolescentiæ ipsius, remitte lacrymis, remitte indulgentiæ, ne torseris illum, ne torseris etiam te. » *C.* Vide var. lect. et not. T. IV, p. 3

agnovit. Dicit *superba jussa* proprie, quia supra omnes Deos Juppiter: *hæc pro virginitate reponit?* ut fratrem amittam: satius fuisset, solam amittere virginitatem : uni malo aliud addit : *quo vitam dedit æternam?* ut æternum doleam : non ergo jam munus : *misero fratri*, æque de fratre ac de se loquitur; nam de se, *quid superat mihi miseræ?*

885. Verba sequutus est gemitus, atque abitio : inde et *multa gemens* et *condidit se alto fluvio :* nam Dea fluviorum; et *contexit caput amictu glauco,* nam glaucæ sunt undæ, quibus tecta est: qui cogitant alium amictum, qui sit dictus glaucus, propter undarum similitudinem ἄτοποι.

887. Quæ sequuntur deinde usque ad mortem Turni plena sunt magnis affectibus, et verissime τραγικά. Vide hic Ænean instantem contra Turnum, et coruscantem telum, quæ omnia formidanda : et quia dux ipse est *ingens*, ideo telum est *arboreum:* accedit sævities in ore, verius in pectore; quippe collecta ab tot fandis infandisque, quæ præcessere in hoc bello.

889. Sequuntur verba Æneæ ad Turnum, potius minæ, et tonitrua convenientia fulmini, id est, telo, quod statim in illum jaculaturus. Et notes, nunc primum habitum sermonem Æneæ ad Turnum; nunquam hactenus in præcedenti Æneide: sermo est sævissimus, ut qui præcidat misero Turno omnem salutis spem, quæ nulla in fuga, ideo *cursu:* nulla in dolis, ideo *verte omnes tete in facies:* nulla in virtute, ideo *contrahe quicquid sive animis:* nulla in militari doctrina, ideo *sive arte vales:* nulla in ipso cælo, ideo *opta ardua pennis astra sequi:* nulla in ipso inferno, ideo *clausumque cava te condere terra.* Inde efficiatur primum illud, *sævis certandum est cominus armis,* et non *cursu*, quia scilicet ipse Æneas vulnere *tardus.*

894. Quassat Turnus caput, quæ nota est indignationis, et tanquam hostem contemnat, terrorem suum in Deos, in Jovem confert. Sententia est duplex : vel, terrent me Dii, et Juppiter, qui hostis; vel terrent me *Dii*, et Juppiter, o Ænea, ferox hostis.

896. Vidit tunc fortasse Turnus ingentem lapidem, qui quondam positus dirimendis agrorum terminis tunc in campo jacebat : ita vero erat ponderosus, ut vix illum duodecim homines, quales nunc sunt, cervice adnixi tollerent : illud *saxum*

878. *Pro virginitate.* Pro erepto virginitatis honore. *Donat.* — *Hæc pro virginitate reponit.* Græci τὰ διαπαρθένια, munera quæ pro delibata virginitate dabantur, vocabant. *Germ.*

circumspicit ingens, saxum antiquum, ingens : ita explica : *circumspicit ingens saxum*, quod vere *ingens*, quia *antiquum* : declarat autem magnitudinem saxi τὸ antiquum, quia diu loco motum non est.

901. Hoc lapide Ænean voluit petere; quem dum rotaret, tum altius in pedum digitos insurrexit, tum cursum concitavit, ad adjuvandam his artibus virtutem ejaculantis brachii.

903. Describit Turnum, et consilio ἄπορον, et virtute ἄθυμον : carebat consilio : nam sui impos nesciebat quid faceret, an curreret, an iret, an saxum tolleret, et jaceret : carebat virtute; nam lapsabundis genibus totus frigore cohorrescebat, sanguine præ formidine congelato.

906. Inanis fuit hic jactus, talis videlicet, qualis vir ipse, qui jecerat : nam tametsi lapis volutus est per aerem, tamen *non evasit spatium totum* usque ad Ænean, *nec pertulit ictum.* Sic enim ordino, non ut Serv. qui ita, *Nec spatium evasit, totum nec pertulit ictum :* pessime; nam si *nec totum ictum*, ergo aliquem; et hoc negat poeta : lapis enim ad hostem non pervenit. Quanto est melius, *non ictum pertulit*, quia *non evasit spatium totum !*

908. Nihil potuit poeta ad hanc rem illustrius : accidit sæ-

897. *Saxum antiquum, etc.* Anaphora ejusdem dictionis, non solum spectat ad ejus descriptionem ab usu; verum etiam ad amplificandas vires Turni quas etiam in præsenti discrimine ita acuit. *H.* — Ex Iliad. XXI, sumpta sunt; sed Noster, inquit Scal. V, 3, Homeri dictionem hoc quidem loco ditat : et plus ad rem facit, *antiquum*, quam Hom. *nigrum :* declarat enim magnitudinem; quia a nullo emotum est : et vero similius est, non esse asperum, si pro termino positum fuerat. Hæc melius noster. Illa ampliora, *campus, ager, arvum. Campus*, planitiem dicit : *ager*, tractum terræ : *arvum*, agri partem. Etiam ἴτυμον intendit summa illa eruditione : *lis* enim a limitibus. *Limes* a divisione, qui solveret dominium, et possessionem, mutata Græca vocali in Latinam tenuiorem : de quo opulentius in *libris Originum*. Etiam illud notare possumus, *Saxum antiquum* apte designare verba illa Homeri ἄνδρες πρότεροι. Hæc ille. *Taubmann.*

908. *Ac velut in somnis.* Homeri comparatio. *Serv.* — Vide vol. IV, pag. 382. Ponit parabolam, quam quisque in se expertus intelligere potest, quid Turno evenerit. Videtur eam exprimere delineationem morbi, quem Dioscor. πνιγμὸν ἐνυπνίων vocat : quum externa vis quiescentes videtur invadere, pondere urgere, gravare, et pene suffocare : quod phantasmatis genus πνιγαλίων, πνιγάμων, et ἐφιάλτης dicitur; Gallice, *cauchemar :* unde et succubi, et incubi multis emersisse videntur. Vid. Macrob. lib. I, in somnio Scipionis.

pissime, ut in somnis multa velle videamur, quæ effectu carent: videmur velle currere, aut loqui; neque currimus, aut loquimur, deficiente conatu et voce.

913. Talem puta Turnum: videbatur esse in homine virtus, sed successum negabat Furia: quid tum faceret? æstuabat, ut solent dormientes angi, et inde varii sensus vertebantur in pectore; nam jam suos Rutulos; jam urbem aspectabat; jam cunctabundus erat præ metu instantis teli.

917. Hos duos versus adnecto hunc in modum: nesciebat quo se eriperet, quia nullus illi currus ad fugam: nesciebat qua vi in hostem tenderet, absente jam sorore auriga, quæ vires suppeditabat, et confirmabat ægrum.

919. Descripsit supra Turnum præ metu hærentem: arripit Æneas tempus, sortitus fortunam, et ingentem hastam in illum cunctabundum vi plena intorquet. Illud, *sortitus fortunam oculis*, explicat Servius hoc scholio: *hunc locum* (melius diceret, hoc tempus) *ad feriendum oculis elegit Æneas, quem fortuna destinaverat vulneri.*

921. Sequitur triplex comparatio ad significandam virtutem, et robur validum, quo intorta hasta ab Ænea. Vidisti impetum, quo e catapultis et balistis emissa tela murorum saxa affligunt, et effringunt dissultantes in omnem partem crepitus et fragmina ex lapidibus, in quos fulmen incussit: volantem per aera atrum turbinem; talem puta Æneæ hastam, quæ dirum attulit exitium: nam reclusit loricam viamque aperuit per septenos orbes clypei, neque hic morata, Turni femur cum stridore pertransiit, servato vigore integro. Turnus statim, quamvis ingens, duplicato poplite in terram concidit: non aliter decuerat loqui de virtute Æneæ, deque ejus hasta; et extremo vulnere, quo mactandus Turnus, et imponendus finis huic operi tragico.

928. Is fuit Rutulorum gemitus ad cadentem in terram ducem suum, ut mons totus mugiret; nemora vocem mitte-

918. *Aurigamque sororem.* Hæc pars ducta est ab Iliad. XXII, ubi Hector tunc intellexit se moriturum, ubi prope se jam non vidit Deiphobum. Dicit *aurigam* adjective, ut Tertull. de Spect. cap. 9, « aurigis coloribus »; quem in locum vide Franc. Junium. *Cerda.*

919. *Telum fatale.* Ut in quo telo fata Turni. Itaque de Ænea, ut de Deo loquitur; nam in ejus dextra, aut vita, aut mors Turni. Simili fere encomio hastam Achillis afficit Pind. Olymp. Od. IX, vocans δαμασίμβροτον, ut quæ mortales domaret. *Cerda.*

rent : immo mons *remugiret;* nemora vocem *remittere* explicat vividius iteratum gemitum, in quem omnes c rexerunt.

929. Occurrat tibi Lector, ferocitas Turni, jactantia, quæ sparsa in præcedentibus; et confer cum statu, in qu est humilis et supplex, atque oculis et manibus precak fatetur et supplicium mereri extremum, victumque, et suis : qua confessione quid majus ad gloriam Æneæ?

931. Postquam fassus culpam et mortis meritum, ja catur pro vita, non suis meritis, quæ nulla; sed patris quæ ut sint valida conjungit cum memoria Anchisæ, u recordatione miseria Dauni emolliat animum Æneæ dicat; quid persentisceret Anchises te arrepto morte tura? Idem puta de Dauno : præclare vero animadvertit Poet. c. 27, consulto Anchisem priorem nominatum Daunum, ad majorem scilicet efficaciam precum. Qu admiratus, ita absolvit; *profecto cum Virgilio nullus a judicio comparandus.*

935. Quid vero petit? *redde me* vivum *meis* : id cert etiamsi non ausus fuerit Τὸ *vivum* proferre, ut qui caus tot cædium Trojanorum. Si nolis vivum, certe mortuu bus urget? tribus : primo, *vicisti*, quantum est, hoc de fateri! deinde, *et victum tendere palmas Ausonii videre* tum est, hoc de se aliquem fateri! tertio, *tua est Lavir*

930. *Humilis.* Corpore, id est, supplex, dejecto fastu : victoria Æneæ, quam ponit in fine operis, perficit atque absolvit cumulum laudum Æneæ : quas a principio ad finem omni artificio continuavit. *Donat.* — *Dextramque precantem.* Hypallage : nam quod est vocis dat manui, ut hoc ipso indicet, membris omnibus precabundum Turnum; itaque precatur non solum ore, sed manibus, oculis, toto corpore. Nihil enim tunc potuit majus dare. Præclare Apul. Florid. III : « Neque enim aut levi mercede emit, qui precatur; aut parvum pretium accipit, qui rogatur. » *C.*

935. *Et me Redde meis.* Ordo est, *Redde me meis* : sed ne e rem viro forti pudendam interpositione usus est, « Seu corpus spoliatum lu vis. » *Serv.* — *Spoliatum* Supra de Palamede : « nun lumine lugent. » *Lumen* a *lucem*, pro *vita* poetæ, et mel Maro, usurpant. Τὸ φ πειν Græcis in eum usum ria : ut Hom. οὔτις ἐμεῦ ζ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο· ubi ζ κεσθαι in eamdem ille part ivit poetis Latinis ad imi Lucretio quidem, cujus e voque, et mortua vita v et item Terentio, cujus vus, vidensque pereo. » C

mum hoc ad sistendam omnem iram: quasi divinia, et conjux: quid aliud vis? hæc enim est)n mea mors: ideo *ulterius ne tende odiis*, id est, :e: perinde ac si dicat: ego palmas tendo; ne e.

fere Æneas est, et nisi nova doloris causa acceparceret: itaque *stetit volvens oculos* huc illuc, , an interficeret, et interim *dextram repressit: n armis?* quia sibi et iræ temperare magna est non solum refertur ad præteritam militiam, et virtutem, qua Turnum prostravit, sed ad vic-

ubique pium proponit; etiam hoc loco, in quo am cunctabundus jam ad cædem erat precibus ;i in humero Turni balteus apparuisset Pallantis, rfecerat, assumpto ad gloriam eo insigni: dici*felix*, quia nulli domino felix; non Pallanti, a ıon Turno, qui eripuit. In illis, *bullis notis*, est ıotat enim recruduisse Æneæ dolorem, et *pueri* . doloris notam: cur dicat *balteum*, et *cingulum*, notis.

.bilis hoc loco est Virgilius: non aliter decuerat ac mitem sævire in hostem victum ac prostrais e:uviis, ac proinde revocato in memoriam et interfecti Pallantis, accensus in irarum fu)n est eripi sibi e manibus hominem indutum , eumque tanquam victimam pro amico immoomine. Hanc partem ita expendit Scal. lib. 3. Quare neque deprecantem Turnum interficit, fortitudinis partem potiorem ducat, ultionis

*erunt cingula bul*ıasmus ridiculus? st militare cinguuit utramque vo›licet Virg. Varro, ı, quod cingulum ullatum, balteum balteus proprie cinctio. Explico officium baltei: o gladius pendecingeret. Isidor. clare XIX, 35; « unde et balteus dicitur, non tantum quod cingitur, sed etiam a quo arma dependent. » Ideo utramque vocem conjungit Maro nullius doctrinæ expers. Inde et Treb. Pollio in Salonino scribit: « quum cingula sua plerique militantium, qui ad convivium venerant, ponerent hora convivii, Saloninus puer auratos constellatosque balteos rapuisse perhibetur. » — *Bulla* triumphantium olim in-

scilicet necessitudinem. Itaque ne se quidem auctorem v facere, ut alibi, *Æneæ magni dextra cadis*; sed rejicit in cessitatem, pulcherrima nempe figura etiam a Rutilio d cripta. Pallas te hoc vulnere, Pallas immolat, tanquam in rias illi pro victima, non tanquam hostem, qui bellum intu rit; non rivalem, qui uxorem petat; non fortunarum dep pulatorem, qui regno fatali arceat. » Geminatio illa *Palla Pallas*, indicat indignationem Æneæ; et *scelerato ex sanguin* quasi scelus admiserit Turnus in pueri Pallantis cæde. Ju tissimum est ergo, ut ab scelerato homine pœnas repetat etia pius: hoc enim a pietate alienum non est.

950. Ideo *sub pectore*, quia illatum vulnus in cor: solut statim morte est Turnus, et cum ingenti gemitu indigna anima fugit sub umbras inferorum. Nota oppositionem: Æne ira est fervidus: Turnus morte frigidus: ab illius fervore h jus lethale frigus: nullum pæne verbum in extremo versu no emphaticum: nimirum *cum gemitu*, et *fugit*, et *indignata*.

sanguine, dein pueris nobilibus usurpatum.

948. *Pallas te immolat*. Ad suæ mortis et abrupti fœderis ultionem, te tanquam hostiam immolat Pallas. *Serv.* — Claud. Stil. I: « Pallantis jugulum Turno moriente piavit Æneas. » Non absimile facinus Virginii apud Liv. lib. III, ubi post interfectam filiam respectans Appium, « Te, inquit, Appi, tuumque caput sanguine hoc consecro. » Neque vero dubium, quin Virg. respexerit morem, quo hostes mactabantur pro defunctis in bello, quod Plut. in vita Themist. dixit [illegible], et [illegible]: nam erant tanquam victimæ et hostiæ. *C.*

950. *Adverso sub pectore*. In p tus hostis, ita uti adversum fu totum gladium pressit. *Taubm.*

952. *Vitaque cum gemitu fu indignata sub umbras*. *Indignat* vel quia post preces veniam n meruerat: vel quia Laviniam fo sciebat Æneæ: vel quia, ut sup de Camilla diximus, discedeba juvene: nam volunt physici a mam discedere a corpore invita cum quo adhuc habitare natu legibus poterat. *Serv.* — Legen est in Excursu quinto, vol. IV, 397, censura eorum, quæ in Æn dos œconomia reprehendi possu neque forsitan abs re erit perc rere Dialogum, ibid. pag. 405.

FINIS COMMENTARIORUM OMNIUM.

P. VIRGILII MARONIS

VITA, EPITAPHIA, LAUDES,

ARGUMENTA OPERUM,

ANTIQUI INTERPRETES,

CODICES, EDITIONES ET VERSIONES.

RÆFATIUNCULA

DE VITA VIRGILII.

Virgilii multa sunt veterum Grammaticorum a, quæ, tamquam certæ et exploratæ fidei, se- t alii, aut, quibus relictis, novas ariolationes et as ita proposuere, quasi res vere gestas narra- ı quidem id agimus, ut eorum censuram nunc us, neque nobis ad omnes eos, qui, sive in scrip- erum recensu, sive proprio quodam consilio Vir- ı scripserunt, evolvendos satis otii suppetit; si ı, qui post Ruæum ac Baylium (1) nugas sub Do- ıi, ac Servii nomine venditatas rejecere, in primis ı, Wartonum, Crusium (2) excutias, multa pas- ıemorari videas, quæ, quum conjecturæ loco a viris doctis olim proposita fuissent, nunc sine ulla ıe tanquam antiqui alicujus scriptoris fide et auc- ıffulta exhibeantur. Quum de tanto poeta etiam ıut molesta aut nulla fide tradantur, cognoscere undum sit, dum modo satis explores, quo loco ıatione unaquæque narratio habenda sit; eam 'itam Virgilii, quæ sub Donati nomine circum-

:tionnaire Art. *Virgile*. n, *Life of Virgil* præf. :or. — *Warton* in ele- ganti Editione Virgilii cum vers. Anglic. — *Crusius*, *Lives of the Roman Poets*. T. I.

fertur, et ex qua aliæ vitæ a Grammaticis, modo Bucoli modo Æneidi præfixæ, concinnatæ sunt, omitti recte pc non putavimus; itaque ei annotationes subjecimus, in c bus partim firmarentur, quæ cum rerum fide tradi vi bantur, partim incerta, falsa et insulsa, vel verbo notar tur. Subjicere constitueramus Vitam Virgilii a Ruæo annos suos distributam: quum tamen multa in ea jeji tradi, alia parum acute conjectari, plurima præteriri, rumque loco aliena attexi videremus, maluimus nov vitam ad eamdem fere rationem conficere, in qua ea b viter indicata essent, quæ ad historiam sive vitæ sive rum, quoties poeta ad sua tempora respexit, accura cognoscendam facere possent. Itaque sub unoquoque a primum res publice gestas ponimus; tum ea subjungir quæ, sive in vita Virgilii, sive in ejus carminibus, ali modo cum illis sunt conjuncta.

Deinde, ut in primi voluminis præfatione, pag. polliciti sumus, vitam Virgilii Maronis, quam clarissi inter nostrates professor, Carolus *Le Beau*, perfectam dit, sine ulla mutatione referemus.

Nunc ad eam, quæ inscripta est Tib. Claudii Do nomine transeamus. Doctine hujus Grammatici, cujus men præ se fert, fetus sit hæc vita, nec ne, dubitatun a viris doctis, quum tot ineptiis illa referta sit. Quamq autem mature satis ineptire cœpere Grammatici, et D tus hic post Ælium Donatum, Hieronymi præceptoı vixit, tamen hæc ipsa narratio, nec, qualis est, ab hor docto proficisci potuit, nec tota ab aliquo plane ind Equidem ita sentio, fundum hujus narrationis deberi nato, mox tamen eam, quum passim transcriberetur, n a grammaticis, modo a librariis monachis, quorum nc quisque narratiunculam, quam fando acceperat, e

ari suo intexeret, ita esse interpolatam, ut nunc in tali
ragine plerumque dici vix possit, quid Donati fide pro-
tum sit, nec ne. Quæ res vel ex eo manifesta sit, quod
llus facile est codex, in quo non vita hæc modo ple-
is, modo contractius perscripta legatur. Ex his viri docti,
i primi Virgilium edidere, talem nobis Donatum hunc
lentur concinnasse, qualem nunc habemus. A Daniele
ılto emendatior ille fuit excusus, multa etiam emendata
Fr. Gronovii acumine, qui et plus, quam par erat, operæ
eo posuit, ut ex dicendi genere et consuetudine Ger.
ssii ad Velleium sententiam firmaret, a Suetonio fun-
mentum hujus narrationis esse jactum, cui deinde alii
ammatici sua commenta superstruerent: scilicet *Sueto-
is* etiam *Virgilii* nostri *Vitam* scripsisse existimatur. Fuit
am talis *Vita* nomine *Servii* venditata, ad quam in Serv.
mment. pr. ad Eclogas §. 24 provocatur, quam tamen
n eamdem esse puto cum illa, quæ in Danielis Editio-
, et hinc in aliis, Æneidi fere præfixa, sub Servii nomine
cumfertur: habemus Vitam aliam, quæ *Probo* tribuitur:
l nulla est, in qua non interpolatricem, aut mutilatricem
num fœde grassantem agnoscas. Quæ alii de *Donati*
ere indicarint, vide in iis, qui a Burmanno ad Antholo-
m lat. T. I, p. 369 laudantur: mihi quidem sortem mag-
rum virorum et fortunam sæpe mirari subiit, quorum
men ad multam posteritatem propagatum quidem est,
ut dignus tanto ingenio, aut tanta virtute, immortalitatis
ıctus iis tandem, qui meriti essent, contingere videre-
r; iis tamen temporibus, quum genus humanum gravibus
perstitionibus captum erat, tantum sæpe sordium nomen
ud ex contagione sæculi contraxit, ut jam illa celebritas
d inepta rerum miracula, monstra, ac portenta rediret.
n Virgilii memoriam fabulis absurdis contaminandam om-

nes monachorum tribus conspirasse videntur, qui, quum sanctorum suorum virorum memoriam tot pudendis et stultis miraculorum narrationibus fœdarent, quid mirum, si in poetæ Romani laudibus adornandis nec minus miracula, omina, prodigia, et reliquam hujus generis τερατολογίαν ad tædium usque congesserunt?



P. VIRGILIUS MARO.



Ex Manuscripto Vaticani.

Laguiche Del. *P. Audouin Sculp.*

TIB. CLAUDIUS DONATUS

AD

TIB. CLAUDIANUM MAXIMUM

DONATIANUM FILIUM

DE

P. VIRGILII MARONIS VITA.

CAPUT I.

Publ. Virgilius Maro parentibus modicis fuit, et præcipue 1
patre Marone, quem quidam opificem figulum, plures Magii cujusdam viatoris initio mercenarium, mox ob industriam generum, tradiderunt; quem quum agricolationi reique

§. 1. *Quem quidam... auxit.* Possunt hæc ab interpolatore inserta videri. Figulum patrem facit etiam Phocas v. 6.

Magii cujusdam viatoris. Magii qui avus Virgilii maternus fuisse traditur, nomen cum ceteris ineptiis malæ haud dubie scripturæ in nomine matris *Magæ* et *Magiæ* pro *Maiæ* debetur. Secundum hoc avus maternus *Maius* dictus esse potuit. Mater, quæ Probo *Polla*, Phocæ v. 11, *Polla, Magii non infima proles,* dicitur, alii viro aliquando nupta esse debuit, quum infra §. 56, *Valerius Proculus ex alio patre frater* Virgilii memoretur, quem is heredem scripserat. Neque ea, quæ de magicis poetæ artibus ex Elinandi monachi (mortuus is est circa 1227) Chronic. lib. XXVI narrat Vincent. Bellovac. Specul. hist. lib. VII, cap. 61, et auctor Append. ad Vitam S. Gulielmi in Actis SS. T. V. Jun. p. 125, aliam originem, quam modo memoratam nominis scripturam habuisse videntur. Accessit forte, quod monachi ex Ecloga VIII inprimis vss. 96 sqq. sacra magica meminerant. Copiose ea de re egit Naudeus, *Apologie des grands hommes soupçonnés de Magie*, ch. XXI, et Baylius *Dictionnaire*, voc. *Vir-*

rusticæ et gregibus præfecisset socer, silvis coemundis et api-
2 bus curandis reculam auxit. Natus est Cn. Pompeio Magno, M. Licinio Crasso primum Coss., Iduum Octobrium die, in
3 pago, qui Andes dicitur, qui est a Mantua non procul. Prægnans eo mater somniavit Maia, enixam se laureum ramum, quem contacta terra confestim cerneret coaluisse, et excrevisse illico in speciem maturæ arboris, refertæ variis pomis et floribus; ac sequenti luce, cum marito rus propinquum petens, ex itinere divertit, atque in subjecta fossa partu levata est.
4 Ferunt infantem, ut fuit editus, nec vagisse, et adeo miti vultu fuisse, ut haud dubiam spem prosperioris genituræ jam
5 tum indicaret. Et accessit aliud præsagium: siquidem virga populea, more regionis in puerperiis eodem statim loco depacta, ita brevi coaluit, ut multo ante satas populos adæquarit: quæ arbor Virgilii ex eo dicta atque consecrata est, summa gravidarum et fetarum religione, suscipientium ibi et solventium vota.
6 II. Initio ætatis, id est, usque ad septimum annum, Cremonæ egit; et XV anno virilem togam cepit, illis Consulibus

gile litt. J. Hæc eadem opinio de magica Virgilii scientia videtur effecisse, ut pro amuleto haberentur numi contorniati cum ejus imagine efficta: cf. Misc. Obss. novæ T. I, p. 16, *Boulacre* in *Mém. de Trevoux*, 1743, *Avril.*

Silvis coemundis, conducendis et redimendis mancipum, ut qui pecua pascebant. Sic jam Gronov.

§. 3. Quæ hic ad fin. §. 5 forte ex interpolatione, de præsagiis, quorum pleraque e narrationibus de magnorum virorum, ut Cyri, Romuli, natalibus adumbrata, nonnulla ex ipso Virgilii nomine ducta sunt, memorantur, tantum non omnia Grammaticorum somniis sunt accensenda. Auget etiam ea Phocas Grammaticus in Vita Virgilii v. 13—40. Poetica suavitate hæc condierunt Jov. Pontanus Uraniæ lib. II, pag. 2968. Opp. T. IV. Politianus in Manto, digno carmine, quod cum ipsa Maronis lectione conjungatur.

§. 4. *Prosperioris genituræ;* felicis ortus, prosperi fati, benigni horoscopi, ut ea vox Suetonio Aug. 94, Calig. 57, Vitell. 3, Vespas. 25, Tit. 9. Ita Gronov.

§. 5. *Et accessit aliud præsagium.* *Et* aut delendum, aut *Accessit et* legendum esse, Gronov. monet. Hoc præsagium e Sueton. Aug. cap. 94 sub fin. adumbratum esse videtur: *Apud Mundam Divus Julius*, etc.

More regionis: cf. Passerii Paralip. in Dempst. p. 53. Vas. Etrusc. Tom. I, pag. 70.

§. 6. *Initio ætatis.* Jos. Scaliger ad Euseb. Chron. p. 156 ex Hieronymo ita emendat: « Initia ætatis, id est a XIV usque ad sedecimum annum, Cremonæ egit, et XVII anno virilem togam sumsit. » Cf. inf. Vitam ad U. C. 696. Mihi verba, *id est, usque ad septimum annum*

quibus natus erat; evenitque, ut eo ipso die Lucre-
:ta discederet. Sed Virgilius Cremona Mediolanum, et 7
allo post Neapolim transiit; ubi quum litteris et Græcis
ıis vehementissimam operam dedisset, tandem omni
ınique studio indulsit medicinæ et mathematicæ.

manu adjecta esse viden- sunt sane in aliis, in qui- ıæc exhibentur: « Initia emonæ egit usque ad vi- am, quam XVII anno na- ıccepit, iisdem illis Coss. ļuibus erat natus. » Atqui s U. C. 699 erat, XV ab nde satis apparet, primi- tantum a Donato dictata « Initia ætatis Cremonæ ıe ad virilem togam. » Su- illa modo XV, modo XVI, ıuno, cf. infra Vitam ad).

que ut eo ipso die Lucre- ı discederet; hoc rejicit Gi- ı Lucretii Vita, quia scili- annum 701 Lucretii morti, sed de conjectura, quam gumento probatam video; ero habet 703 Hieronymus Euseb. Nec tamen iis, quæ ıntur, satis fidem habeo, t ipsa emblematis speciem erant.

Et inde paullo post Neapo- nsiit. Aliter Hieronymus Euseb. vide infra Vitam ad ɔı.

is Græcis. Parthenio qui- eceptore, *quo Grammatico is Virgilius usus est.* Macrob. 17. Fuit is poeta, cujus *ıatoriarum narrationum su-* (qui iterum prodiit hoc 1798, Gottingæ.) Expres- us carminibus versus non- Virgilius, ut Macrob. ibid. us IX, 9; XIII, 26, obser- vant. Et Fabricius Bibl. Gr. Vol. II, pag. 677 ex Vossio memorat, in bibliothecæ Ambrosianæ codice, Moreto Virgilii adscripta esse hæc verba: « Parthenius Moretum scripsit in Græco, quem Virgilius imitatus est. » Vid. Procem. in Moretum, vol. V, p. 194.

De *Syrone* magistro vid. inf. ad §. 79. Jos. Scaliger ad Catalecta Virgilii, in Cirin pr. et Heinsius de Satyra Horat. lib. II, pag. 98 etiam a *Catio* Insubro philosophiæ Epicureæ gustum accepisse volunt; conjectura ex eo ducta, quod hic M. Catius Miltiades Insuber, et ex Epicuri secta philosophus, eo tempore Mediolani vixit. Meminere ejus Cic. ad Div. XV, 16 et 19; Horat. Sat. II, 4 pr. Sed vide Baylium *Diction.* h. v. et Masson. Vita Horat. p. 28. *M. Furium Bibaculum* oratorem et poetam, cujus versus aliquot Sueton. recitat Ill. Grammat. 11, inter Virgilii et Vari magistros retulere alii. Vid. Arisii Cremona litterata T. I, p. 17, 28. Legerant nimirum in Hieronymi Chron. Euseb. ad Olymp. 169, 3 (U. C. 652) *M. Furius poeta cognomento Bibaculus Cremonæ nascitur.* In Gudiano Codice Guelpherb. bibliothecæ Vita Virgilii erat præfixa, in qua poeta apud *Epidium* oratorem cum Cæsare Augusto studuisse memoratur. Sane Epidius Antonium et Augustum docuisse ap. Sueton. traditur de Rhetor. IV.

De *Balista* e Phoca v. inf. ad §. 28.

8 III. Quibus rebus quum ante alios eruditior peritiorqu se in Urbem contulit, statimque, magistri stabuli eq Augusti amicitiam nactus, multos variosque morbos i
9 tes equis curavit. At ille in mercedem singulis diebus
10 Virgilio, ut uni ex stabulariis, dari jussit. Interea a niatis pullus equi, miræ pulchritudinis, Cæsari dono fı sus; qui omnium judicio spem portendebat virtutis et tatis immensæ. Hunc quum adspexisset Maro, magistro dixit, natum esse ex morbosa equa, et nec viribus valit nec celeritate: idque verum fuisse inventum est: quod magister stabuli Augusto recitasset, duplicari ipsi in
11 dem panes jussit. Quum item ex Hispania Augusto cane mitterentur, et parentes eorum dixit Virgilius, et a celeritatemque futuram: quo cognito, mandat iterum V panes duplicari.

12 IV. Dubitavit Augustus, Octavii ne filius esset, an al idque Maronem aperire posse arbitratus est, quia ca
13 equi naturam parentesque cognorat. Amotis igitur o arbitris, illum in penitiorem partem domus vocat, et rogat, an sciat quisnam esset, et quam ad felicitandos
14 nes facultatem haberet. « Novi, inquit Maro, te, Cæsar, to, et ferme æquam cum dis immortalibus potestatem h ut, quem vis, felicem facias. » « Eo animo sum, res Cæsar, ut, si verum pro rogatu dixeris, beatum te f que reddam. » « Utinam, ait Maro, interroganti tibi vera
15 queam! » Tunc Augustus : « Putant alii me natum Oc quidam suspicantur alio me genitum viro. » Maro sub « Facile, inquit, si impune licenterque quæ sentio loqu id dicam. » Affirmat Cæsar jurejurando, nullum ejus ægre laturum, immo non nisi donatum ab eo disces
16 Ad hæc oculos oculis Augusti infigens Maro, « Faciliu in ceteris animalibus qualitates parentum a mathema philosophis cognosci possunt; in homine nequaquam bile est; sed de te conjecturam habeo similem veri, u
17 exercuerit pater tuus, scire possim. » Attente exspectal

Ceterum non definiam, an narrationi huic de medicinæ et matheseos studiis Maronis aliquid veri insit. Videri potest ea esse profecta a monachis, qui in artibus mathematicis ad γοήτειαν adhibitis et in medicina summa tiæ positam arbitrabantur

§. 8... 18. Unde ineptissi ratio profluxerit, nemo fac quatur; nisi forte cura eq canum et pecudum Ge. I

gustus quidnam diceret. At ille : « Quantum ego rem intelligere possum, pistoris filius es », inquit. Obstupuerat Cæsar, et statim, quo id pacto fieri potuerit, animo volvebat. Interrumpens Virgilius : « Audi, inquit, quo pacto id conjicio : quum quædam enuntiarim prædixerimque, quæ intelligi scirique non nisi ab eruditissimis summisque viris potuissent, tu, Princeps orbis, item et item panes in mercedem dari jussisti : quod quidem aut pistoris, aut nati pistore, officium erat. » Placuit Cæsari facetia. « At deinceps, inquit Cæsar, 18
non a pistore, sed a rege magnanimo dona feres » : illumque plurimi fecit, et Pollioni commendavit.

V. Corpore et statura fuit grandi, aquilo colore, facie rus- 19

tradita nugas has monachorum animis injecit. Narrationis vanitatem jam perspexere alii viri docti. Vide Ruæum, Vita Virg. a. 713. *Martyn Life of Virgil*, p. XXXI sq.

§. 19. Caput Virgilii e gemma Ursini notissimum est; sed et passim ejus vultus cum in gemmis, ut in Lipperti Dactyliotheca, tum in marmore, ut in Museo Capitol. I, 1, tum in codice Vaticano, ante Eclogam II et VI expressos videas. Christii hac de re libelli sunt : Epistola ad Saxium Vindiciis Virgilianis subjuncta, tum de Imaginibus poetarum disputatio : et ad Dactylioth. Lipperti notata nonnulla. Adde Saxium in Indice Virgilii Justic. p. 2, 17, 18, 85, et Onomast. p. 172. Nunc extra dubitationem positum est, imagines, quas habemus, Virgilii omnes sine explorata ac certa fide tradi : esse potius alias Apollinis, alias Musæ, alias poetæ alicujus incerti. De numis per fraudem effictis ne quidem monere opus est. (Nuper de iis monuit iterum Eckhel Doctr. num. Vol. IV, p. 351.) Video quidem Martialis tempore (v. XIV, epigr. 186) codices Virgilii pictam poetæ imaginem in fronte habuisse; sed rudi librariorum et indocta opera viri sedentis formam penicillo effictam fuisse, ex similibus exemplis judicare licet; quale v. c. illud ipsum est, quod e codice Vaticano expressum ad calcem præfat. suæ dedit Bottarius ad ant. Virgil. cod. fragmenta. Virgilii tamen imagines in bibliothecis passim visas fuisse Romæ nullus dubito; etiam Alexander Severus in larario habuit Virgilii imaginem, teste Lampridio. Quod redemtoris Fritschii cura præfixum primæ editioni, caput ex Justiciano opere petitum erat, ex Museo Jo. Molinosii, nobilis Veneti, profectum esse fertur, et est Apollinis caput, cujus similia alia passim visuntur. (Substitutum ei nunc est Vol. secundo aliud e Museo Capitolino.) Circumfertur quoque numus Virgilii spurius. Eckhel Vol. IV, p. 351.

Corpore et statura fuit grandi. Sub Musæi persona suam expressisse visus est poeta Wartono, in Æn. VI, 666 : « Musæum ante omnes, medium nam plurima turba Hunc habet, atque humeris exstantem suspicit altis. »

Facie rusticana. Hoc fecit forte, ut Horatii locum Sat. I, 3, 29 sq.

ticana, valetudine varia. Nam plerumque ab stoma faucibus, ac dolore capitis, laborabat: sanguinem etiam rejecit: cibi vinique minimi. Fama est, eum libidinis

ad Virgilium referrent, ubi: « rideri possit, eo quod Rusticius tonso toga defluit, et male laxus In pede calceus hæret »; ut et Ep. I, 1, 94. Ita et *torvum Maronem* apud Statium Silv. V, 3, 63, accipiebant, ubi de carminum severiore argumento agitur. Avertere labem hanc rusticitatis a poeta laborat Spencius in Polymeti p. 325. Facie subrustica exhibuere nobis Virgilium inter signa Palatii Capitolini ap. Dom. de Rubeis (Rossi *Racolta di Statue antiche n. XXII.*)

Ab stomacho. Confirmes ex Horatio Sat. I, 5, 48, 49: « Lusum it Mæcenas, dormitum ego Virgiliusque; Namque pila lippis inimicum et ludere crudis »; ubi Schol. Cruquii: « se ait lippum, Virgilium autem crudum; laborabat enim stomachi cruditate, quod cibum ingestum difficulter concoqueret. »

Et faucibus; forte hoc ex iis, quæ inf. §. 42 memorantur, petitum est.

§. 20. *Fama est...* Poterat tota hæc macula ab nugacibus Grammaticis Virgilii memoriæ adspersa videri ex iniquiore Eclogæ II interpretatione, v. Argum. Ecl. II, nisi Martialis et Apuleii locis mox laudandis paullo molestiorem auctoritatem haberemus. Nec minus suspicionem movet Propertii locus lib. II, El. 34, 73, ubi ad Virgilium respicitur: « Felix, intactum Corydon qui tentat Alexin Agricolæ domini carpere delicias! » Verecundiam Virgilii defendebat Klotzius in disputatione, quam vide in Opusc. Defendit etiam Martinus ad Ge. IV, 520, et Baylius v. *Virgile* (A). Ut tamen tius hac de re cognoscer lector, subjiciemus revo certa capita calumnias. E quidem seu Alexandrum, mine, ab poeta adamatu vulgatissima fama est, q a Mæcenate, alii a Pollion ei datum esse memorant adeo, qui Cæsaris Octavi rum fuisse traderent. Ap tialem VIII, 56, loco satis Mæcenatis in eum liberalit jicitur: « Tu licet et n dixit, Alexin ames. Adsta mini mensis pulcherrim Marmorea fundens nigra manu; Et libata dabat ro chesia labris, Quæ poterar sollicitare Jovem. Excidit pinguis Galatea poetæ, T et rubras messibus usta ge tinus Italiam concepit et rumque, qui modo vix culi verat ore rudi. » Idem eo lib. V, 16, 12: « Sed non h res contenti laude fuerunt minimum vati munus Alexi Atque hanc famam multi tur. Alteram de Asinio P hujus liberalitatis auctore Donatus hic et inf. §. 37, vius ad Ecl. II, 1, retinet, A jam amplexus est in Apolog « Quanto modestius Ma poeta, qui... puerum a Pollionis bucolico ludicro l et abstinens nominum, s dem Corydonem, puer Alexin, vocat. » In Servi Eclog. II, 1, ab aliis Cæsa

os fuisse. Sed boni ita eum pueros amasse putave-
ocrates Alcibiadem, et Plato suos pueros. Verum
es maxime dilexit Cebetem et Alexandrum, quem
ucolicorum Ecloga Alexin appellat, donatum sibi
'ollione: utrumque non ineruditum dimisit; Alexan-
nmaticum, Cebetem vero et poetam. Vulgatum est, 21
e eum cum Plotia Hieria: sed Asconius Pedianus af-
am postea majorem natu narrare solitam, invitatum
Vario ad communionem sui, verum pertinacissime
Cetera sane vita et ore et animo tam probum fuisse 22
it Neapoli Parthenias vulgo appellaretur; ac, si

traditur. Ad eamdem 15, ad Donati fere fi- dicitur amasse Virgi- ıdrum, quem donavit Cebetem puerum, cum (Aleria Plotia), quos e dicitur accepisse.» t, quod in Servianis ad , legitur, ad versum: Antigenes: Aut pasto- am pulcherrimum di- 'aulem significat, quem nodum a Virgilio fuis- m.» Choraules debuit iquis chori cantibus ti- solitus; de quo homi- v. Scalig. Animadvers. ag. 169, 170. Novum Pompon. Sab. ad Æn. le M. Marcello habet: quem aiunt Virgilium tia amoris exosculatum sente Augusto.»
uditum dimisit. Hoc di- dum censet Gronov.
'otia Hieria, al. *Plotia* narratio est apud Serv. , 20: «Varus, tragœ- iptor, habuit uxorem ıam, cum qua Virgilius solebat committere; dedit scriptam tragœ- m illa marito dedit tan- quam a se scriptam. Hanc recitavit pro sua Varus, quam rem Virgilius dicit per allegoriam»; v. 15 sqq. *Non ego te vidi.* Nimirum de Thyeste L. Varii loquitur; de qua fabula v. ad §. 30. Non reperio, unde Æneas Sylvius petierit ea, quæ in hist. de Euryalo et Lucretia narrat (pag. 32 edit. Drudonis): «Virgilius per funem tractus ad mediam turrim pependit, dum se mulierculæ sperat usurum amplexibus.»

Asconius Pedianus, forte in libro *contra obtrectatores Virgilii*. V. infra §. 64.

§. 22. *Ut Neapoli Parthenias vulgo appellaretur.* Non Grammatici modo, verum etiam Ausonius ita tradit in Centone nupt. ad f. «Quid etiam Partheniam dictum caussa pudoris? qui VIII Æn. quum describeret coitum Veneris atque Vulcani, αἰσχροσεμνίαν decenter immiscuit.» Nomen hoc et tota de pudore poetæ narratio ex solo *Virgilii* nomine conficta esse videtur, quasi a *virgine* ductum esset. Hinc a παρθένος *Parthenias.* Vidit hoc etiam Huetius Quæst. Alnet. lib. II, cap. 15; conf. Bayl. *Diction.* voc. *Virgile* A, B. Potuit etiam alterum Neapolis nomen *Parthenope* Ge. IV,

quando Romæ, quo rarissime commeabat, viseretur
blico, sectantes demonstrantesque se subterfugere solit
23 proximum tectum. Bona autem cujusdam exsulantis off
Augusto, non sustinuit accipere.
24 VI. Possedit prope centies sestertium, ex liberalit
amicorum, habuitque domum Romæ in Esquiliis juxt
tos Mæcenatis; quamquam secessu Campaniæ Sicil
plurimum uteretur. Quæcumque ab Augusto peteret,
25 sam nunquam habuit. Parentibus quotannis aurum ad
dantem alitum mittebat, quos jam grandis amisit: ex c
patrem oculis captum, et duos fratres germanos, Si
impuberem, Flaccum jam adultum, cujus exitum sub n
26 Daphnidis deflet. Inter cetera studia, ut supra diximu
dicinæ quoque, ac maxime mathematicæ operam dedit
27 et caussam unam omnino, nec amplius quam semel. Se

564, homines male feriatos ad hoc commentum adducere. Confer Fabrum ad Justin. III, 4. Ceterum quantum monachi in ipso Virgilii nomine interpretando ineptierint, dici vix potest. Unum hic solum adferemus exemplum. In Codice Gudiano inter alia somnia legitur: Publius *dictus Virgilius a* pollice magno, *quem habebat; ut* Virgilius *dictus est a* virga lauri. *Sive*, Populi et Publii *dicebantur apud antiquos quasi* puppi *et* pupilli *vel orfani.* — Maro *dictus est a* mare. « Sicut enim mare abundat aqua, ita et ipsi affluebat sapientia plus ceteris poetis. »

§. 24. *Centies HS.* Sunt 80,729 l. 3 s. 4 d. secundum Arbuthnotii computationem, *Tables of anc. Coins*, p. 115, h. e. ad nostros numos 484,374 thaleri. Gronov. in notis suis inf. ad §. 56, 250,000 thaleros ex centies HS. conficiebat. Recte itaque Juvenalis VII, 66 sqq. « Magnæ mentis opus, nec de lodice paranda Attonitæ, currus et equos faciesque deorum Adspicere, et qualis Rutulum con Erinnys. Nam si *Virgilio* *tolerabile deesset Hospitium* rent omnes a crinibus hydri buit autem fortunam suam nati, ut vel ex Martiali a lib. VIII, 56: « Risit Tuscu paupertatemque malignam lit », etc.

Secessu Campaniæ, h. i sua; habuit utique villam i Campano, non longe a N ex narratione apud Gelliu 20, de contentione cum I de aqua in propinquum Vir ducenda colligas. De secessu Siciliæ nulla alia est auctor loco Propertii II Eleg. extr. *canis umbrosi subter pineta* possit aliquis conjicere, e agro Tarentino eum prædi buisse.

§. 25. *Flaccum, cujus exit nomine Daphnidis deflet.* Serv. ad Ecl. IV, 1 et 20, Philargyr., it. Epigr. CCII Anthologiæ Lat.

§. 27. *Melissus.* Est is C.

tardissimum, ac pæne indocto similem fuisse, Melissus tradit.

VII. Poeticam puer adhuc auspicatus, in Balistam, ludi gladiatorii magistrum, ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus, distichon fecit: 28

> Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus:
> Nocte, die, tutum carpe, viator, iter.

Deinde *Catalecton*, et *Moretum*, et *Priapeia*, et *Epigrammata*,

sus, Spoletinus, Mæcenatis libertus, de quo v. Sueton. de illustr. Grammat. 21. Scripsit fabulas togatas, unde Ovid. ex P. IV, 16, 30, « Et tua cum socco Musa, Melisse, levis », ubi v. Heins.

§. 28. *Ludi gladiatorii magistrum;* lege *ludi litteratorii*, si Phocas Grammaticus audiendus, in versibus de Vita Virgilii, v. 41 sqq. Secundum hunc Balista Virgilii magister in elementis grammaticis fuerat: a Donato tamen, et certe a prima manu, fuisse videtur *ludi magistrum*, ut jam in Edit. Ven. 1472, et in aliis, ut Danielis, edd. legitur: male interpolatum addito altero; vidit hoc Burmannus ad Antholog. lat. Tom. I, pag. 367. Ceteroqui magnum acumen inesse disticho haud dixero.

Catalecton. Nomen hoc jam apud Ausonium occurrit in Idyll. XII, quod Technopægnion inscriptum. Declarat nomen carmina, quæ haberi et censeri solent Virgilii, τὰ καταλεγόμενα εἰς τὰ τοῦ Μάρωνος. Est enim τῶν καταλέκτων liber, τὰ κατάλεκτα. Collectioni alicui ejusmodi præfixum esse debuit Epigramma 182, lib. II, Anth. L. *Vate Syracosio*, etc. Eodem referebat versum Ecl. VI, 1, *Prima Syracosio* Oudinus in Disceptatione de Culice Virgilii, quam invenies infra p. 334. De juvenilibus Virgilii poematibus post virorum doctorum, etiam Ruæi in Vita Virgilii ad a. 696 disputationes, judicium nostrum in Prooemiis ad minora Virgilii carmina et Catalecta adjecimus. Interea hæc monere sufficiat: Fuisse aliquando Culicem inscriptum carmen Virgilii passim habitum docet Martialis XIV, 185: « Accipe facundi Culicem, studiose, Maronis »; et VIII, Epigr. 56, 19, 20, « Protinus Italiam concepit, et arma virumque, Qui modo vix culicem fleverat ore rudi. » Sueton. in Vita Lucani: « ut... sua cum Virgilio comparans, ausus sit dicere: et quantum mihi restat ad Culicem? » Statius Silv. II, 7, 74, de Lucano: « Hæc primo juvenis canes sub ævo Ante annos Culicis Maroniani »; et præf. Silv. lib. I, ubi veretur de Thebaide edenda: « sed et Culicem legimus, et Batrachomyomachiam etiam agnoscimus; nec quisquam est illustrium poetarum, qui non aliquid operibus suis stylo remissiore præluserit. » Enimvero aut Culex ille Virgilii intercidit, et is, quem nunc habemus, a Grammatico suppositus est ejus nomini, aut misere fœdatus ille est, laciniis pannisque variorum interpolatorum assutis. Alterum carmen, nec minus fœde interpolatum, *Cirin* Cornelio Gallo vindicatum ivit Just. Fontaninus hist. litt. Aquilei lib. I, cap. 2, p. 32 sqq., repugnante Jo. Schradero et aliis: sed

29 et *Diras*, et *Culicem*, quum esset annorum quindecim. (materia talis est : Pastor fatigatus æstu, quum sub arbo dormisset, et serpens ad illum prorepéret, e palude cule: volavit, atque inter duo tempora aculeum fixit pastori. continuo culicem contrivit, et visum serpentem interem sepulcrum culici statuit, et distichon fecit :

> Parve culex, pecudum custos tibi tale merenti
> Funeris officium vitæ pro munere reddit.

30 VIII. Scripsit etiam, de qua ambigitur, *Ætnam*. Et quum res Romanas inchoasset, offensus materia et nom

de hoc v. Procem. in Cirin. Quod ad *Epigrammata*, inprimis *in Priapum*, attinet, lusisse poetam hujusmodi quædam dubitare nos non sinit Plinius Epp. V, 3. Nam ad majus aliquid quam eclogarum lusum spectasse videtur, dum Virgilium inter eos memorat, qui paullo lasciviora carmina condiderint : quamquam alteram sententiam Ovidii verbis tueri possis Trist. II, 537, qui, dum Virgilii exemplo se tuetur, non nisi Bucolica nominat : « Phyllidis hic idem teneros que Amaryllidis ignes Bucolicis juvenis luserat ante modis. » *Ætnam* Cornelii Severi vulgo habitam Lucilio juniori nuper asseruit Wernsdorf. Poet. Lat. min. T. IV. *Diras* Valerii Catonis esse, a nemine facile nunc dubitatur. De *Moreto* vide procemium. — *Copam* cum aliis ad alios auctores referre non veremur. Mos enim ille vulgatissimus sive Grammaticorum, sive librariorum fuit, ut sive ἀδέσποτα, sive minora scripta clarissimo cuique scriptori adscriberent, sæpe etiam in calce vacuis chartis illita carmina ad majoris carminis auctorem confidenter referrent. Ex *Epistolis* Virgilii ad Augustum duo loca memorat Macrob. Sat. I, 24, quamquam « Virgilium illa tas ingenii in oratione solut quit », Senecæ judicio Exc trov. lib. III. Augusti episto Virgilium laudat auctor Dial Oratore cap. 13, et Clau Epist. ad Olybr. (n. XLI) « Dignatus tenui Cæsar scri Maroni. » Ceterum non pige cum ex Vincent. Bellovac. hist. VII, 62, adscribere, ubi quam ex eo, quod *pascua*, *duces* tantum cecinisse mem Virgilius, colligit : « proind gilius de Culice, et Virgili Ætna, quos Aurelianenses tentationem et jactantiam ci ferunt, inter auctores apocr separandi sint. »

Quum esset annorum XV; XXV, ut emendavisse Oudin. bis infra, pag. 334.

§. 29. *Culicis materia tal* Hæc, et quæ sequuntur, em e margine esse, manifestum

§. 30. *Quum res Rom inch* Ex illo Ecl. VI, 3 : « Quum rem reges et prælia. » Servi h. loc. « Gesta regum Albanc quæ cœpta omisit, nominum ritate deterritus. Alii Scyllam scribere cœpisse dicunt, in libro Nisi et Minois regis C

asperitate, ad *Bucolica* transiit; maxime ut Asinium Pollionem, Alphenum Varum, et Cornelium Gallum celebraret; quia in distributione agrorum, qui post Philippensem victoriam veteranis, Triumvirorum jussu, trans Padum dividebantur, indemnem se præstitissent. Deinde *Georgica* in honorem Mæce- 31
natis edidit, quum sibi vixdum noto opem tulisset, adversus Claudii veterani militis, vel, ut alii putant, Arrii centurionis violentiam, a quo in altercatione litis agrariæ parum abfuit quin occideretur. Novissime autem *Æneidem* aggressus est; 32
argumentum varium, et multiplex, et quasi amborum Ho-

sium bellum describebat. Alii de bellis civilibus dicunt; alii de tragœdia Thyeste. » *Scylla* ad *Cirin* referenda esse videtur. *Thyestes* fuit Lucii Varii nobile opus, de quo, præter scriptores historiæ litterariæ, vide Rutgers. Lect. Venus. cap. 3, et Intpp. ad Quintilianum Inst. Orat. X, 1, 98: « Jam Varii Thyestes cuilibet Græcorum comparari potest. » Cf. Philargyr. ad Ecl. VIII, 10. Virgilium auctorem Fabulæ Thyestis fuisse, Grammatici narrant. Vid. Serv. ad Ecl. III, 20, infra §. 81, et supra ad §. 21. Alii Cassio Parmensi eam vindicarunt: vid. Schol. Horat. Ep. I, 4, 3, quem illustravit Ruhnk. ad Vellei. p. 363, cum altero loco Acronis ad I Serm. 10, 62. De primis Virgilii in poetica rudimentis elegantissimos Popii versus meminisse juvat: *When first young Maro sung of Kings and Wars, Ere warning Phœbus touch'd his trembling Ears, Perhaps he seem'd above the Critics Law*, etc.

Maxime ut... Hoc Grammaticus hinc comminiscitur, quia Asinii Pollionis Ecl. III, 84; IV, 12; VIII, 7. Vari Ecl. VI, 7 sq.; IX, 26, et Cornelii Galli Ecl. VI, 64, et X mentionem satis honorificam fecit. At res Augusti carmine se aggressurum esse minatur Ge. III, 10 sq.

In distributione agrorum. Vide inf. Vitam ad a. 713.

§. 31. *Adversus Claudii*... *Arrii*... De Arrio cf. infra §. 36, 96. Servius ad Ecl. IV, 1: « Virgilius, postquam pæne occisus est ab Arrio centurione, Romam revertens mandavit procuratoribus suis, ut tuerentur agros suos, et ad præsens obsequerentur Arrio »; idem Comment. pr. §. 13: « Ad quem (agrum) recipiendum profectus, ab Arrio centurione qui eum tenebat, pæne est interemtus, nisi se præcipitasset in flumen Mincium, unde est allegorice: *ipse aries etiamnunc vellera siccat*. » Cf. eumdem ad Ecl. I, 48; III, 94; IX, 6, 23. Non admodum discrepant ea, quæ alius Grammaticus inter Serviana ad Eclogam IX, 1, narrat: « Sane alii ordinem hujus eclogæ ita exponunt: quum immunitatem agrorum Virgilius impetrasset, lis est exorta de finibus inter ipsum et eos, qui in proximo agros acceperant; ex quibus Clodius quidam dixit, se omnem litem amputaturum interfecto Virgilio; quem poeta stricto gladio se insequentem fugit in tabernam carbonariam, et beneficio institoris ex alia parte emissus, servatus est. » Milienum Toronem (centu-

meri carminum instar; præterea nominibus ac rebus (Latinisque commune, et in quo, quod maxime studeba manæ simul urbis et Augusti origo contineretur.

33 IX. Quum Georgica scriberet, traditur quotidie mec mane plurimos versus dictare solitus, ac per totum die tractando ad paucissimos redigere, non absurde carn ursæ more parere dicens, et lambendo demum effi

34 Æneida prosa prius oratione formatam, digestamque libros, particulatim componere instituit, ut quidam tr

35 Alii ejus sententiæ sunt, ut existiment, eum, si diutius set, quatuor et viginti libros usque ad Augusti tempora turum, atque alia quædam percursurum; Augusti vero diligentissime exsecuturum : quippe qui, dum scriber quid impetum moraretur, quædam imperfecta reliqui levissimis versibus veluti fulsit : quos per jocum pro t vel tibicinibus interponi a se dicebat, ad sustinendum donec solidæ columnæ advenirent.

36 X. Bucolica triennio Asinii Pollionis suasu perfeci Transpadanam provinciam regebat; cujus favore, quum ranis Augusti militibus Cremonensium et Mantuanorun distribuerentur, suos Virgilius non amisit : facta enim

37 butione, suos, seu Claudio, seu Arrio datos, recuperavit. Pollionem maxime amavit Maro, et dilectus ab eo n munera tulit : quippe qui invitatus ad cœnam, captus chritudine et diligentia Alexandri, Pollionis pueri, eum

rionem) primipilarem e Probo memorat Pompon. Sab., Mancinellus et alii. — Cæterum si non de sceleris auctore, at saltem de scelere pæne patrato constat.

§. 33. Facile apparet, hæc, quæ sequuntur, e variorum Grammaticorum sive judiciis, sive commentis esse consarcinata.

Ursæ more. Gellius XVII, 10 : « Amici familiaresque P. Virgilii in his, quæ de ingenio moribusque ejus memoriæ tradiderunt, dicere eum solitum ferunt, parere se versus more atque ritu ursino. » Quintil. Inst. X, 3, 8 : « Virgilium quoque paucissimos die composuisse versus, auctor est Varus. »

§. 34. *Ut quidam tradunt;* dentissimi profecto homine infimi subsellii poetastris us morem tanto poetæ tribue sunt. At illud etiam insulsiu ad XXIV libros Æneidem perducturum; quasi de anı ageretur. Fecit tamen ho pheus Vegius, Laudensis, XVI, qui XIII librum Ænei jecit, quem jam in ed. Adan 1471, et hinc in nostra, v p. 403, cum dialogo novo et expressum reperias. Ed.

§. 36. *Bucolica triennio...* Phocas, v. 95 sqq.; vide inf. ad a. 716.

§. 37. *Alexandri*, v. sup.

accepit. Hujus Pollionis filium, C. Asinium, et Cornelium 38
Gallum, oratorem clarum, et poetam non mediocrem, miro
amore dilexit Virgilius. Is transtulit Euphorionem in Lati-
num, et libris quatuor amores suos de Cytheride scripsit.
Hic primo in amicitia Cæsaris Augusti fuit: postea, in suspi- 39
cionem conjurationis contra illum adductus, occisus est: ve-
rum usque adeo hunc Gallum Virgilius amarat, ut quartus
Georgicorum, a medio usque ad finem, ejus laudem contine-
ret: quem postea, jubente Augusto, in Aristæi fabulam com-
mutavit.

XI. Georgica septennio Neapoli, Æneida partim in Sicilia, 40
partim in Campania duodecim confecit annis. Bucolica eo 41
successu edidit, ut in scena quoque per cantores crebra pro-

§. 38. *C. Asinium*. Est is C. Asinius Gallus ex Tacito, Ann. I, 12, et alias e Dione LVII, 2, etc. satis notus.

De *Cornelio Gallo*, vide ad Ecl. VI, 64, et X pr. cf. quos laudat Burmannus ad Antholog. lib. II, Ep. 176.

§. 39. *Occisus est;* se ipsum interemit: vid. Vita Virgil. a. 728.

Ut quartus Georgicorum. Eadem inter Serviana ad Ecl. X, 1; Ge. IV, 1, quæ an vera sint, valde dubito; non enim conjectare licet, quomodo Galli laudes in illo argumento locum habere potuerint; nec, si jam ante quatuor annos Georgica in vulgus exierant, locus potuit retractari.

§. 40. *Georgica septennio Neapoli*. De loco constat ex fine lib. IV Georg.; tempus Grammaticorum fide nititur.

§. 41. *Ut in scena*. Idem commentum in Servianis ad Ecl. VI, 11, memoratur, sc. Eclogam sextam a Cytheride mima esse recitatam; narrationis tamen fundum idoneum reperire haud facile est: præter quam Dialogum de Oratoribus cap. 13, « testis ipse populus, qui, auditis in theatro versibus Virgilii, assurrexit universus, et forte præsentem spectantemque Virgilium veneratus est sic, quasi Augustum.» Recitationes Romæ in theatro factas esse, aliunde haud constat; et loca, e quibus id probatum ivere, vix dubitationem tollunt. Nam locum Ovidii Trist. V, 7, 25: « Carmina quod pleno saltari nostra theatro, Versibus et plaudi scribis, amice, meis », de Medea intelligi posse docere videtur alter locus Tr. II, 519, 520: « Et mea sunt populo saltata poemata sæpe; Sæpe oculos etiam detinuere tuos... » etsi quæ sequuntur, « Nil equidem feci, tu scis hoc ipse, theatris », obscurant rem. Ad hæc tamen respondeas, saltem hoc ipsum exemplum, quod de Virgilii Bucolicis memoratur, satis esse ad morem testandum. Hæc nisi essent, suspicarer, ex Ecl. VI, 66: « Utque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis » lepidum hominem hanc narrationem de Gallo in Virgilium argute conferre sibi visum esse. Quod Ovid. Trist. IV, 10, 54: « carmina se populo juvenilia legisse » ait, ad recitationes sane spectat, nec

untiatione recitarentur. At quum Cicero quosdam vers isset, et statim acri judicio intellexisset non commun litos, jussit ab initio totam eclogam recitari: quam qui rate pernotasset, in fine ait; ***Magnæ spes altera Romæ:*** se linguæ Latinæ spes prima fuisset, et Maro futuru cunda; quæ verba postea Æneidi ipse inseruit. Ge verso ab Actiaca victoria Augusto, atque reficien ucium causa Atellæ commoranti, per continuum quatri git, suscipiente Mæcenate legendi vicem, quoties int retur ipse vocis offensione. Pronuntiabat autem m um suavitate, et lenociniis miris. Seneca tradidit, J Iontanum poetam solitum dicere, involaturum se qu irgilio, si vocem posset, et os, et hypocrisim: eosdem ersus, eo pronuntiante, bene sonare; sine illo, inai uasi mutos.

imen in theatro factum esse necesse est. Dicemusne mimum aliuem in scena versus e Bucolicis iterposuisse et laudasse? Jam ve- illud quoque notabile, quod jam iceronis ætate *mima* in scena Ro- æ memoratur; quum feminarum artes histriones et mimi agerent. grammatico dicti sunt *cantores*. erioribus ætatibus etiam feminas n scenam prodiisse, ex Patribus, uos appellamus, discimus.

Quasi ipse, scil. Cicero. Est hæc rammatici narrantis interpretaio: quæ et ap. Servium l. l. habeur. Quum Cicerone indignam hanc ui laudem putaret Warton. (*Life f Virgil*, p. 8) quandoquidem *Silenus*, Ecloga sexta, recitata esse raditur, credidit ille, posse dicum hoc ita accipi, ut, quum illa Ecloga physici sit argumenti, post ucretium partes secundas Maroem obtenturum esse significaverit.

Inseruit: Æn. XII, 168: « Et uxta Ascanius, magnæ spes altera lomæ. »

§. 42. *Atellæ commoranti.* Falum hoc; nam a pugna Actiaca rediens Cæsar ultra Brundisiu Senatum Roma evocavera processit. Vid. Dio LI, 4. ad a. 724; ægrotans vero r Italiam a pugna Philippensi verum ut et tum aliquantur disii subsisteret. Cf. Appia 1073, 1080; Plutarch. Ant 925; Dio XLVIII, 3. Conf. Virg. a. 724. — Augustus 34 tunc agebat.

§. 44. *Julium Montanu* roica is et elegiaca scripser dius ex P. IV, 16, 11: « vel imparibus numeris, M vel æquis Sufficis, et gemi mine nomen habes. » Mem Seneca Ep. CXXII: « R Montanus Julius carmen, bilis poeta, et amicitia Til tus et frigore. » Afferuntu versus ex eo, tolerabiles nihil tamen de Virgilii reci Neque eo spectant, quæ a necam Controv. XVI ext — Hanc pronuntiandi suav inter tot alia, cum Virgil munem habuit noster ille *Racine*; Ed.

XII. Æneidos vix dum cœptæ tanta exstitit fama, ut Sext. 45
Propertius non dubitarit sic prædicare;

> Cedite Romani scriptores, cedite Graii,
> Nescio quid majus nascitur Iliade.

Augustus vero, quum tum forte expeditione Cantabrica abes- 46
set, et supplicibus atque minacibus per jocum literis efflagita-
ret, ut sibi de Æneide, ut ipsius verba sunt, vel prima carmi-
nis hypographa, vel quodlibet colon mitteret, negavit se
facturum Virgilius; cui tamen multo post, perfecta demum
materia, tres omnino libros recitavit; secundum videlicet,
quartum, et sextum : sed hunc præcipue ob Octaviam : quæ, 47
quum recitationi interesset, ad illos de filio suo versus, *Tu
Marcellus eris*, defecisse fertur : atque ægre refocillata, dena
sestertia pro singulo versu Virgilio dari jussit. Recitavit et 48

§. 45. *Sext. Propertius;* v. lib. II, Eleg. 25, (34) 65. Scripta autem illa Elegia esse debet U. C. 728, vel 729; nam mortis Galli mentio in ea fit v. 91, 92.

§. 46. *Quum tum forte;* conjicit *qui tum* Gronov.

Expeditione Cantabrica. U. C. 729. Vide inf. h. a. Macrob. Sat. I, 24: *Ipsius enim Maronis epistola, qua compellat Augustum, ita incipit:* « Ego vero frequentes a te lit- « teras accipio; *et infra :* De Ænea « quidem meo; si mehercule jam « dignum haberem auribus tuis, « libenter mitterem; sed tantum « inchoata res est, ut pæne vitio « mentis tantum opus ingressus « mihi videar, quum præsertim, ut « scis, alia quoque studia ad id « opus multoque potiora imper- « tiar. » Legant hæc poetæ nostri et in sinu suo gaudeant, sibi ad carmina scribenda tanto apparatu opus non esse. De Epistolis Augusti ad Virgilium cf. sup. ad §. 28.

Vel prima carminis hypographa. Leg. *primam c. hypographen* suspicatur Burmannus. Gesnerus ad Claudianum pag. 630 *hypographa* primum in chartas vel ceras conjecta esse notabat, nondum emendate et accurate perscripta.

Tres libros recitavit. Servius ad Æn. IV, 324: *Hoc solum nomen quoniam de conjuge restat.* « Dici- « citur autem ingenti adfectu hos « versus pronuntiasse, quum priva- « tim paucis præsentibus recitaret « Augusto, nam recitavit primum « libros, tertium et quartum. » Ubi alii « primum, tertium et quar- « tum. »

§. 47. *Ob Octaviam.* Ejus filius M. Marcellus immatura morte obierat a. U. C. 731; vide Vitam ad hunc annum.

Dena sestertia, 80 l. 14 s. 7 d. sive circa 484 thaleros; XXV versus, tot enim de Marcello agunt, ad 2100 l. hoc est, ad 12600 thaleros æstimati fuerunt. Apud Serv. ad VI, 862: « Et constat hunc li- « brum tanta pronuntiatione Au- « gusto et Octaviæ esse recitatum, « ut fletu nimio imperarent silen- « tium, nisi Virgilius finem esse « dixisset; qui pro hoc ære gravi

pluribus ; sed neque frequenter, et ferme illa, de
49 ambigebat, quo magis judicium hominum experiretui
tem, librarium et libertum ejus, exactæ jam senectut
dunt referre solitum, quondam in recitando eum duo
diatos versus complesse ex tempore : et huic *Misenum Æ*
adjecisse, *quo non præstantior alter;* item huic, *Ære cier*
simili calore actutum subjunxisse, *Martemque accendere*
statimque sibi imperasse, ut utrumque volumini adsci

50 XIII. Bucolica Georgicaque emendavit. Anno vero qu
51 gesimo secundo, ut ultimam manum Æneidi imponer
tuit in Græciam et Asiam secedere, triennioque co
omnem operam limationi dare, ut reliqua vita tantum
sophiæ vacaret. Sed, quum aggressus iter, Athenis occ
Augusto ab oriente Romam reverenti, una cum Cæsare
statuit. Ac quum Megaram, vicinum Athenis oppidum,
gratia peteret, languorem nactus est : quem non inte
navigatio auxit, ita ut, gravior in dies, tandem Brun
adventarit, ubi diebus paucis obiit, decimo Kal. (
C. Sentio, Q. Lucretio Coss.

52 XIV. Qui quum gravari morbo sese sentiret, scrinia
magna instantia petivit, crematurus Æneida : quibus
testamento comburi jussit, ut rem inemendatam im
tamque : verum Tucca et Varius monuerunt, id Au
53 non permissurum. Tunc eidem Vario, ac simul Tuccæ,

« donatus est, id est, missis, etc. » Ultima e Grammatici penu addita sunt.

§. 49. *Versus complesse.* Etiam hoc Grammatici acumen prodit : qui forte versibus a se expletis fidem et auctoritatem parare voluit. Versus sunt Æn. VI, 164, 165, ubi conf. Serv.

§. 51. *Tantum philosophiæ vacaret.* Convenit cum sententia versuum pulcherrimorum Ge. II, 475 sqq. « Me vero primum dulces ante omnia Musæ accipiant », etc.

Augusto ab oriente R. revertenti ex itinere, quod e Sicilia per Asiam et Græciam fecerat. Vid. inf. Vitam ad 732... 734.

Brundisium. Tarentum morant. « Tarenti Apuliæ dum Metapontum videre seu Brundisii, dum Mega dere voluisset » (vides Gr corum seu Monachorum tiam, dum Donatum ante habent §. 51) « quorumd cio invalitudine ex solis contracta » : Vita Virgilii p Edit. Ven. 1472, quæ dei Ed. Danielis Servio tributu Grammatici lacinia est in Æneid. II, 197, qua The adiisse Maro narratur.

§. 52. *Qui quum.* Vide inf

§. 53. *L. Varius* auctor v. sup. ad §. 30. Mæcenati

sub ea conditione legavit, ne quid adderent quod a se editum non esset, et versus etiam imperfectos, si qui erant, relinquerent : voluit etiam sua ossa Neapolim transferri, ubi diu et 54
suavissime vixerat; ac extrema valetudine hoc ipse sibi epitaphium fecit distichon ;

> Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
> Parthenope : cecini pascua, rura, duces.

tur in Carm. ad Pison. 226, (quod Saleio Basso assignat Wernsdorf. P. L. M. Tom. IV, ubi v. p. 276) quod Varius tragœdiæ laude inclaruit: « Mæcenas tragico quatientem pulpita cæstu Evexit Varium. » Locus corruptus, alii *gestu*, immo *gressu;* nam *gestu* scena vix quatitur, sed idem ab epico carmine commendatur ab Horat. Carm. I, 6, 1: « Scriberis Vario Fortis et hostium Victor Mæonii carminis aliti », h. poetæ, qui evolat carmine epico. Serm. I, 10, 44, « forte epos acer, Ut nemo, Varius ducit. » Versus ejus aliquot heroicos adscripsit Macrob. VI, cap. 1 et 2; corrupte tamen ibi laudatur, *Varius de morte*. At ex *Varii Panegyrico Augusti* petitos esse versus, quos Horatius inserit I Ep. 16, 27, 28, 29, testatur Schol. ad e. l. Collegit fragmenta Rutgers. Venus. Lect. cap. 3. ut sup. ad §. 30 monitum est. Cum Virgilio tanquam alter poetarum princeps nominatur Art. P. 55 et II Epp. 1, 247 : amicissimus Horatio, v. Serm. I, 9, 23; quem etiam Mæcenati commendaverat, vid. Serm. I, 6, 55 : male cum Varo a multis confunditur; v. Exc. ad Ecl. VI. De varietate in scriptura conf. Horreum in proœm. Miscell. Critic. Videtur ille quoque latere in loco Macrobii II, Sat. 4, pr. ubi de Augusti joco de Ajace tragœdia ab eo inchoata; « postea Lucius gravis tragœdiarum scriptor interrogabat eum, quid ageret Ajax suus, et ille, *in spongiam*, inquit, *incubuit.* » Quæ male ad Ciceronem transtulit Jo. Lydus a Schow. editus p. 50. Nuper multa de Vario certa et incerta fide disputavit, docte tamen, Ger. Nic. Heerkens in præfatione ad Icones, ut inventam in Germania tragœdiam Tereum ei vindicaret. *Plotius Tucca*, male *Quinctilius Tucca* appellatur apud Probum in Vita Virgilii. *L. Varium et Plotium Tuccam* mox §. 56 Donatus excitat. *Plotius* et *Varius*, tanquam communes Horatii et Virgilii amici, laudantur Horat. Sat. I, 5, 40. Inter præstantissimos carminum judices refertur apud eumdem *Plotius*, Sat. I, 10, 81.

Et versus etiam imperfectos relinquerent: vide ad. §. 59. Eosdem etiam libros distinxisse, narrant grammatici : qua de re vid. ad lib. V Æn. extr.

§. 54. *Distichon* hoc passim laudatur; est tamen tam jejunum et ineptum, ut nemini facile fraudem faciat. *Calabri* declarant Brundisium. Aliud epitaphium in Cagianni, Principis feminæ, Villa inventum, Mabillonius memorat Itin. Ital. p. 113 : « Sistite, Viatores, quæso, pauca legite. Hic Maro situs est. » Videtur et hoc carmen otiosi hominis lusus esse.

55 Translata igitur jussu Augusti ossa ejus, prout ipse statue
Neapolim fuere, sepultaque via Puteolana, intra lapi
secundum, suoque sepulcro id distichon, quod fece
inscriptum est.

56 XV. Heredes fecit ex dimidia parte Valerium Procu
fratrem ex alio patre, ex quarta Augustum, ex duode
Mæcenatem, ex reliqua L. Varium et Plotium Tuccam :
ejus Æneidem post obitum, prout petiverat, jussu Cæs
emendaverunt; nam nullius omnino sententia crematu Æ
57 digna visa fuit : qua de re Sulpicii Carthaginiensis exs
hujusmodi versus;

Jusserat hæc rapidis aboleri carmina flammis
 Virgilius, Phrygium quæ cecinere ducem.
Tucca vetat, Variusque simul; tu, maxime Cæsar,
 Non sinis, et Latiæ consulis historiæ.

§. 55. *Sepulcro*; quod adhuc monstratur, ad ingressum cryptæ Pausilypanæ; quodque magicis poetæ artibus monachi narrarunt effossum. Memorant de eo omnes, qui ad hæc loca accessere : ut singulos excitare velle putidum foret. Vid. saltem Holdsworth. *Remarks on Virgil*, p. 501. Egere porro de eo multi : in quibus videndi Cluver. Ital. ant. IV, 3, p. 1153, qui tamen in censuram venit Holdsworthi p. 5. Capacius Hist. Puteol. cap. 34, et Hist. Neap. lib. II, cap. 2. Cam. Peregrinius de Campania Felice diss. II, S. 20. Scip. Mazzella, p. 203. Verum præstat nunc adire Paoli Antiqq. Puteol. fol. 10 sqq., ubi et expressa loci facies, nec minus speciose apud Hamilton. Campi Phlegræi T. II, t. 16. Adde Fabric. Bibl. Lat. Vol. II, p. 227 Burmann. ad Antholog. lib. II, Ep. 198, et in præf. perdocta ad Dorvilii Sicula p. XXV. Silius Italicus illud *monumentum* Virgilii *adire*, *ut templum*, *solebat* : Plin. Epist. III, 7. De quo Maroniani sepulcri cultu v. Martial. XI, 49 et 5 quibus locis male lectis et acc Silium etiam Virgilii villam e tradunt, qui Silii vitam comp runt : quamquam Virgilii a non longe a Nola fuisse, sup §. 24 commemoravimus. I Statius Silv. IV, 4, 51 : « Er met... Maroneique sedens in gine templi Sumo animum, et ni tumulis adcanto magistri.

§. 56. Romanus aliquis sc rus fuisset : Heredes feci ex se Val. — ex quadrante Augu uncia Mæcenatem, ex sextan supererat, L. Varium et Tu — *Mæcenatem*. Is adeo sup fuit Maroni : at Maroni adsc rant Grammatici Elegiam in cenatis obitum.

§. 57. *Sulpicius Carthagin* Grammaticus. Ejus carmen etiam ap. Scalig. Catal. pag Anth. Lat. lib. II, epigr. 1 *Historiæ* sane vs. 4 parum co de fit memoratio; deb. *Latia* memorari; aut *Latio* s. Ro *nomini*. Dici tamen potest

Infelix gemino cecidit prope Pergamos igni,
Et pæne est alio Troja cremata rogo.

Exstant et Augusti de ipsa eadem re versus plures et clarissimi, quorum initium est; 58

Ergone supremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes,
Magnaque doctiloqui morietur Musa Maronis?

Et paulo post :

Sed legum servanda fides; suprema voluntas
Quod mandat, fierique jubet, parere necesse est.
Frangatur potius legum veneranda potestas,
Quam tot congestos noctesque diesque labores
Hauserit una dies.... *Et ea quæ sequuntur.*

Nihil igitur auctore Augusto Varius addidit, quod et Maro 59
præceperat, sed summatim emendavit, ut qui versus etiam imperfectos, si qui erant, reliquerit. Hos multi mox supplere conati, non perinde valuerunt ob difficultatem; quod omnia

carminis respexisse origines Juliæ gentis et Romanorum a Trojanis, quæ Æneidis argumentum constituunt.

§. 58. *Augusti.* Grammatici alicujus sub Augusti nomine : in Pithoeo, p. 70. Catalectis, p. 141, et in Anthologia L. II, 184. Videas tamen Voltarium horridos hos et ineptos versus non modo Augusto tribuere, verum etiam magnopere probare : *Ils sont beaux et semblent partir du cœur... Essai sur la Poésie épique, chap.* 3. Ita vides, ad verum pulchrarum sententiarum sensum et judicium sermonis intelligentiam aliquam esse necessariam. Vide infra Testim. IV et VII.

§. 59. *Hos multi mox supplere conati :* cujus generis versus multos passim in suspicionem adduximus; alios dudum ejecere critici. Fuere tamen etiam recentiores, qui inanem operam in explendis his versibus collocarent; ut Nannius Miscell. VI, 10, et Vanierius, de quo J. M. Heinzii, viri docti, Gymnasii Wimar. directoris, est commentatio. Illud vero vix fieri potuisse putes, ut existerent homines ingeniosi, et qui sibi subtiles et acuti viderentur, qui in versibus his imperfecte relictis judicium poetæ et miram sagacitatem quærerent; scilicet ut argumenti gravitate tacto lectoris animo ad meditandum mora daretur. Qua de re cf. Disquis. I ad Æn. extr. Unum est Servii scholion ad Æn. IV, 361, in quo simile judicium veteris Grammatici legere memini : « Et oratorie, inquit, ibi finivit, ubi vis argumenti substitit. » Atqui illud saltem recte is perspectum habuit *oratorium* id esse. Sane ipsa res id ferre debuit, ut nonnullis in locis, sententia absoluta, ingenii impetum poeta inhibere nollet, utque ad alia properaret, relicto et seposito versu imperfecto in aliud

fere apud eum hemistichia, præter illud: « Quem tibi jam Troja », sensum videntur habere perfectum. Nisus, gram-
60 maticus, audisse se a senioribus dicebat, Varium duorum librorum ordinem commutasse, et, qui tum secundus erat, in tertium locum transtulisse: etiam primi libri correxisse principium, his demtis versibus;

Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena
Carmen, et, egressus silvis, vicina coegi,
Ut quamvis avido parerent arva colono;
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis
Arma, virumque cano.

61 XVI. Obtrectatores Virgilio numquam defuerunt: nec mirum: nam ne Homero quidem. Prolatis Bucolicis innominatus quidam rescripsit Antibucolica, duas modo Eclogas, sed insulsissime παρῳδήσας, quarum prioris initium est;

Tityre, si toga calda tibi est, quo tegmine fagi?

sequentis;

Dic mihi, Damœta, cujum pecus, anne latinum?
Non; verum Ægonis: nostri sic rure loquuntur.

tempus, quod ei mors maturior invidit.

Quem tibi jam Troja, Æn. III, 340. Paullo ante *si qui erant* leg. cum Gronov. *sicut erant*.

§ 60. *Nisus Grammaticus*. Nomen ejus passim occurrit in Grammaticorum scriptis, etiam in Macrobio, ubi Sat. I, 12, ejus *Commentarii fastorum* laudantur.

Duorum librorum ordinem commutasse. Inductum hoc, et indoctius adhuc enuntiatum; res ita se habet apud Servium pr. in Æn. « licet quidam superflue dicant, « secundum (librum) primum esse, « tertium secundum, et primum « tertium, ideo, quia primum Ilium « concidit, etc. » scil. ad ordinem rerum gestarum judicio facto, non ex epicæ narrationis lege.

His demtis versibus. Atqui non demtos eos, sed ab alia potius manu adjectos Virgiliano operi esse dicendum erat; quum a natura fabulæ epicæ præfixa hujusmodi narratio poetæ de se abhorreat. In Edit. 1472 ita hoc loco legitur « Unde intuemur aliquos versus fuisse detractos in principio, ut: Ille ego, qui quondam, *et in secundo* (v. 566): ibi aut ignibus ægra dedere. » Ab aliis post Serv. in Vita Virg. quæ præfixa est Æneidi, inter recisos versus numerantur XXII versus Æn. II, 567 sqq., ubi vide.

§. 61. *Quo tegmine fagi?* forte: *quo tegmina fagi?* h. e. in quem usum? ut Gronov. Nec tamen vel sic acumen assequor. Alia parodia est apud Serv. ad Ge. I, 210: « Hordea qui dixit, superest ut tritica dicat », scil. debet et de his præcipere. Porro *cujum pecus, anne latinum*, cum Gronovio ita intellige: anne latinum hoc est, si,

Alius recitanti ea ex Georgicis: *Nudus ara, sere nudus*, subjecit, *habebis frigora, febrem*.

Est et adversus Æneida liber Carvilii Pictoris, titulo Æneidomastix. M. Vipsanius a Mæcenate eum suppositum appellabat novæ κακοζηλίας repertorem; non tumidæ, neque exilis, sed ex communibus verbis, atque ideo labentis. Herennius tantum vitia ejus contraxit; Perilius Faustinus furta. Sunt et Q. Octavii Aviti ὁμοιοτελεύτων octo volumina, quibus annotantur, quos et unde versus transtulerit. Asconius Pedianus, libro quem contra obtrectatores Virgilii scripsit, pauca admodum ei objecta ponit; et potissimum, quod non recte historiam contexuit, et quod pleraque ab Homero sumsit. Sed hoc crimen sic defendere assuetum ait: « Cur non illi quoque eadem furta tentarent? Verum intellecturos, facilius esse Herculi clavam, quam Homero versum surripere »; et tamen destinasse secedere, ut omnia ad satietatem malevolorum decideret. 62 63 64

XVII. Refert etiam Pedianus, benignum, cultoremque om- 65

cujum pecus, dicas? Venire potest in hunc sensum pictura Herculanensis Tom. IV, p. 166, in qua Æneas et Anchises humeris impositus et manui Ascanius implicitus, omnes exhibiti sunt cercopithecorum speciem referentes.

§. 62. De *Carvilio Pictore* nihil aliud reperiri memini. An forte ei debeatur pictura scurrilis modo memorata, quærit *Pasquale Carcani Pictur. Hercul.* Tom. IV, pag. 166 et 368. *M. Vipsanius* Agrippa *eum*, Virgilium, *appellabat novæ κακοζηλίας repertorem*, quasi Mæcenati ea in re gratificaretur poeta, cujus molle et discinctum scribendi genus passim perstringitur a veteribus. Quæ sit *labens* cacozelia, obscurum est; an *labantem*, hoc est, incertam, mediam inter tumidam et exilem dicere voluit? Multo magis putes Maronem obviam ivisse Mæcenatis pravæ et affectatæ dictioni. Apud Serv. ad Æneid. VIII, 310: « Hoc etiam Mæcenas « in Symposio, cui Virgilius et Horatius interfuerant, quum ex persona Messalæ de vino loqueretur, ait: idem humor ministrat « faciles oculos, pulchriora reddit « omnia, et dulcis juventæ reducit « bona. » *Herennius* qui fuerit, non liquet. *Herennius Senecio* aliquoties in Epp. Plinii occurrit. Nec quicquam constat de *Perilio Faustino*, aut de *Q. Octavio Avito*.

§. 64. *Cur non illi*. Dictum hoc Vincent. Bellovac. Specul. hist. VII, 62, repetit, una cum illo sup. §. 34 de ursa. Alia, quæ *Asconius* de Virgilio tradidisse memoratur, v. sup. §. 21. Serv. ad Ecl. III, 105; IV, 110.

Assuetum, scil. Virgilium. Mox videtur legendum: « destinasse se, cedere, ut... recideret. »

§. 65. Egregii mores poetæ, et quales in tali ingenio esse debuisse divines! Confirmat Horat. Sat. I,

nium bonorum atque eruditorum fuisse, et usque adeo invidiæ expertem, ut, si quid erudite dictum inspiceret alterius, non minus gauderet, ac si suum fuisset; neminem vituperare, laudare bonos: ea humanitate esse, ut, nisi perversus maxime,
66 quisque illum non diligeret modo, sed amaret. Nihil proprii habere videbatur: ejus bibliotheca non minus aliis doctis patebat, ac sibi; illudque Euripidis antiquum sæpe usurpabat τὰ τῶν φίλων κοινὰ, hoc est, *communia amicorum esse omnia*
67 Quare coævos omnes poetas ita adjunctos habuit, ut, quum inter se plurimum invidia arderent, illum una omnes colerent Varius, Tucca, Horatius, Gallus, Propertius. Anser vero quoniam Antonii partes sequutus est, illum non observass dicitur. Cornificius ob perversam naturam illum non tuli
68 Gloriæ vero adeo contemtor fuit: quum quidam versus quos dam sibi adscriberent, eaque re docti haberentur, non mod
69 ægre non ferebat, immo voluptuosum id illi erat. Quum eni distichon, quod laudem felicitatemque Augusti continebat fecisset, valvisque non nominato auctore affixisset, (id er ejusmodi:

5, 40: « Plotius et Varius... Virgiliusque... animæ, quales neque candidiores Terra tulit, neque queis me sit devinctior alter. » Ex tota vita, si nihil aliud de poeta traditum esset, hæc saltem censura eum omnibus bonis commendaret.

§. 67. *Anser;* de quo Ovid. Trist. II, 435: « Cinnaque procacior Anser. » Adde Propert. II, extr., 83, 84: « Nec minor his animis, nec se minor ore canorus Anseris indocti carmine cessit olor. » Forte: « Nec minor his animi, nec segnior ore, canorus... olor. » Virgilius, in his, quæ luserat, nec minore spiritu, nec remissioribus numeris, Ansere superior erat. De *Ansere* Serv. ad Ecl. VII, 22; IX, 36. Graviore auctoritate *Cimber* inter inimicos Virgilii numeretur ex Quintil. Inst. VIII, 3, 27, 28. *Cornificius* Ovidio Trist. II, 436, memoratus: « Et leve Cornifici, parque Catonis opus. » Cf. ibid. Burm. Catullianus Cornificius intelligi hic nequit. Hieronym. in Chron. Euseb. MDCCCCLXXVI (ad U. C. 712): « Cornificius poeta a militibus destitutus interiit, quos sæpe fugientes galeatos lepores vocaverat. Hujus soror Cornificia, cujus exstant insignia epigrammata. » Quibus vereor ne fabulæ adspersæ sint: alioqui si hoc anno periit Cornificius, illa narratio de inimicitiis ejus cum Virgilio exercitis concidit, quum is non nisi post Cornificii mortem inclaruerit. Servius ad Ecl. II, 36, per *Amyntam* Cornificium vult intelligi, quia is conatus est contra Virgilium scribere. Cf. eumd. ad Ecl. V, 8. Adde inf. §. 76. In argumentis Cod. Gud. Damon Ecl. VIII est Cornificius, et Alphesibœus Virgilius.

§. 69, 70. Totam de hoc *disticho*

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane:
Divisum imperium cum Jove Cæsar habet);

diu quæritans Augustus, cujusnam hi versus essent, eorum auctorem non inveniebat. Bathyllus vero poeta quidam mediocris, tacentibus aliis, sibi adscripsit: quamobrem donatus
honoratusque a Cæsare fuit. Quod æquo animo non ferens 70
Virgilius, iisdem valvis affixit quater hoc principium: « Sic vos non vobis. » Postulabat Augustus, ut hi versus complerentur: quod quum frustra aliqui conati essent, Virgilius, præposito disticho, sic subjunxit:

Hos ego versiculos feci: tulit alter honores:
Sic vos non vobis nidificatis aves.
Sic vos non vobis vellera fertis oves.
Sic vos non vobis mellificatis apes.
Sic vos non vobis fertis aratra boves.

Quo cognito, aliquandiu Bathyllus Romæ fabula fuit, Maro vero exaltatior.

XVIII. Quum is aliquando Ennium in manu haberet, roga- 71
returque quidnam faceret; respondit, se aurum colligere de stercore Ennii: habet enim poeta ille egregias sententias sub
verbis non multum ornatis. Interroganti Augusto, quo pacto 72
civitas feliciter gubernaretur: « Si prudentiores, inquit, temonem tenuerint, et boni malis præponantur: itaque optimi suos habeant honores, nulli tamen aliorum injusti quidquam
fiat. » At Mæcenas: « Quid, inquit, Virgili, satietatem homini 73
non adfert? » « Omnium rerum, respondit, aut similitudo, aut
multitudo stomachum facit, præter intelligere. » Idem inter- 74
rogavit: « Quo pacto quis altam felicemque fortunam servare potest? » Cui Maro: « Si, quantum honore ac divitiis aliis præstantior sit, tanta liberalitate et justitia alios superare ni-
tatur. » Solitus erat dicere: « Nullam virtutem commodiorem 75
homini esse patientia; ac nullam asperam adeo esse fortunam, quam prudenter patiendo vir fortis non vincat. » Quam sententiam in quinto Æneidos inseruit:

Nate dea, quo fata trahunt retrahuntque, sequamur;
Quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.

et de quaternis istis hemistichiis narrationem ineptum Grammatici seu monachi commentum esse male putat Heynius. Anthol. Veter. Latin. Tom. I, p. 224. Ed.

§. 72. Videntur homines lepidi, quicquid unquam pulchrarum sententiarum reperirent, ut clarum et gravem auctorem darent, in Virgilium cumulasse.

76 Quum quidam ejus amicus Cornificii in eum maledicta et ini-
micitias sibi enarraret: « Quam putas, inquit, esse hujus ma-
levolentiæ causam? nam neque unquam Cornificium offendi, et
eum amo. — An, inquit, Hesiodi sententiæ non meministi,
ubi ait, architectum architecto invidere, et poetam poetæ? —
De malis, inquit, Græcus ille intellexit: nam boni eruditiores
amant. Sed magna cum laude et gloria vindictam in manu ha-
beo: majore enim cura virtuti intendam; atque quo elegantior
77 ego fiam, eo vehementiore invidia rumpetur. » Erat Augusto fa-
miliaris Philistus quidam; orator et poesin mediocriter doctus,
cui multiplex variumque ingenium erat, quique omnium
omnia dicta reprehendere conabatur, non ut verum dignos-
ceret, quod Socrates facere consuevit, sed ut eruditior vide-
retur. Hic Virgilium, ubicumque convenire dabatur, male-
dictis salibusque vexabat: quare ille sæpe aut tacitabundus
discedebat, aut suffusus pudore tacebat. Verum, quum Augusto
audiente elinguem illum diceret, et caussam etiam suam, si
linguam haberet, defendere nequire: « Tace, inquit, rabula;
nam hæc mea taciturnitas defensorem caussarum mearum
Augustum fecit et Mæcenatem; et ea tuba, quum volo, loquor,
quæ ubique et diutissime audietur: tu loquacitate non modo
aures hominum, sed muros rumpis. » Augustus vero Philis-
tum gravi vultu increpavit: tunc Maro, « Si tempus, Cæsar,
inquit, tacendi hic sciret, raro loqueretur: tacendum enim
semper est, nisi quum taciturnitas tibi noceat, aut oratio aliis
prosit; nam qui contendit, et an contentionis finis utilis sit,
non novit, stultis illum annumerandum sapientes putant. »
78 XIX. Posteaquam Augustus summa rerum omnium potitus

§. 77. *Philistus* cum suo dicto commentitius Grammaticorum homo esse videtur. Philistos varios enarrat Fabr. ad Dionem XXXVIII, 18, §. 89, sed nullus ex iis hic locum habet. *Elinguem* quod dixit, videtur dictum respicere Melissi sup. §. 27.

§. 78. *Posteaquam Augustus*... Commentum hoc parum acuti hominis esse, monere necesse non est. Conf. Ruæum, Vita Virgilii ad 725. Scilicet poetarum consilia hisce de rebus expetent tyranni! Forte ex rhetorum scholis fluxit, in quibus declamationis argumento inservire potuit. Wartonus tamen (*Life of Virgil*. p. 25) narratiunculam admodum probat, et ex Platone petitam. Æn. I, 152... 157 expressam esse existimat. Mæcenatis et Agrippæ disputationes hac de re ex Dione notæ sunt: forte et illæ in scholis rhetorum natæ.

Consultos. *Consultores* emendat Gronov. Mox *et civibus* inutile est; nisi *fuit*, *ut civibus*. Paullo post *nulla hominum facta compositione*

t in mentem, an conduceret tyrannidem omittere, n potestatem annuis consulibus, et senatui rempublilere: in qua re diversæ sententiæ consultos habuit em et Agrippam. Agrippa enim utile sibi fore, etiamsi n non esset, relinquere tyrannidem longa oratione t: quod Mæcenas dehortari magnopere conabatur. ugusti animus et hinc ferebatur et illinc: erant enim sententiæ, variis rationibus firmatæ. Rogavit igitur a, an conferat privato homini, se in sua republica n facere. Tum ille, « Omnibus ferme, inquit, remp. tibus molesta ipsa tyrannis fuit, et civibus; quia net propter odia subditorum, aut eorum injustitiam, uspicione magnoque timore vivere. Sed si cives jusuem scirent, quem amarent plurimum, civitati id t, si in eo uno omnis potestas foret. Quare si justiod modo facis, omnibus in futurum nulla hominum npositione distribues, dominari te, et tibi conducet benevolentiam enim omnium habes, ut deum te et et credant. » Ejus sententiam sequutus Cæsar printenuit.
79 Audivit a Scirone præcepta Epicuri; cujus socium habuit Varium: quamvis diversorum Phium opiniones libris suis inseruisse de animo maxiatur, ipse tamen fuit Academicus: nam Platonis s omnibus aliis prætulit.

---

80 unc quoniam de *auctore* summatim diximus, de ipso *nine* dicendum videtur: quod bifariam tractari solet,

est. Dictum esse debet habito respectu.

Scirone. Lege: *a Syrone.* Epicureum, Ciceroni um et optimum virum de quo Cicero Fin. II, v. VI, 11. Eum Virgilii nagistrum fuisse passim ici monent; vid Phocas in . v. 63, 64. Serv. ad Ecl. En. VI, 264. Cf. notas ad r. Epigramma Virgilii ad illam v. in Catalectis et log. p. 677, in quo ei suos amicos et patrem eo videtur tempore commendare, quum ex agro suo veteranis assignato Romam discederet. *Magni docta dicta Syronis* laudantur ibid. lib. II Epigr. 243.

Ipse tamen fuit Academicus; velim constet satis nobis de veritate hujus rei. Vulgo pro Epicureo haberi solet Virgilius. Etiam Auctor Ciris v. 3, 4, profitetur philosophiæ Epicureæ studium. Cf. ad pr. Ecl. VI.

§. 80. Quæ sequuntur, male nar-

hoc est, et *ante opus*, et *in ipso opere*. Ante opus, *titulus*, *sa*, *intentio:* titulus, in quo quæritur, cujus sit: caussa de ortum sit, et quare hoc potissimum sibi ad scribe poeta præsumserit: intentio, in qua cognoscitur, quid ef
81 conetur poeta. In ipso opere same tria spectantur, *nun* *ordo*, *explanatio:* quamvis igitur multa ψευδογραφῆ, id est inscriptione, sub alieno nomine sunt prolata, ut Th tragœdia hujus poetæ, quam Varius edidit pro sua, e hujuscemodi; tamen *Bucolica* liquido Virgilii esse mi dubitandum est: præsertim quum ipse poeta, tamquai metuens, principium hujus operis et in principio Æn et in alio carmine suum esse testatus sit, dicens;

> Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena,

et reliqua: et,

> Carmina qui lusi pastorum, audaxque juventa,
> Tityre, te patulæ cecini sub tegmine fagi.

82 Bucolica autem et dici, et recte appellari, vel hoc solum cium suffecerit, quod hoc eodem nomine apud Theoc censeatur. Verum *ratio* quoque demonstranda est: tria pastorum genera, quæ dignitatem in Bucolicis habent: rum qui minimi sunt, αἰπόλοι dicuntur a Græcis; iidem bis caprarii: paullo honoratiores, qui ποιμένες, id est, o nes dicuntur: honestissimi, et maximi, βουκόλοι, quos buk dicimus: unde igitur magis debuit pastorali carmini n imponi, quam ab eo gradu, qui apud pastores excell
83 simus invenitur? *Caussa* dupliciter inspici solet: ab o carminis, et a *voluntate* scribentis.

84 XXI. *Originem* autem Bucolici carminis alii ad aliam

rationi de vita subjecta sunt, quum ad sola Bucolica respiciant, atque his potius præfigenda sint. Sunt vero ea ita comparata, ut non magnum inde fructum capere possis.

§. 81. Ψευδογραφῆ immo ψευδεπιγραφῆ. De *Thyeste* v. sup. ad §. 30.

§. 82. *Quam ab eo gradu, qui apud pastores excellentissimus invenitur.* Ineptum est hoc, quamquam apud Grammaticos passim obvium, etiam Græcos, ut ante Theocritum, in: περὶ διαφορᾶς τῶν βουκολικῶν. Obtinuerat usus, ut / eodem modo, quo ποιμένες, no de quocunque pastorum dicerentur, utque adeo βου simpliciter esset *pastoritiun* ta tamen ex hac etymologia ter eliciunt scriptores, qui colico carmine egerunt: v. *drio*, verbosus homo, *della e della Ragione d' ogni Poesi* II, pag. 600.

§. 84. *Originem:* vide quai gis præmisimus de genere bu

sam ferunt. Sunt enim, qui a Lacedæmoniis pastoribus Dianæ primum carmen hoc redditum dicant, quum eidem deæ, propter bellum, quod toti Græciæ illo tempore Persæ inferebant, exhiberi per virgines de more sacra non possent Alii ab 85
Oreste, circa Siciliam vago, id genus carminis Dianæ redditum loquuntur per ipsum atque pastores: quo tempore de Scythia cum Pylade fugerat, surrepto numinis simulacro, et celato in fasce lignorum; unde Fascelidem Dianam perhibent

disputatiunculam. Nihil in omnibus his, quæ memorata sunt, est, in quo acquiescere possis. Non vident homines docti, aliud esse carmen bucolicum arte elaboratum, aliud rude et indoctum, quod impetus animi, exsultatio, et affectus temere effundit. Confundunt porro hymnos in deos agrestes, et sacra eorum et fabulas. Eadem tamen, quæ hic memorantur, reperias in princ. Comment. Servii, e quibus videntur huc male revocata esse: sunt autem pleraque e Græco Grammatico conversa, qui ab Aldina inde præfigi Theocrito solet: περὶ τοῦ, ποῦ καὶ πῶς εὑρέθη τὰ Βουκολικά.

A Lacedæmoniis pastoribus. Bello Persico, quum festum Dianæ Caryatidis instaret, cujus fanum in Laconia erat, in quo virgines Lacedæmoniorum anniversarium festum agebant, et ex more patrio choros instituebant, vid. Pausan. III, 10; bello itaque Persico, quod Xerxes Græciæ intulit, quum propter hostium metum puellæ Lacedæmone egredi non auderent, pastores Laconici agri sacra fecisse et Dianam suis carminibus celebrasse memorantur; quæ carmina quum probata fuissent, ab eo tempore morem horum carminum esse servatum. Hæc, etsi vix videas quomodo inde bucolici carminis origo repeti possit, jactata videas ubique: vid. Grammaticus in fronte Theocriti: Serviana pr. Bucolicor. Isidor. Origg. I, cap. 38: Diomedes lib. III, p. 483, Putsch. Probus de bucolici carminis ratione, præfixus edd. nonnullis, ut Basil. Henricpetr. 1575, in quo multa copiosius exposita sunt: Veter. Grammatic. Apospasmatia ad calcem Mallii ab Heusingero edita p. 93, 94.

§. 85. *Ab Oreste.* In Sicilia, inter Mylas et Naulochum, non longe a promontorio Peloro, templum Dianæ *Facelinæ* sive *Facelitidis*, Ἀρτέμιδος φακελίτιδος, erat; cujus sacrum ac nomen a Lacedæmoniis petitum erat; v. Pausan. III, 16, p. 249; quum autem hi originem a Dianæ Tauricæ simulacro per Orestem deportato repeterent, fabulæ licentia deinde errores aliquos Orestis circa Siciliam comminisci cœperunt; unde fluxit narratio de bucolici carminis origine, quæ h. l. legitur. De *Diana Phacelitide* s. *Facelitide*, non vero *Fascelide*, videatur inprimis Cluverius in Sicil. ant. pag. 304 sqq. Munckerus ad Hygin. fab. CCLXI. Antonin. Lib. 27. Adde Probum supra memoratum, Grammat. Theocrit. l. l. Schol. Horat. Cruqu. I Carm. 7, 10. Intpp. ad Vibium p. 170. Traducta quoque est fabula in Italiam; nam et Ariciæ fuit Dianæ Tauricæ κρίτας: Solin. cap. 2, p. 13 C; add.

nuncupatam : apud cujus aras Orestes per sacerdotem ejusdem numinis Iphigeniam sororem suam a parricidio fuerat expia-
86 tus. Alii Apollini Nomio, pastorali scilicet deo, qua tempestate
87 Admeti boves paverat. Alii Libero, Nympharum scilicet, Satyrorum, et id genus numinum principi, quibus placet rusticum
88 carmen. Alii Mercurio, Daphnidis patri, pastorum omnium principi et apud Theocritum, et apud hunc ipsum poetam.
89 Alii in honorem Panos scribi putant peculiariter pastoralis
90 dei, item Sileni, Silvani, atque Faunorum. Quæ quum omnia dicantur, illud erit probatissimum, Bucolicum carmen originem ducere a priscis temporibus, quibus vita pastoralis exercita erat; et ideo velut aurei sæculi speciem in ejusmodi personarum simplicitate cognosci; et merito Virgilium, processurum ad alia carmina, non aliunde cœpisse, nisi ab ea vita, quæ prima in terris fuit : nam postea rura culta, et ad postremum pro cultis et feracibus terris bella suscepta : quod videtur Virgilius in ipso ordine operum suorum voluisse monstrare, quum pastores primo, deinde agricolas canit, et ad ultimum bellatores.

91 XXII. Restat, ut, quæ *caussa voluntatem* attulerit poetæ Bucolica potissimum scribendi, consideremus. Aut enim dulcedine carminis Theocriti et admiratione ejus illectus est; aut ordinem temporum est sequutus erga vitam humanam,

Wernsdorf. diss. de pignorib. imperii Rom. 1786, p. 13 sq. et Rhegii ejus religio habita : v. Morisani Inscriptt. Regin. p. 91, 92. Probus l. c. laudat versus Lucilii : « .... et sæpe, quod ante Optasti, freta Messanæ et Rhegina videbis Mœnia, tum Liparas, Facelinæ (et) templa Dianæ » ; scil. ad Mylas Siciliæ. Tam late sparsa est hæc fabula, ut eadem hac face plura scriptorum loca collustrare possis. Quid? quod ad Syriam eadem fabula fuit deducta ab Antiochenis scriptoribus, qui omnino sibi in hoc placuere, ut veteres fabulas ad suum Orontem traducerent. V. Malala p. 176. Cedren. p. 134 sq. Lamprid. Elagab. 7, et ibi Salmas. add. Eckhel Doctrina numor. vol. III, pag. 317. Clarissimum Dianæ Tauricæ signum fuit in Atticæ pago Braurone : Eurip. Iphig. in Taur. extr.

§. 86. *Alii.* Facile apparet, Grammaticos hæc ex iis poetarum bucolicorum locis collegisse, in quibus, poetico more, modo hunc modo illum deum rerum rusticarum præsidem, propitium sibi esse volebant, et inventi carminis honorem ad eum referebant poetæ.

§. 90. *Merito Virgilium;* stolida argutia! Eadem tamen etiam Servianis in pr. Bucolic. §. 24.

§. 91. Ἁδρὸν, *qui validus.* M. Gellius VII, 14, *uberem* rec. quem vide. Servius pr. Comm. in Bucolic. *grandiloquum.* C. per. Obss. I, 5 pr.

diximus; aut tres modos elocutionum, quos χαρακτῆ-
i vocant, ἰσχνὸν, qui tenuis, ἁδρὸν, qui validus, μέσον,
eratus intelligitur. Credibile erat Virgilium, qui in 92
ıere prævaluerit, Bucolica primum, Georgica secun-
neida tertium voluisse conscribere. Aut ideo potius 93
ucolica scripsit, ut in ejusmodi carmine, quod et
berius, et magis validum est, quam cetera, faculta-
:ret captandæ Cæsaris indulgentiæ, recuperandique
:m amiserat. Ob hanc caussam die tertio iduum Mar- 94
. Cæsare interfecto, quum Augustum Cæsarem pæne
veterani milites, non abnuente Senatu, sibi ducem
ssent, exorto bello civili, Cremonenses, cum ceteris
studii, adversarios Augusti Cæsaris adjuverunt: unde 95
st, ut, quum victor Augustus in eorum agros veteranos
ıssisset, non sufficiente agro Cremonensium, Man-
oque, in quibus erat Virgilius, maximam partem
finium perdiderint, eo quod vicini Cremonensibus
Sed Virgilius, Augusti familiaritate suoque carmine 96
Centurioni Arrio obsistere ausus est. Ille statim, ut
l gladium manum admovit: quumque se in fugam
sset poeta, non prius persequendi finis fuit, quam
rium Virgilius conjecisset. Sed postea, Mæcenate, et
, et ipso Augusto faventibus, agros suos recepit.
Intentio libri, σκοπὸν Græci vocant, imitatione Theo- 97
ɔtæ constituitur, qui siculus et syracusanus fuit. Est
etiam in laudem Cæsaris, et principum ceterorum,
in sedes suas rediit: unde, ut et delectationem et
ı finis contineret, secundum præcepta cuncta confe-
ri solet, cur non plures quam decem Eclogas con- 98
: quod nequaquam mirandum videbitur ei, qui con-
it ætatem scenarum pastoralium, quæ ultra hunc
ı non potest proferri; præsertim quum ipse poeta cir-
ior Theocrito, ut ipsa res indicat, videatur metuere,
cloga, quæ Pollio inscribitur, minus rustica videa-

t *magis validum;* immo
ıs v. vide §. 91.
niserat ob hanc caussam.
ententiam. Sunt autem
§. 97 a sequiore manu,
ervianis Comment. pr.
ta. — Sic interpungen-
dum censeo, *quem amiserat ob hanc caussam*, quia, *die... adjuverunt.*

§. 97. *Intentio libri.* Eadem in Serv. ibid. §. 8.

§. 98. *Quæri solet.* Vix habeas dicere, utra stolidior sit, quæstione an ejus solutio.

tur, quum ipsam sic præstruat ipse, dicens, *Sicelides Musæ, paullo majora canamus*: et idem similiter in aliis duabus facit.
99 Illud tenendum esse prædicimus in Bucolicis Virgilii, neque nusquam, neque ubique aliquid figurate dici, hoc est, per allegoriam: vix enim propter laudem Cæsaris et amissos agros hæc Virgilio conceduntur; quum Theocritus, quem hic noster toto studio imitari conatur, simpliciter omnino conscripserit.
100 XXIV. Quod autem in ipso carmine tractari solet, est *nu-*
101 *merus, ordo, explanatio. Numerus* Eclogarum manifestus est: nam decem sunt: ex quibus proprie Bucolicæ VII esse creduntur: tres enim ultimæ proprie Bucolicæ dici non debent, Pollio scilicet, Silenus, et Gallus. Prima igitur continet conquestionem publicam, et privatam congratulationem de agro, et dicitur Tityrus. Secunda amorem pueri, et dicitur Alexis. Tertia certamen pastorum, et dicitur Palemon. Quarta Genethliacum, et dicitur Pollio. Quinta epitaphium, et dicitur Daphnis. Sexta metamorphosin, et dicitur Varus, et Silenus. Septima amores diversorum sexuum, et dicitur Corydon. Octava Pharmaceutria, et dicitur Damon. Nona continet poetæ conquestionem de amisso agro, et dicitur Mœris. Deci-
102 ma desiderium Galli, et dicitur Gallus. Quod ad *ordinem* spectat, illud scire debemus, in prima tantum et ultima Ecloga poetam voluisse ordinem servare; quoniam in altera principium constituit, ut in Georgicis ait: «Tityre, te patulæ cecini sub tegmine fagi»: in altera ostendit finem, quippe qui dicat, «Extremum Arethusa mihi concede laborem.» Verum inter ipsas Eclogas, pastoralem conscriptumque ordinem nullum esse certissimum est: sed sunt qui dicant initium Bucolici carminis non *Tityre* esse; sed *Prima Syracosio dignata est ludere versu.*
103 XXV. Superest *explanatio*: ad quam antequam veniamus illud dixerim, tenue esse Bucolicum carmen, et usque adeo ab heroico charactere distare, ut versus quoque hujus carmini

§. 99. *Neque nusquam; neque ubique;* hoc vero acute dixit Grammaticus. Eadem in Serv. loco laud. §. 9, 10, vid. disput. de *bucolico carmine.*

§. 101. *Prima igitur.* Ne hi quidem Eclogarum tituli commode expressi sunt.

Palæmon. Sueton. de illustr. Grammat. cap. 23 de Remmio Palæmone: « Arrogantia fuit tanta, et... nomen suum in Bucolicis non temere positum, sed, præsagiente Virgilio, fore quandoque omnium poetarum ac poematum Palæmonem judicem. »

is suas quasdam cæsuras habeant, et suis legibus distinguan-
ır : nam quum tribus probetur metrum, cæsura, scansione, 104
ıodificatione, non erit Bucolicus versus, nisi in quo et pes
rimus partem orationis absolverit : et tertius trochæus fuerit
t cæsura, et quartus pes dactylus magis quam spondeus
artem orationis terminaverit; quintus et sextus pes ex inte-
ris dictionibus fuerit: quod Virgilius, a Theocrito sæpe ser-
'atum, victus operis difficultate, neglexit. In solo principio, 105
ncertum industria an casu, has cæsuras servavit. Nam, *Tityre,*
lactylus partem orationis absolvit, *tu patu, læ recu,* tertium
lactylum, quamvis de composita dictione conclusit: *bans sub*
ıuartum spondeum pro dactylo: quum subjunxit, *tegmine*
agi, terminatis partibus orationis integrum comma perfecit:
:ujus rei diligentiam licet in Theocriti omnibus ferme versi-
ɔus admirari. Qui vero supra dicta acri judicio diligenterque 106
:onsiderarit, facile intelliget, quæ in Georgicis intentio,
ɋuique finis fuerit, nec minus etiam in Æneide.

Poematis styli *genera* tria sunt. Aut enim *activum*, vel *imi-* 107
tativum, quod Græci δραματικὸν appellant, in quo personæ lo-
quentes introducuntur sine poetæ interlocutione; ut sunt tra-
gœdiæ, et comœdiæ; δρᾶν enim Græce agere dicitur : quo
genere scripta est prima, *Tityre*, et, *Quo te Mœri pedes.* Aut
enarrativum, quod Græci διηγηματικὸν appellant; in quo poeta
ipse loquitur sine interpositione personæ, ut tres primi Geor-
gicon libri, item Lucretii carmina. Aut *commune*, vel *mixtum*,
quod Græci μικτὸν appellant; ubi et poeta ipse loquitur, et
introductæ personæ : ut est Virgilii Æneis.

§. 104. *Non erit bucolicus versus, nisi.* Grammatici subtilitas! Quum de cæsura agunt Grammatici, versum bucolicum appellant, in quo post pedem quartum, eumque dactylum, nulla cæsura incidit : ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἁ πίτυς [*Dic mihi, Damœta, cujum pecus?*] Quod metrum græca Theocriti sæpissime, latina Maronis musa raro admittit.

§. 107. *Poematis styli tria genera sunt.* Ex Grammatico Græco in fronte Theocriti : περὶ τῶν τῆς ποιήσεως χαρακτήρων.

Ut tres primi Georgicon libri. Cur non et quartus? saltem usque ad eam partem, qua Proteus vaticinans inducitur.

P. VIRGILII MARONIS VITA

PER ANNOS DIGESTA,

EX IMITATIONE RUÆI.

U. C. Varr. 684. Cat. 682.

M. Licinius Crassus: Cn. Pompeius Magnus Coss.
Ante C. N. 70. *Virgilii* 1.

His Coss., et quidem Idibus Octobribus, (*die octobris decimo quinto*,) natum esse Virgilium tradunt ad unum omnes. Consentiunt et in hoc, Andes, agri Mantuani vicum, ei natale solum fuisse. De patre ejusque nomine, ut et de matre, multa ineptiunt Grammatici. Patrem Virgilium Maronem, matrem Maiam fuisse, dubitari nequit. Nomen et Virgilius et Vergilius scribitur. Sed videamus de singulis.

Coss. laudatos non modo Pseudodonatus diserte memorant, et Phocas v. 20. 21, verum etiam Hieronymus in Chronic. Euseb. p. 151 et p. 40 (ed. 1658) *Virgilius Maro in pago, qui Andes dicitur, haud procul a Mantua, nascitur, Pompeio et Crasso Coss.* cf. Scalig. Animadv. p. 152 b. Nam Græca respicienda non sunt, in quibus p. 259 sequenti anno adscriptum est: Βιργίλιος ἐγεννήθη· quod idem sequuntur Chronicon Paschale s. Fasti Siculi pag. 184; C. Idatius Fastis Consular. a. 685. Apud eundem Hieronymum ad Olymp. 177, 3 is annus recte refertur. Phlegon Trallianus in Olympicorum et Chronicorum collectione apud Photium Biblioth. XCVII, p. 267, 25 ed. Rothomag. ubi de Olymp. 177, 3 καὶ Οὐιργίλιος Μάρων, ὁ ποιητὴς, ἐγεννήθη τούτου τοῦ ἔτους, εἴδοις Ὀκτωβρίαις,

Andes Hieronymus l. l. et Donatus aliique memorant. *Andino vico*, inquit Probus, *qui abest a Mantua millia passuum III:* situs hujus vici incertus est. Mantuani tamen eum esse contendunt, qui nunc duo millia passuum ab urbe dissitus, vulgo dicitur *Pietola:* v. Cluver. Ital. ant. p. 257. Ex more tamen satis frequenti inter veteres, de quo vel Catulli exem-

plo constat, qui, in insula Benaci Sirmione natus, Veronensis appellatur, Virgilii origines ad Mantuam ipsam referuntur, ut ab ipso poeta factum esse videtur Ge. III, 10; alia aliorum loca v. ap. Cluver. l. l. Erat Mantua in Gallia Cisalpina. *Venetum* tamen appellat, apud Macrobium Evangelus, Sat. V, 2, sed cum irrisione, ut scilicet tanto magis eum a cultu Græcarum literarum alienum fingeret; nisi secundum posterioris Venetiæ fines dictum existimes, qui ad Adduam usque flumen extendebantur. Phocas Grammaticus in Vita Virgil. 21 *Vatem Etruscum*, appellat, et v. 5 *Æmula Virgilium tellus nisi Tusca dedisset.* Possit id ad origines Mantuæ referri; v. Exc. I ad Æn. X. sed vix tam docte scribere voluit Phocas.

De Idibus Octobr. non modo ex Phlegonte l. l. verum etiam ex Martiale XII, 68 constat: *Octobres Maro consecravit Idus.* Adde Auson. Idyll. V, 26. A viris doctis eas inter dies festos habitas fuisse, cum ex illis locis apparet, tum Silii Italici exemplo apud Plin. Epist. III, 7: *multum ubique... imaginum, quas non habebat modo, verum etiam venerabatur; Virgilii ante omnes, cujus natalem religiosius quam suum celebrabat.* Natum Virgilium, quum Sol ex Virgine in Chelas receptus esset, h. in locum Libræ deinceps destinatum, Phocas v. 21. 22 memorat. Augusti ævo Sol Libram adibat Kal. XII Octobr. conf. ad Ge. I, 32.

De Grammaticorum nugis circa natales poetæ v. supra ad Vitam Donati §. 3. 4.

De scriptura nominis digladiati sunt inter se, cum veteres, tum recentiores Grammatici. Lapides et codices utrumque exhibent. Etiam Græci modo Οὐιργίλιος modo Οὐεργίλιος scribunt: et *Vergilius*, Mediceus, Pierii Romanus, et vetustissimum Fragm. Aspri apud Benedictinos *Nouv. Tr. de Diplomat.* T. III, p. 152. Ceterum vide, si tanti est, Corrad. in Vita Virgilii pr. adde quos laudat Fabric. Biblioth. lat. vol. II, p. 226; Burmann. Antholog. T. I, p. 399; Pierium, Cerdam, Burmann. ad Virg. Georg. IV, extr. et Ruæum in Vita Virgilii pr. Nomini in veteribus nonnullis libris *Parthenias* additur: v. sup. ad Donat. §. 22.

Parentes Virgilius honestos quidem, quales nobiles nostros villaticos, sed tamen obscuros; et in agro suo colendo vitam agentes, habuit: unde ductum illud ap. Macrob, V, 2, *Unde enim Veneto rusticis parentibus nato, inter sylvas et frutices educto, vel levis Græcarum notitia literarum?* Quod autem *figu-*

lum patrem esse narrant, id vereor ne inepti monachi *a fi* *carmina fingente* duxerint; uti altera narratio *de patre men* *nario* non aliunde nata, quam quod Tityrum in prima Eclo Virgilii patrem nonnulli tradiderant.

U. C. Varr. 689.

L. Aurelius Cotta: L. Manlius Torquatus.
A. C. 65. *Virgilii* 5—6.

Q. Horatius Flaccus nascitur VI Id. Decemb. Sueton. ejus Vita.

U. C. 696.

L. Calpurnius Piso: A. Gabinius.
A. C. 58. *Virgilii* 12—13.

Hieronymus in Chron. Euseb. p. 151, ad Olymp. 180, adeoque h. a. *Virgilius Cremonæ studiis eruditur.* Aliter Dona §. 6. Profectum tamen hinc esse videtur, quod recentic nonnulli scriptores de ludo literario publico, qui Roma rum tempore Cremonæ floruerit, memorant, v. c. Lud Cavitellius Cremonens. Annal. pag. 1262, A. T. III, Thes. A Ital. Superiore anno *Messala* natus erat; vide ad Tibulli Vit

De magistris Virgilii vix quicquam certi tradi potest. Q sive Grammaticorum fidei, sive doctorum virorum conjec ris debentur, ad Donatum rejecta sunt ad §. 7, et 79.

Ceterum etsi de magistris Virgilii et disciplina non s constet, et eum obscuro loco natum esse satis appareat, li rali tamen institutione eum usum, et cum viris doctis et gantibus versatum esse, tota ingenii ejus in carminibus pressa venustas satis prodit. Ex humili enim et sordida et consuetudine nemo facile generosi poetæ spiritus sun nisi forte literarum humanitas, meliorumque homin contubernium exemplumque, natalium sordes primæ pueritiæ robiginem deterserit.

U. C. 699.

Cn. Pompeius Magnus II: M. Licinius Crassus II.
A. C. 55. *Virgilii* 15—16.

Hoc anno virilem togam sumsit Virgilius, si verum

quod a Donato §. 6, memoratur, iisdem, quibus natus erat, Coss. id factum esse. Et anno fere XV vel XVI ea sumebatur; v. Noris. Cenotaph. Pisan. p. 115, sq. et passim alios, ut Masson. in Vita Horatii et Ovidii.

U. C. 701.

Cn. Domitius Calvinus: M. Valerius Messala.
A. C. 53. *Virgilii* 17—18.

Hieronymus Chron. Euseb. ad Olymp. 181, 4, *Virgilius sumta toga Mediolanum transgreditur: et post breve tempus Romam pergit.* At Donatus §. 7: *Sed Virgilius Cremona Mediolanum, et inde paullo post Neapolin transiit... se in Urbem contulit.* Uter verius dixerit, quis definire ausit? Forte ne Romam quidem omnino tum adiit; aut, si adiit, in agrum suum mox se contulit, quod inter belli civilis initia factum esse probabile fit.

De juvenilibus Virgilii poematibus vide supra ad Donatum §. 28.

U. C. 709.

C. Julius Cæsar IV, sine Collega.
A. C. 45. *Virgilii* 25—26.

Alexin hoc anno scriptum conjicit, primam certe omnium eclogarum fuisse contendit Martinus in vita Virg. p. XXXIV, et ad Ecl. V, 86. Ex verbis enim hujus eclogæ: *Hac te nos fragili donabimus ante cicuta; Hæc nos, Formosum Corydon ardebat Alexin, Hæc eadem docuit: Cujum pecus, an Meliboei?* eclogam secundam et tertiam ante quintam fuisse scriptam apparet. Videtur autem quinta anno 712 edita esse, ut mox videbimus, ut adeo hoc certe anno anterior sit Alexis. Jam autem Martinus cum aliis (v. mox ad 711.) et hoc ponit, Virgilium Cæsari notum fuisse, idque haud dubie carmine aliquo, quod ipsum carmen *Alexin* fuisse suspicatur, adeoque in hunc annum rejicit; sequenti enim anno occisus fuit Cæsar. Vides, ut suspicio ex suspicione necti soleat. Est tamen Eclogæ II, cum argumentum, tum tota tractatio, si sensum tuum, non opinionem, audias, ejusmodi, ut non facile, nisi in juvenile ingenium, cadere possit.

U. C. 710.

C. Julius Cæsar V: M. Antonius.
A. C. 44. *Virgilii* 26—27.

Idibus Martiis Cæsar occiditur. Varia post ejus mortem prodigia, v. Dio XLV, 17, inprimis Sol toto anno pallidior; v. ibid. et Plutarch. Cæs. extr. Ea commemorat Virgilius Georg. I, 466, sqq., ubi cf. not. Octavius, testamento Cæsaris ex dodrante hæres institutus, et in familiam Cæsaris nomenque adoptatus, Apollonia Romam rediit; quum autem Antonium iniquiorem in se esse videret, Optimatibus sese adjunxit. Apolloniæ, quæ Epiri urbs est, a Cæsare ad Parthos profecturo præmissus, substiterat, studiisque vacaverat. Sueton. Octav. c. 8.

U. C. 711.

C. Vibius Pansa: A. Hirtius.
C. Julius Cæsar Octavianus: Q. Pedius suffecti.
A. C. 43. *Virgilii* 27—28.

Habiti in Julii Cæsaris honorem ludi, in dedicando Veneris Genitricis templo; nec tamen ante medium Januarium, quum Sol in Capricorno esset: quod idem signum natale Augusti erat cf. *de Mairan* in Epist. ad Com. *de Caylus* super gemma cum horoscopo Augusti: in Opusc. In his ludis stella crinita apparuit: Ecl. IX, 47, *Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum*, ubi vide notas; Vol. I, pag. 199; et Vol. V, pag. 327.

Bellum Mutinense, quo, cum totam Galliam Cisalpinam, tum agrum Mantuanum, adeoque Virgilii possessiones valde afflictas fuisse necesse est. Ad hæc tempora respicere videtur Silius VIII, 589, *Vos etiam, accisæ desolatæque virorum, Eridani gentes.* Ex V Kal. Decembr. M. Lepidus, M. Antonius, C. Cæsar Octavianus, Triumviros reip. constituendæ in quinque annos se renuntiant, proscriptorum tabulas proponunt, inter quos a. d. VII Id. Dec. Cicero occiditur.

In provinciarum distributione, quum Africam, Siciliam, Sardiniam reliquasque ejus maris insulas Cæsar Octavianus, Hispanias cum Gallia Narbonensi Lepidus, reliquas Gallias Antonius obtinuisset, vid. Appian. Civil. IV, pag. 953. 954, ager Mantuanus M. Antonii sorti accesserat. Miserat hic in

has terras Asinium Pollionem, qui usque ad a. 714, Galliam Cisalpinam in Antonii fide continuit. cf. inf. ad 713.

Ad hunc porro annum *Palæmonem*, Eclogam tertiam, refert Martinus (*Life of Virgil*) pagin. XLIV; vide etiam eumdem ad Eclogam quintam, versu 86, quoniam in ea Pollio et primus et solus poetæ laudibus ornatur. Ex iis, quæ modo dicta sunt, conjecturam elegantissimi viri alioqui levissimam firmare possis, certe hoc impetrare, mature in Asinii Pollionis notitiam venisse poetam, quum is per eos annos in illis Italiæ partibus degeret. Cur mihi inter prima poetæ tentamina referenda videatur Ecloga III, ea est causa, quod juvenilem meditationem et exercitationem non obscure prodit; est enim ex Theocriteis Idylliis IV, et V, unice conversa, aut adumbrata.

Julio Cæsari Virgilium innotuisse et carum fuisse, ex Ecl. V, 52, *amavit nos quoque Daphnis,* contendunt; Daphnidem enim Julium Cæsarem esse volunt. cf. ibid. argument. item Martinum in Vita Virgil. p. XXXIV; et ad Ecl. V, 52. Idem vir doctus versum illum ad studium Cæsaris in Mantuanos referebat, quibus, cum ceteris Galliæ Transpadanæ urbibus, civitatem eum dedisse memorat Dio XLI, 36.

Lepida Grammaticorum fabula est de Ecloga sexta *in theatro a Cytheride mima cantata,* quam quum Cicero audiret, magnam Virgilii famam præsagisse fertur; v. Donat. §. 41. Servius ad Ecl. VI, 11.

Hoc anno ad XIII Kal. April. (XX Martii) Ovidius natus est; nec multo ante Propertius; Tibullus autem jam ante 705 natus erat; quanquam alii ejus natales ad a. 690; Propertii autem ad a. 697 referre volunt. Catullus circa 705 obierat.

U. C. 712.

M. Æmilius Lepidus II: L. Munatius Plancus.
A. C. 42. Virgilii 28—29.

Triumviri Cæsari divinos honores decernunt. Kal. Januariis in ejus acta jurant. Sacellum ei tamquam heroi in foro faciunt, et quæ id genus plura apud Dionem XLVII, 18, 19, memorantur. A quo inde tempore *Divi filius* Octavianus dici cœpit, de quo nomine satis copiose agit Heinsius ad Æn. VI, 793.

Anno fere exeunte, pugnatur ad Philippos in ea Macedoniæ

parte sitos, quæ olim ad Thraciam pertinuerat. Brutus et Cassius se sua manu interficiunt. De pugna ad Philippos vid Georg. I, 489, sqq. M. Antonius ad res Asiæ constituendas discedit. Octavianus in Italiam redit, ad agros et præmia inter veteranos distribuenda.

Ad Cæsaris consecrationem quam diximus, nobiles illi versus spectant Æn. I, 290... 294, *Nascetur pulchra Trojanus origine Cæsar* etc., et VI, 790, *hic Cæsar, et omnis Iuli Progenies magnum cæli ventura sub axem.* De eadem consecratione, seu apotheosi agere vulgo existimatur *Daphnis*, Ecloga V. Martinus (*Life of Virgil* p. XLVI, et ad Ecl. V, 86, 20, 52; IX, 10) hoc ipso quoque anno eam scriptam esse statuebat; ut adeo Octaviano Cæsari jam tum Maro commendatus esse videri debeat; idque hoc ipso carmine factum esse; ib. pag. LI. Si mihi hæc conjectura, per se admodum levis, nam cur non multos post annos ejusdem rei memoria pariter bene carmine fieri potuisset? si tamen conjectura hæc de anno, quo scripta sit Ecloga V, firmanda esset, aliud aliquanto firmius argumentum afferrem: in IX Ecl. v. 19, 20, *Quis caneret nymphas? quis humum florentibus herbis Spargeret? aut viridi fontes induceret umbra?* haud dubie ad Ecl. V, 20, 40, respicitur; eam itaque nona, quam a. 713, scriptam esse liquido constat, priorem esse, necesse est.

U. C. 713.

P. Servilius Vatia Isauricus II: L. Antonius.
A. C. 41. Virgilii 29—30.

Octavianus Cæsar Romam reversus, dum veteranis præmia persolvere, eosque in agros municipales Italiæ a Triumviris promissos deducere instituit, ingentes per Italiam turbas, partim eorum, qui possessionibus suis ejiciebantur, indignatione, partim militum effreni cupiditate et audacia, de qua v. Appian. p. 1082 sqq. Dionem Cass. XLVII, 17, Vellei. II, 74, excitari videt. Qua de re v. Argumentum Ecl. I. Latissime autem calamitas illa et ad quamplurimos pertinere debuit, ita ut maximæ fortunarum conversiones insequerentur; unde et Antonius apud Appianum p. 1075, dicere potuit, Octavianum in Italiam isse, si res dicenda sit, tamquam omnem Italiam sedibus suis emoturum, ἀναστήσων τὴν Ἰταλίαν. Vix enim est ex ea ætate poeta, aut scriptor, qui non communi clade

flictum se memoret. Hinc Tibulli *felix quondam, nunc pau-r ager,* I, 1, 19... 23. cf. IV, 183... 190. Propertius de se IV, 129, *Nam tua quum multi versarent rura juvenci, Abstulit ex-ltas pertica tristis opes.* Dum Fulvia, M. Antonii uxor, colo-arum deductionem in viri adventum differendam esse con-ndit, L. Antonius, Marci frater, Consul, novas et ipse res olitur, et partim iis, qui prædiis et agris suis exciderant, iem suam pollicendo, partim Cæsarem ad veteranos crimi-indo, magnum exercitum comparat, bellumque in Cæsarem ovet.

In illa agraria largitione (non enim ad aliam trahi posse, namquam res probatione vix eget, Ruæus probavit ad Vir-ilii Vitam 713) etiam Virgilius agros suos paternos amisit. tsi enim Mantuani nihil in Triumviros commiserant, ma-na tamen agrorum suorum parte multati sunt, quoniam, ut iunt, Cremonensium, qui Bruti et Cassii partes sequuti rant, agri proscripti veteranorum cohortibus, quæ eo de-uctæ erant, non sufficiebant; alia caussa editur apud Pom-ponium Sab. ad Æn. IX, 28, forte ex Servio pleniore; persua-ione Cremonensium Mantuanos non misisse auxilium Au-gusto. Jam Virgilium Romam profectum Octaviani liberalitate agros suos recepisse; quum autem Mantuam rediisset, novam veteranorum injuriam expertum esse, ex Ecloga I, et IX, satis apparet. Confirmat Martialis VIII, 56, *Jugera perdiderat* (Vir-gilius) *miseræ vicina Cremonæ, Flebat et abductas Tityrus æger oves. Risit Tuscus eques* etc. Videamus nunc ea, quæ a Gram-maticis, pleraque fide incerta, traduntur.

Si Servianis laciniis ad Ecl. IX, 7, fides habenda, in his Italiæ partibus *Octavius Musa, limitator ab Augusto datus... quindecim millia passuum agri Mantuani* militibus assignarat, *quum Cremonensis non sufficeret; offensus a Mantuanis, quod pe-cora ejus in agro publico aliquando clausissent.* Alfenum tamen Varum metatorem edit alia in iisdem alterius, ut videtur, Grammatici lacinia ad v. 10, *Quod alii dicunt Virgilium osten-dere voluisse, quod Mantuanis per iniquitatem Alpheni Vari, qui agros divisit, præter palustria nihil relictum sit; sicut ex oratione Cornelii in Alphenum ostenditur*: « Quum jussus tria millia pas-sus a muro in diversa relinquere, ut octingentos passus aquæ, qua circumdata est, admetireris, reliquisti. » Præclarus locus, modo non esset mutilus. Tertio loco *Asinium Pollionem*, quem in his terris cum imperio fuisse supra vidimus, distribuendis

agris præfuisse, alia Servianæ compilationis loca affirmant ad Ecl. II, 1 : *Pollio, qui eo tempore Transpadanam Italiæ pa tem tenebat et agris præerat dividundis.* Et Donatus in Vita Vi gilii §. 36 : *Hic* Pollio *Transpadanam provinciam regebat, cuj favore, quum veteranis... agri distribuerentur, suos Virgilius n amisit. Facta enim distributione, suos seu Claudio, seu Arrio dat recuperavit.* Obscurum est qui factum sit, ut idem negotiu ad plures referri posset. Sed forte ea loca rem expedient, quibus Alfenus Varus Pollioni fugato successisse traditu Serv. ad Ecl. IX, 29, *Sane blanditur Alfeno Varo, qui, Polli ne fugato, legatus Transpadanis præpositus est ab Augusto*, et Ecl. VI, 6, *Alii fuso fugatoque Asinio Pollione, ab Augusto A fenum Varum legatum substitutum, qui Transpadanæ provinc et agris dividendis præesset, qui curavit, ne ager, qui Virgi restitutus fuerat, a veteranis auferretur.* Habere nos putabo a quid, quod sequi possimus, modo Pollionem eo anno fug tum esse probabile fieri poterit. Erat is M. Antonii amic et statim a triumviratus inde pactione U. C. 711, Galliæ C alpinæ ab Antonio præfectus fuerat (cf. Martin. p. XLIII hoc anno, 713, Octaviani copias ab Alpium transitu proh buisse memoratur; vid. Appian. p. 1088, et in bello Perusin ejus fit inter duces Antonianos mentio, qui Salvidienum Galliis Octaviano copias adducentem persequuti, et L. Anto nio suppetias ferre cunctati sunt ibid. pag. 1097, sqq. Quum L. Antonius anno sequenti se dedidisset, cum iis, quas ha bebat, copiis Pollio profectus est, ut Antonio in Italiam ve nienti occurreret; in itinere Domitium cum copiis sibi adjunxit vid. Appian. p. 1113. 1114. Vellei. II, 76, *Nam Pollio Asiniu cum septem legionibus diu retenta in potestate Antonii Venetia magnis speciosisque rebus circa Altinum aliasque ejus regioni urbes editis, Antonium petens, vagum adhuc Domitium... junxi Antonio.* Potuit itaque inter has rerum vicissitudines fieri ut Pollio ex agris Transpadanis expelleretur. Nunc autem i *Alfeno Varo* novæ difficultates oriuntur quem nobilem JCtum male nobis Grammatici in hæc tempora intrudere videntur v. argum. Ecl. VI. Si tamen satis se de quocunque alio Var narratio de agrorum Mantuanorum metatione probaverit et fuit aliquis Varus Virgilio amicissimus, etsi quis ille fueri non ad liquidum perduci potest, (vid. Excurs. II, ad Bucol tum alius ex Serviano centone locus non tam falsi convinc tur, dum innuere videtur, plures in iis regionibus Trium

rorum negotia curasse : ad Ecl. VI, 64, *Gallus... qui et a Triumviris præpositus fuit ad exigendas pecunias ab his municipiis, quorum agri in Transpadana regione non dividebantur.* Potuere adeo cum Pollione omnes illi, quos memoravimus, agrorum dividendorum curam habere. Ceterum vides, omnem illam licentiam, quam nos superiori bello septennali, novo aliquo militum acumine, ad despoliandos homines increbuisse putabamus, jam tum frequentatam fuisse; bellorum autem civilium calamitates et militaris licentiæ ludibria et furores hoc quo vivimus tempore, tamquam novo exemplo ante oculos versari vidimus et audivimus.

Virgilium Romam discedentem, nam ipsum Romam adiisse, ex iis, quæ Tityrus de se narrat Ecl I, 20, sqq., contendunt, ut agros recuperaret, Octaviano Cæsari commendatum esse omnes fere tradunt; sed alii ab Asinio Pollione, v. Serv. ad Ecl. IX, 11; Donat. Vit. Virg. §. 36 : alii ab Alfeno Varo : alii a Gallo, ut modo vidimus, cf Donat. §. 30. 96 : alii cum Martiale VIII, 56, et multo magis cum auctore Carminis ad Pisonem v. 218, sqq. (*Ipse per Ausonias Æneia carmina gentes Qui sonat, ingenti qui nomine pulsat Olympum, Mæoniumque senem Romano provocat ore, Forsitan illius nemoris latuisset in umbra, Quod canit, et sterili tantum cantasset avena Ignotus populis, si Mæcenate careret;*) a Mæcenate id factum esse memorant. Scilicet, ut jam Ruæo visum est, quum Pollioni primum poeta innotuisset, ab hoc Mæcenati commendari, hujusque studio in Octaviani amicitiam venire potuit. Sed satis est, si teneas, poetam his viris omnibus mature gratum et carum fuisse.

Recuperato agro, Eclogam loco, non tempore, primam, si supra memorata recte se habent, scriptam esse dubitari nequit. Obtinet tamen vulgaris opinio, anno hoc 713, ætatis 29, eum *Bucolica* scribere aggressum esse. Quod quidem consilium poetam Pollionis maxime auctoritate et hortatu suscepisse, inter Grammaticos fama tenet; vide Donat. Vit. Virg. §. 36. Iidem ex loco primo, quem Ecloga Tityrus tenet, omnium etiam tempore primam scriptam, et calamitate amissi agri adductum Virgilium primum poeticen aggressum (v Phocas v. 67, sqq. Donatus §. 91, etc.) esse putarunt; scilicet quo communi poetarum fortuna uteretur Maro, ut fames et miseria ad versus scribendos eum perpelleret.

Quum Virgilius Mantuam redux agros suos a veteranis, qui

eos occuparant, vindicaret, novam injuriam accepit, ut adeo fuga vitæ consulere necesse haberet. Patet id ex Ecl. IX, quam, Romam, ut aiunt, regressus, ut denuo Octaviani opem imploraret, Varo obtulisse videri potest; quanquam in ipso carmine nihil ea de re præter honorificam Vari mentionem v. 27, 35, occurrit; v. Argum. Ecl. IX. Non male hoc Ruæus ipsa carminis forma, quæ subitariam operam satis prodit, confirmari putat. Menalcan in eo carmine Virgilium intelligendum esse, jam Quintilianus monuit Inst. VIII, 6, 47. Veteranus, cujus audaciæ et furori Virgilius vix fuga se subducere potuit, ab aliis Arrius centurio, ab aliis Clodius, a Probo Milenus, seu Milienus Toro primipilaris fuisse traditur. Sed de his disputationem ad Donatum §. 31, rejecimus. Injuriam hanc poeta, non nisi Asinio Pollione fugato, expertus esse, ut paullo ante vidimus, narratur in Serv. ad Ecl. IX, 11, *quo*, Pollione, *fugato, rursus de prædiis suis fuerat Virgilius expulsus.*

Si quæras, qua ratione poeta iterum in agros suos reductus fuerit, Servium habes Comment. in Bucol. pr. §. 14 narrantem : « Postea ab Augusto missis triumviris, et ipsi integer ager est redditus, et Mantuanis pro parte. » In quam sententiam idem ibid. interpretatur versus 11 sqq. Ecl. IX. Vix tamen illud hoc ipso anno fieri potuit, quo bellum Perusinum exarsit, quo late Italia conflagravit; itaque rebus demum pactione Brundisina a. 714 compositis id esse factum, rectius ponit Martinus p. LI.

Mantuanis autem simul in Virgilii gratiam agrorum partem restitutam esse, satis probabile fit ex Ecl. IX, 7... 10. Cf. Serv. ad v. 10.

U. C. 714.

Cn. Domitius Calvinus II: C. Asinius Pollio.
Suffecti sub exitum anni (1):
L. Cornelius Balbus: P. Canidius.
A. C. 40. *Virgilii* 30—31.

Bellum Perusinum. Octavianus L. Antonium Perusiamque urbem deditione accipit. Sub anni hujus initium Scriboniam

(1) Apud Gruter. p. C. 8 marmor visitur, a. d. IV Id. Octobr. Cn. Domitio et C. Asinio Coss. inscriptum.

in matrimonium ducit; fecit tamen cum ea divortium anno sequenti, suscepta ex ea Julia: Dio XLVIII, 16 et 34. Quum, M. Antonii in Italiam adventu, maxima omnium, ne bellum recrudesceret, sollicitudo esset, L. Cocceio, communi amico, cum utroque agente, et Mæcenate et Pollione adhibitis (Appian. pag. 1126; Dio XLVII, 28), pace Brundisina, amicitia inter Octavianum et Antonium iterum coaluit; ad quam tanto magis firmandam M. Antonius Octaviam, Octaviani sororem, cujus maritus nuper obierat, uxorem duxit. Mox quum Sext. Pompeius, qui classibus mare tenebat, commeatu urbem intercluderet, fame urgente, de pace cum Sexto agi cœptum est; qua proscriptis, qui ad eum confugerant, reditus in urbem et incolumitas pacta est. Jam quæ ex his hujus anni actis ad Virgilium pertineant, paullo curatius videamus.

Perusia capta, tota simul Gallia Cisalpina cum reliquis Galliis et Hispaniis in Cæsaris ditionem venit. Vid. Appian. pag. 1114 extr. Itaque tum demum Virgilio agros suos, postquam eos iterum amiserat, restitutos esse, credere licet. Testificandæ suæ lætitiæ gratæque voluntatis caussa in Vari honorem, cujus opera secundum Ecl. IX, 27 sqq. ea res perfecta fuerat, *Eclogam sextam* tum scriptam esse opinatur Martinus pag. 56 et p. 149. Fuisse, qui sextam omnium primo loco scriptam esse dicerent, Donatus in Vita §. 102 narrat; sed eos mala primi versus, « Prima Syracosio dignata est ludere versu », acceptione, quum quod ad ætatem poetæ spectabat, ad carminum ordinem referrent, inductos fuisse vix dubites. Aliam rationem, quare ante Tityrum Silenus scriptus esse debuerit, Catrœus ex eo petebat, quoniam secundum Donatum et Servium a Cytheride in scena, Cicerone adhuc audiente, ea recitata fuerit. Sic eam ante a. 711, quo Cicero ex proscriptione interfectus est, editam fuisse, necesse esset. At de Cicerone illam Eclogam recitari audiente explosa jam supra ad a. 711, et ad Donat. §. 41 est fabula.

Ad firmandam pacem Brundisii inter Cæsarem et M. Antonium factam, Octaviam Antonio in matrimonium datam esse diximus; vid. Dio XLVIII, 31; Appian. Civ. V, 65, p. 1126 sqq. Erat autem Octavia e priore marito, C. Claudio Marcello, gravida, ut Dio l. l. memorat. Cujus laudatissimæ feminæ (de qua v. Baylium, nec non Frœlichium in Mantissa Numism. rar. in Gorii symbolis litt. T. VII, p. 123, ubi Tiberii Cæsaris numus cum Octaviæ et Augusti ore exhibetur) consilio et pru-

dentia quum omnes boni pacem et concordiam tandem stabilitam et firmissimo vinculo coagmentatam crederent, quumque ejus cum Antonio conjugium magna populi lætitia et acclamatione exceptum esset, visa est multis viris doctis *Ecloga IV* ad hunc annum referenda esse, ut infans ille nasciturus, cujus in eo carmine tam præclara fata ominatur poeta, nullus alius sit, quam is, quem Octavia tum utero gerebat. Est tamen difficile dicere, quomodo de Marcelli postumo, sive is (ex Catrœi, Martini et Spencii, opinione Polymet. pag. 189, 86) idem ille M. Marcellus, qui immatura morte U. C. 731 obiit (ad quem annum vide), sive alius minor natu fuit, tot et tanta ad summam rerum spectantia augurari tum aliquis potuerit. Diximus paullo ante, sub hujus anni initia Scriboniam a Cæsare esse ductam. Erat ea sub exitum anni gravida ex Cæsare: probabilius itaque fit, ad prolem, quam ex ea tollendam sperabat Cæsar, jam tum ad summas in rep. opes evectus, poetam respexisse, et lætitiæ publicæ impetum sequutum, rem sententiis exornasse et amplificasse, quas poetica ratio suppeditabat, inprimis, quum Sibyllinum oraculum, quod sequeretur, haberet. Hoc certe anno, pace jam confecta, Eclogam hanc scriptam esse, dubitari nequit; quum Pollioni Consuli inscripta sit v. 3, 11, 12, orbe jam pacato v. 17. Cf. Argum. illius Eclogæ, ubi et illud notatum, male multos arbitrari, Pollioni filium natum eo carmine poetam gratulari. Secundum hos Hieronymus Chron. Euseb. MMXXX dixit: *C. Asinius Gallus, Orator, Asinii Pollionis filius,* cujus etiam Virgilius meminit, *diris a Tiberio suppliciis enecatur.*

Non modo Brundisinam, verum etiam Puteolanam, pacem jam tum confectam fuisse, quum ea Ecloga scriberetur, Ruæus cum aliis memorat, ut vere totus orbis pacatus videri posset. Enimvero non nisi ineunte anno sequenti, quum Pollio jamdudum consulatu abierat, illa pax est composita, quum Cæsar et Antonius Pompeium apud Misenum convenissent, vid. Dio XLVIII, 31 extr., 36. Nam Appianus temporum ordinem non satis accurate sequitur, quum etiam post ista pag. 1135 extr. ea commemoret, quæ anno superiore peracta fuerant. Conf. Vellei. II, 76, 77.

Antequam Antonius adversus Parthos proficiscebatur, exercitus in hiberna deducendi partem adversus Parthinos, populum Illyricum, qui loca circa Epidamnum insidebat, et Bruti caussæ eximie faverat, mittit. Vid. Appian. pag. 1135; Civ. V,

75. Præfecerat iis copiis Pollionem, qui rem in iis terris egregie gessit, et anno sequente triumphum de Parthinis egit. Vid. Dio XLVIII, 41 et ibi nota Fabricii.

Quo in itinere adversus Parthinos quum Pollio esset, Pharmaceutria, quæ est Ecloga VIII, ei a Virgilio missa esse videtur: namque v. 6, « Tu mihi seu magni superas jam saxa Timavi, Sive oram Illyrici legis æquoris. » Cf. ibi notas. Ruæus in reditu Pollionis scriptum carmen esse putabat; id quod verborum et sententiarum ordini repugnat. Qui enim a Timavo ad Illyricum procedit, is profectionem in Illyricum facere debet, non in Italiam redire. Pollionis etiam jussu Eclogam perscriptam esse, v. 11, 12, apparet : *jussis carmina cœpta tuis.*

U. C. 715.

L. Marcius Censorinus : C. Calvisius Sabinus.
A. C. 39. *Virgilii* 31—32.

A. d. VIII Kal. Novemb. C. Asinius Pollio ex Parthinis triumphat. Fasti Capitol. Chronic. Euseb. etc. Est is *triumphus Dalmaticus;* cf. Flor. IV, 12, 11; Horat. Carm. II, 1, 15, 16. De captis a Pollione Salonis, Dalmatiæ urbe, v. Porphyr. ad e. l. Pighii Annal. h. a. De Pollione omnino v. Martin. ad Ecl. III, 84; V, 86, et idem in Vita Virgilii p. XLIV. Egit de eo et de tota gente Asinia Lucius Camara de Teate antiquo lib. III, 4 (Thes. Ital. T. IX, P. V). De filio Pollionis, Salonino, seu Salonico, qui tamen nullus fuit, sed nepos, eo nomine, vid. Ruæus ad Ecl. IV pr.

Dum Pollio in apparatu triumphi quum maxime esset, tertiam Eclogam a Virgilio factam ex v. 84 sqq. *Pollio amat nostram,* etc., ingeniose colligit Ruæus, ut de victimis triumphalibus in iis versibus agatur. Sed vide supra ad U. C. 711.

Hoc anno Horatium Mæcenati a Virgilio et Vario commendatum esse, Sanadonius de conjectura ponit, ex Horat. Sat. I, 6, 55. Quod tamen maturius factum, si quidem vere hujus anni Antonius Athenis Brundisium appulit, ut condicta die cum Cæsare colloquium haberet (Appian. Civ. V, 78). Factum autem tum videtur (cf. Wesseling. Obss. II, 15), quod narratum est, ab Agrippa et Mæcenate, qui eo accurrebant, *Horatium, Virgilium, Plotium ac Varium* adductos fuisse : qua de re v. Horat. Sat. I, 5, *Egressum magna,* etc., inprimis v. 40. Ita enim jam ante inter familiares Mæcenatis adscitus esse de-

buit Horatius. Alii quidem iter illud ad colloquii Tarenti habiti tempus a. 717 referunt (v. Masson. vita Horatii ad 716) quod et ipsum *verno tempore* incidit: vid. Appian. p. 1149; Civ. V, 93. Aderat tum (717) Octavia pacis interpres cum Mæcenate; non autem Cocceius Nerva, quem Horat. I, Serm. 5, 27, memorat, quique Brundisino congressui interfuit a. 715. Hoc itinere Maro solum fertile Tarentinum ad Galæsum fl. cognoverat: unde ductum episodium Ge. IV, 125 sq.

U. C. 716.

App. Claudius Pulcher: C. Norbanus Flavus.
A. C. 38. *Virgilii* 32—33.

Bucolicis hoc anno finem impositum, et Eclogam adeo X conscriptam esse, Ruæus cum aliis existimat; ea scilicet caussa inductus, quod Grammatici intra triennium Bucolica absoluta esse memorant: vid. Donat. Vita §. 36; Phocas v. 95. Sed hominum illorum vanitas, cum rerum argumentis, tum iis ipsis, quæ aliis locis repugnantia tradunt, facile arguitur. Nihil itaque commento illi jam Martinus tribuit pag. LXIV g).

At idem vir doctus p. LXIII ad hunc annum, *Melibœum VII Eclogam*, cujus alioqui incertum plane tempus est, refert, hoc uno argumento usus, « ne is annus prorsus aliquo Virgiliani ingenii monumento vacet. »

U. C. 717.

M. Vipsanius Agrippa: L. Caninius Gallus.
A. C. 37. *Virgilii* 33—34.

Ad hunc annum Eclogam decimam referendam esse censet Martinus, hac de caussa, quoniam in eo carmine Gallo inscripto, v. 23 et 47, Lycoris in Gallias abiisse, et alium amatorem, qui in aliquo exercitu ad Rhenum militabat, sequuta esse memoratur. « .... Tua cura, Lycoris, perque nives alium perque horrida castra sequuta est.... Tu procul a patria, nec sit mihi credere tantum! Alpinas, ah dura! nives et frigora Rheni Me sine sola vides. » A Julio inde Cæsare, M. Agrippa primus fuit e Romanis, qui Rhenum trajecit; idque initio hujus anni factum, quo Agrippa Cos. erat: vid. Dio XLVIII, 49; Vellei. II, 79. Ubii tum a Suevis vexati, ab Agrippa in fidem recepti, in Coloniam Agrippinensem deportati: Tac. Ann. XII,

27, Germ. 28. Mox enim, hoc ipso anno, a Cæsare in Italiam evocatus Agrippa, classique adversus Sext. Pompeium fabricandæ exercendæque præfectus est. Possit quidem aliquis hæc alio Dionis loco labefactari putare, ubi anno 715 ineunte Octavianus Cæsar in Gallias, ut excitatos in iis motus sedaret, profectus esse dicitur lib. XLVIII, 20: conf. c. 28 pr. Appian. p. 1135. Sed primum, an exercitum secum duxerit, non memoratum invenias; tum nec Rhenum transiisse, aut ad Rhenum quicquam rerum eum gessisse doceas. Quicquid est, probabilior hæc est sententia, quam illa Scaligeri, ad Hieronym. n. 1960, qui ante cædem Cæsaris Eclogam decimam publice editam esse debere putat, dum illam opinionem amplectitur, quintam in Cæsaris necem esse scriptam, intra triennium autem Bucolica esse absoluta. Jam itaque si, quantum sive ex temporum notatione definire, sive conjectura assequi possis, ordinem Eclogarum ac tempus constituere velis, ante eam, quæ nunc primo loco posita est, *secundam*, *tertiam* et *quintam* scriptam esse probabile fit. Tum *prima* et *nona* anno 713. Collocat post hanc *sextam* conjectura Martini. Tum anno 714 *quartam*, 715 *octavam*, vulgatam esse in confesso est; intra idem forte tempus *septima*, et 717 *decima* ultimo loco scripta fuit; ut adeo ad temporis rationem ordo hic constitui forte possit:

1	Ecloga	II	
2	—	III	
3	—	V	
4	—	I	713
5	—	IX	eod.
6	—	VI	
7	—	IV	714
8	—	VIII	715
9	—	VII	
10	—	X	717

Laudata et commendata sunt Virgilii Bucolica jam a poetis, qui eadem ætate vivebant. Propertius ad eorum argumenta, paullo tamen licentius, alludit El. II, 34, 67 sqq., ubi: *Tu canis umbrosi subter pineta Galæsi* (non quasi ibi Maro prædium habuerit; sed respectu laudum loci, in quas excurrit Ge. IV, 125) *Thyrsin, et attritis Daphnin arundinibus* (Ecl. VII), *Utque decem possint corrumpere mala puellam* (Ecl. III, 71), *Missus et impressis hædus ab uberibus* (ex IX, 6), *Felix, qui viles pomis mercaris amores! Huic licet ingratæ Tityrus ipse canat,*

h. huic puellæ, licet ea ingrata sit, quum tamen amores ejus tam parvo emantur, ipse Tityrus canat, qui Galateam amabat, nullo ad peculium fructu, ut Ecl. I, 31 sqq. *Felix intactum Corydon qui tentat Alexin Agricolæ domini carpere delicias.* (Ecl. II) *Quamvis ille suam lassus requiescat avenam :* (igitur tum desierat scribere Bucolica) *Laudatur faciles inter Hamadryades.* Ovidius autem Am. I, 15, 25, *Tityrum* laudat, et Trist. II, 537, *Phyllidis hic idem tenerosque Amaryllidis ignes Bucolicis juvenis luserat ante modis.*

Hoc etiam anno Mæcenatis jussu Virgilium Georgica exorsum esse, communis est opinio; quam tamen, si molestior sis, non facile nisi Grammaticorum auctoritate probes.

De tempore absoluti operis paulo certior nobis fides fit ex Georgicorum extr. vers. v. ad 724; modo exploratum satis esset, profectos vere illos versus esse a Marone. Eo consilio poetam de re rustica carmen condidisse, ut hominum animos ad agrorum cultum per bella civilia neglectum revocaret, docti viri conjiciunt : vide Argum. Georgicorum.

Eodem anno ab Agrippa, ut recens ædificatæ classes tutum receptum haberent, lacu Averno et Lucrino cum mari commisso, portus Julius factus est, de quo v. inprimis apud Dionem XLVIII, 50, 51. Hujus operis Virgilius meminit Ge. II, 161... 164 : « An memorem portus Lucrinoque addita claustra, Atque indignatum magnis stridoribus æquor, Julia qua ponto longe sonat unda refuso, Tyrrhenusque fretis immittitur æstus Avernis. »

Antonius cum classe ex Athenis Tarentum appulit. Tandem Octavia arbitra, Octavius ut eum conveniret, adducitur. Nova inter eos pactio fit : vid. Dio XLVIII extr. Appian. p. 1149 sqq. Eodem ex vulgari opinione Mæcenas properans Horatium, Virgilium, Plotium ac Varium adduxerat; verum probabilius fit, Brundisium iter illud factum 715 : vid. sup. ad hunc annum.

U. C. 718.

L. Gellius Poplicola : M. Cocceius Nerva.

A. C. 36. *Virgilii* 34—35.

Octavianus Cæsar, Sext. Pompeio pugna navali inter Mylas et Naulochum, ad Siciliæ litus, victo, et Lepido in deditionem recepto, Romam reversus, immodicis honoribus affectus est. Anno suo XXVIII, inquit Appian. p. 1178, oppidatim inter

deos tutelares coli cœpit. Hæc prima divini honoris in eum collati mentio: vid. Noris. Cenotaph. Pisan. p. 51 sqq. Quod itaque jam ante hoc tempus a Virgilio *Deus* appellatur, Ecl. I, id sine dubio eo pertinet, quod *Divum Julium* patrem habebat. *Divi genus* Æn. VI, 739. Cf. sup. ad 712. Summi tamen illi et exquisiti honores Romæ et publice, non nisi annis 724 et 725, fuere decreti: v. Dio LI, 19, 20.

U. C. 720.

L. Scribonius Libo: M. Antonius.
A. C. 34. *Virgilii* 36—37.

« M. Bavius poeta, quem Virgilius Bucolicis notat, in Cappadocia moritur. » Hieronym. Chron. Euseb. Olymp. 186, 3. Trahi ad eum solet Ecl. III, 90: « Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mævi! » ubi conf. Philargyr. et Domitii versus, quos ille laudat. Vide in Anthol. Tom. I, pag. 436.

U. C. 722.

Cn. Domitius Ahenobarbus: C. Sosius.
A. C. 32. *Virgilii* 38—39.

Inimicitiæ inter Cæsarem et M. Antonium ad bellum spectant. Magni utrinque apparatus, de quibus versus Ge. I, 509 sqq. agere videntur: « Hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum; Vicinæ ruptis inter se legibus urbes Arma ferunt, sævit toto Mars impius orbe. » Alii versus ad annum 717 referunt.

U. C. 723.

Cæsar Octavianus III: M. Valerius Messala.
A. C. 31. *Virgilii* 39—40.

Pugna apud Actium, Epiri promontorium, a. d. IV Non. Septembr., cujus magnifica illa est in scuto Æneæ descriptio Æn. VIII, 671 sqq., ubi v. not. M. Antonius victus in Ægyptum fugit.

« Virgilium sequi voluisse Augustum contra Antonium ad Actiaca bella properantem », ait aliquis in Servianis ad Ecl. III, 74, scilicet, quemadmodum Horatius Mæcenati comes esse volebat, Epod. I.

U. C. 724.

Cæsar Octavianus IV: M. Licinius Crassus.
A. C. 30. *Virgilii* 40—41.

Cæsar, post Actiacam pugnam, quum Samum insulam in hiberna se recepisset, turbatus nuntiis de seditione militum, quos confecta victoria Brundisium præmiserat, media hieme repetit Italiam, tempestate in trajectu bis conflictatus: nec amplius quam XXVII dies Brundisii commoratus in Asiam revertitur. Inde spretis Antonii et Cleopatræ legationibus, Ægyptum petit, obsessaque Alexandria, quo Antonius et Cleopatra confugerant, brevi potitus est.

Itaque narratio illa Donati in Vita Virgilii §. 42, de prælectis Cæsari Atellæ decumbenti Georgicis nullam fidem habet.

Ægypto in provinciæ formam redactæ Cornelium Gallum, equitem R. Præfectum dedit; de quo v. ad Ecl. X et VI, 64. 72. Fontanini hist. litt. Aquilei. p. 14. 15. Fuerat hujus Galli insignis opera in Ægypto recipienda: v. Dio LI, 9; Plutarch. Anton. p. 952.

Cæsar, rebus Ægypti constitutis, *per Syriam, in Asiam provinciam profectus, hiberna ibi egit, simulque et subditorum omnia negotia et Parthica composuit.* Ita Dio LI, 8; Sueton. Aug. 26, *quartum consulatum in Asia, quintum in insula Samo,... iniit.* Nisi Sueton. inverse hæc narravit. Tiridates regno a Phraate pulsus in Syriam confugerat; et, ut Cæsar se Romanis copiis restitueret, supplicabat, quum interea legati a Phraate missi et Tiridatem sibi reddi postularent, et amicitiam cum Cæsare jungerent. Cæsar utrique comiter respondit, et Phraatis filium, sive a Phraate, sive a Tiridate acceptum, Romam secum abduxit, et pro obside habuit; vid. Dio l. l.

Jam hoc anno ultimam Georgicis manum adhibitam esse vulgaris est opinio, inque eam sententiam versus libri IV, extr. interpretantur viri docti: v. Masson. in Jano reserato III, 5, 6, nec tamen sic, ut omnia satis expediant: « Cæsar dum magnus ad altum Fulminat Euphratem bello, victorque volentes Per populos dat jura, viamque affectat Olympo. » Est quidem is poetarum sæculi Augustei perpetuus mos, ut, quamquam nihil Augustus, quod admodum memorabile esset, adversus Parthos gesserit, magnifice tamen de rebus ejus Parthicis loquantur. Constat porro e Dione, LI, 20, li-

teras de Parthicis rebus initio anni sequentis Romam allatas tantum ad publicam gratulationem momenti habuisse, ut illustrare reliquam omnem Cæsaris fortunam viderentur. Videtur tamen illud : *dum fulminat ad Euphratem*, pro re tam tenui, ac lègatis auditis, nimis fastuosum esse. Itaque Martinus in annum 731, illos versus, adeoque finem Georgicorum referre maluit. Nimis tamen hoc a ceteris temporum et carminis rationibus abhorret, si Georgica non nisi anno ante Virgilii mortem ad finem perducta esse posueris : mirumque foret, si 731, illa exierunt, non Augusti nomen, jam 727, inditum, sed Cæsaris, in iis occurrere. Verum concidit omnis disputatio, si memineris versus illos Georg. IV subjectos, a poeta vix profectos esse; etsi ceteroquin illam narrationem, septennio Georgica absoluta a poeta fuisse, vid. Donat. §. 40, undecim autem annos fuisse Æneidi impensos, ut adeo ab hac inde hieme eum ad Æneida animum advertisse necesse sit, inter Grammaticorum commenta referendam esse putem. A Tristano, *Hist. générale des Empereurs* T. I, p. 137, conclusionem Georgicorum in annum expeditionis Caii Cæsaris in Parthos, quæ in annum 734, incidit, male referri, jam Norisius notavit Cenotaph. Pisan. Diss. II, p. 249. Contra Catrœum disputat *Abauzit, Œuvres diverses*, tom. II.

Verum videamus uno loco collecta temporum momenta, quæ in Georgicis passim occurrunt; Lib. I, 466, de morte Cæsaris narrata ad a. 710 et 711, spectant; I, 489, bellum Philippense a. 712; I, 509, « Hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum; Vicinæ ruptis inter se legibus urbes Arma ferunt : sævit toto Mars impius orbe », ad 717... 722. II, 170, « et te, maxime Cæsar, Qui nunc extremis Asiæ jam victor in oris imbellem avertis Romanis arcibus Indum », ad a. 724; II, 497, « Aut conjurato descendens Dacus ab Istro », ad a. 725 : III, 26, « In foribus pugnam... Gangaridum faciam, victorisque arma Quirini, atque hic... Nilum. — Addam urbes Asiæ domitas, pulsumque Niphaten, Fidentemque fuga Parthum versisque sagittis; Et duo rapta manu diverso ex orbe tropæa, Bisque triumphatas utroque a litore gentes. » Tam magnifice poetæ de gestis a. 723 et 724, tradunt; nonnulla tamquam vaticinantium spiritu : saltem hoc Georg. III, 26 sq. loco, quo futuras Cæsaris laudes vaticinatur Maro; add. Æn. VIII, 724 sqq., ut adeo nihil hinc in horum annorum historiis constitui possit. Hactenus itaque nihil esset, quod

versus IV, 559 sqq. « Cæsar dum magnus ad altum Fulminat Euphratem bello » damnaret, nisi aliæ essent de iis suspiciones.

Virgilium Neapoli Georgicorum partem certe extremam pertexuisse, ex lib. IV extr. manifestum esset, si versus illos ab ejus manu esse satis constaret. Erat ea urbs illustrium et doctorum virorum secessu illa ætate inprimis celebris, ut otio ac levioribus studiis se ibi committerent. « In otia natam Parthenopen » Ovidius appellat Met. XV, 712; vid. Horat. Epod. V, 43, ibique Baxter. Statium Silv. III, 5, 85. Silium XII, 31, inprimisque Strabonem V, p. 378. Cf. Camilli Peregrini Campaniam felic. Diss. II, §. 21; et ad Ge. IV, 564.

Etiam Æneidis condendæ paullo altius petitum fuisse consilium, post Spencium in Polymet. Dialog. III, p. 18, autumant viri docti, ut summum unius imperium et gentem Juliam fatis ei imperio destinatam Romanis commendaret; cf. Disquis. I in Æn. §. XV. Jam tum, quum Georgica scriberet, de Æneide eum cogitasse, colligunt alii ex Georg. III, 46 sq. « Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas Cæsaris. »

U. C. 725.

Cæsar Octavianus V: Sext. Apuleius.
A. C. 29. *Virgilii* 41—42.

Cæsar Romam reversus, a. d. VIII, VII et VI Id. Sext. triumphavit de Macedonia, Dalmatia et Ægypto, trinis diebus: vid. Dio LI, 31. Huc referendi versus de clipeo Æneæ Æn. VIII, 714 sqq. « At Cæsar triplici invectus Romana triumpho mœnia », etc.

Decreto Senatus Janus clausus est, usque ad a. 727: v. Masson. p. 74 et Dio LI, 20 et ibi not. Quo Virgilius respexisse creditur Æn. I, 295... 300, « Aspera tum positis mitescent sæcula bellis... diræ Claudentur belli portæ: » uti vs. 296, « Cana Fides et Vesta, Remo cum fratre Quirinus Jura dabunt, » ad Censuram hoc anno a Cæsare, assumto M. Agrippa collega, actam. Dio LII, 42. Nec tamen hoc ipso anno versus illos scriptos esse necesse est: ut arbitrabatur Masson. in Jano reserato p. 64. Nec magis Æn. IX, 642, « Dis genite et geniture deos; jure omnia bella Gente sub Assaraci fato ventura resident. »

Ad hunc annum Cæsaris de imperio deponendo habita

cum Agrippa et Mæcenate consultatio pertinet; v. Dio LII pr. Quas Virgilio ea in re partes dederint inepti Grammatici, v. in Donato §. 78.

Hoc aut superiore anno, certe ante Janum clausum, Dacos trans Istrum cum Bastarnis, Mœsis et aliis populis bello adortus erat M. Crassus, de qua expeditione vid. Dio LI, 22. 23 sqq. Unde versus Virgilii ductus Ge. II, 497, « aut conjurato descendens Dacus ab Istro. » A M. Antonio ad societatem et auxilia ferenda pellecti fuerant isti populi; quo factum esse videtur, ut in fines Romanos infestis mox armis incurrerent. Triumphum de iis egit Crassus IV, Non. Jul. 726. Pro Dacis magnificentius visum poetis Getas nominare : ut Æn. VII, 604, ubi vid. not. Horat. Od. IV, 15, 22; atque etiam Scythas, Carm. sæc. 55.

U. C. 726.

Cæsar Octavianus VI : M. Agrippa II.
A. C. 28. *Virgilii* 42—43.

Apollinis in Palatio templum cum bibliotheca Cæsar perfecit et dedicavit. Ludos Actiacos quinquennales, propter victoriam Actiacam jam ante decretos, cum Agrippa exhibuit. Tunc gymnici quoque ludi acti sunt. Dio LIII, 1.

Hos ludos adumbravit poeta sub iis, quos Æneam suum facit instituere Æn. III, 280, « Actiaque Iliacis celebramus litora ludis : exercent patrias oleo labente palæstras Nudati socii. »

U. C. 727.

Cæsar Octavianus VII : M. Agrippa III.
A. C. 27. *Virgilii* 43—44.

« Cæsar ante diem XVI Kal. Februarii, ex sententia L. Munatii Planci, a senatu ceterisque civibus *Augustus* appellatus est, sese septimum, et M. Vipsanio Agrippa tertium consulibus. » Censorinus c. 22; v. Dio LIII, 16, ibique Fabric. Romuli nomen a nonnullis propositum, et ab ipso Augusto magnopere esse appetitum, satis constat; v. Dio ibid. Sueton. Aug. 7. Itaque versum Georg. III, 27, *victorisque arma Quirini* hinc interpretandum esse existimant viri docti; quod si recte facerent, etsi nimis levis est illa suspicio, pateret ex hoc, Geor-

gica serius quam 724, absoluta, saltem edita et vulgata fu namque illud nonnullorum commentum, de versibus s et secunda aliqua recensione insertis, quod forte ex Do §. 50, petitum est, non admodum probamus. Multo n Harduini somnia nos tenebunt, cum in reliquis, tum i quæ ex temporum angustia contra Æneidis a Virgilio su tum opus disputat in *Pseudovirgilio* (inter Opera varia p. : talia refellere, nostri otii non est. Post hoc itaque te etiam ille locus Æn. VI, 792, scriptus esse debet : « Hic hic est, tibi quem promitti sæpius audis, Augustus Ca Divi genus. »

Augustus bello in Britannos parato, sed mox seposit Urbe in Gallias et Hispanias proficiscitur : vid. Dio LIII sqq. Ergo Janus nunc reseratus. Messala ex Gallia trium VII Kal. Octobr. v. ad Tibull. I, 7.

Hunc porro annum assignant viri docti Satyræ de libri I Horatii, in qua v. 45, « molle atque facetum Vir adnuerunt gaudentes rure Camœnæ. » Quod judicium q unice ad Bucolica et Georgica spectet (vid. supra de Car bucolico Tom. I.), quumque ibidem : « forte epos acer, U mo, Varius ducit, » adjectum sit, nihil adhuc de Æneide poetam cogitasse, nihil certe vulgasse, probabile fit.

U. C. 728.

Cæsar Augustus VIII : T. Statilius Taurus II.
A. C. 26. *Virgilii* 44—45.

VII Kal. Febr. Sext. Apuleius ex Hispania triumph eum itaque superiore anno res in Hispania feliciter ge credere licet. *Cornelius Gallus* primus Ægypti præfectus gustalis, quum propter multa flagitiose acta infamia ab gusto notatus, mox et senatus judicio damnatus esset, d rem non ferens, pœnam morte voluntaria antevertit. LIII, 23. Ejus laudes quarto Georgicorum libro Augusti j tum sublatas Aristæi fabulæ locum fecisse, narrant Gra tici ; v. Donat. §. 39; Servius ad Ecl. X, 1.

U. C. 729.

Cæsar Augustus IX : M. Junius Silanus.
A. C. 25. *Virgilii* 45—46.

Expeditio Augusti in Cantabros : absentem eum a Vir

literis suis Æneidem flagitasse, Donatus memorat §. 46, ubi vide not. supra.

Hoc et sequente anno Ælius Gallus ex Ægypto exercitum in Arabiam felicem duxit: v. Dio LIII, 29; Strab. XVI, p. 1126 sqq. Potuit Virgilius i.la respicere in versibus de Jano reserato, Æn. VII, 604. 605, « Sive Getis inferre manu lacrimabile bellum, Hyrcarnisve, Arabisve, parant. »

U. C. 730.

Cæsar Augustus X: C. Norbanus Flaccus.
A. C. 24. Virgilii 46—47.

Altera vice clausus Janus Augusto ex Hispania reduce. Ad h. a. spectat Hieronymus Chron. Euseb. ad Olymp. 189, 1, «Quinctilius Cremonensis, Virgilii et Horatii familiaris, moritur. » De ejus obitu consolatur Virgilium Horatius noto carmine lib. I, Od. 24. Quis ille Quinctilius fuerit, ignoratur; nec magis exploratum, quis ille Virgilius fuerit; nam Grammaticorum commenta audienda non sunt: v. Argum. Ecl. VI, conf. Masson. Vita Horatii ad h. a.

U. C. 731.

Cæsar Augustus XI. A. Terentius: Varro Muræna suff.
Cn. Calpurnius Piso.
A. C. 23. Virgilii 47—48.

Augustus e gravi morbo Antonii Musæ opera convalescens, semestri spatio interjecto, M. Marcellum sororis filium, quum ædilitatem anno superiore suscepisset, et Augusto vulgo imperii hæres destinaretur, e morbo decedere videt. Gravis tunc totius populi luctus: Dio LIII, 30. Virgilius ejus mortem pulcherrimis versibus ornat Æn. VI, 861... 887. De quibus versibus lectis et lauta remuneratione honestatis v. sup. Donat. §. 47. De M. Marcello et ejus numo, v. Fortunati Mandelli Commentarium in *Nuova Raccolta d'Opusc. scient. T. XII.* Est is numus e Museo Nanio; an tamen is ad Marcellum nostrum spectet, non minus dubito, quam de altero numo, quem Spanhem. Tom. II, p. 316, et hinc alii exhibuere.

«Tiridates ipse, a Phraate vero legati, controversiarum suarum caussa Romam venere. Quibus in senatum introductis,

quum Augusto caussæ cognitio decreta esset, Tiridatem Phr
nequaquam tradidit, filium tamen Phraatis, quem in po
tate sua habebat, patri remisit hac lege, ut pro eo capt
signaque militaria, Crassi et Antonii cladibus amissa, rec
ret. » Dio LIII, 33. Res tamen non perfecta ante annum ;
Ad hoc Augusti postulatum, quo negato bellum in Part
susceptum iri suspicio erat, respexisse creditur Virgilius
VII, 605, 606, « Sive Getis inferre manu lacrimabile bell
Hyrcanisve Arabisve parant, seu tendere ad Indos Auror
que sequi, Parthosque reposcere signa. » Addebat Ruæus
h. a. « Igitur annis minus quatuor sex fere ultimos operis lib
poeta perfecit; nec vero tanta in iis elucet, quanta in supe
ribus, cura. » Vix curæ ac diligentiæ defectum in novissi
libris odoratus esset bonus Ruæus, nisi id jam aliunde
narratum accepisset; v. Monitum ad lib. VII pr.

U. C. 732.

M. Claudius Marcellus Æserninus : L. Aruntius.
A. C. 22. *Virgilii* 48—49.

« Augustus in Siciliam profectus est, ut eam ac omnes al
ad Syriam usque provincias constitueret; Dio LIV, 6; fact
id sub finem anni videtur. Videri potest de hoc itinere No
Cenotaph. Pisan. p. 292... 294. Ante Augusti ex urbe disc
sum Janum iterum reseratum esse probabile fit : Nec tam
inde inferre velis cum Massono p. 112 sq., locum Æn. V
604, 605, 606, ex hujus anni actis interpretandum esse.

Æthiopes, duce regina Candace, impressionem in Æg
tum faciunt, et Elephantinen urbem diripiunt. Reverten
eos ad terras suas C. Petronius, Ægypti præfectus, cæd
Æthiopiam ingressus, regiam evertit, et terram eorum pra
diis occupat; vid. Dio LIV, 5; Strabo lib. XVII, ubi de Æth
pibus agit. Hæc Virgilius respicere videtur Æn. VI, 7
« Jacet extra sidera tellus, Extra anni solisque vias »,
ubi vide notas.

U. C. 733.

M. Lollius : Q. Æmilius Lepidus.
A. C. 21. *Virgilii* 49—50.

« Augustus, rebus in Sicilia ordinatis, in Græciam trans

sit. Rebus in Græcia confectis, in Samum navigavit, ibique hiemavit. » Dio LIV, 7.

U. C. 734.

M. Apuleius: P. Silius Nerva.
A. C. 20. *Virgilii* 50—51.

Iterum victi hoc anno Cantabri ab Agrippa: Horat. I Ep. 12, 26. « Vere Augustus in Asiam perrexit, ibique et in Bithynia omnia constituit, » Dio LIV, 7; « etiam Syriam adiit, » ibid. Justin. XLII, 5. Hanc Augusti in provinciis adeundis, dignam principe tanto, industriam prædicat Virgilius, Æn. VI, 802... 806, « Nec vero Alcides tantum telluris obivit etc. » cf. Sueton. cap 47.

Quum in Syriam advenisset, Phraates veritus, ne bello peteretur, signa Augusto cum captivis et exercituum Rom. spoliis remisit. Qua re nihil ad Augusti gloriam illustrius unquam factum visum est. v. Dio LIV, 8, et ibi Fabric. Etiam Indorum legati eum Antiochiæ adierunt: Strabo XV, p. 719, C. D. Unde Æn. VI, 795, « super Indos Proferet imperium. » Itaque magnopere inprimis a poetis ea res extollitur, et magnificis verbis ornatur, ut de profligatis Parthis, everso eorum imperio, victo Oriente, India debellata, eos loqui videas. v. loca ap. Cerdam ad VII Æn. 606. Ad hunc itaque annum versus poetæ nostri, Ge. IV extr.; II, 170... 173; III, 26... 33, a nonnullis referri, supra ad a. 724 significavimus. Insigniter auctum est hoc idem Æn. VI, 799, « Hujus in adventum jam nunc et Caspia regna Responsis horrent divum, et Mæotia tellus, Et septemgemini turbant trepida ostia Nili. »

« Occiso Artaxia, » qui aliis Artabazes, sive Artavasdes, « per dolum propinquorum, datus a Cæsare Armeniis (majori Armeniæ) Tigranes, deductusque in regnum a Tiberio Nerone. » Tacit. Annal. II, 3. v. Dio LIV, 9 et ibi Fabric. Add. Vellei. II, 94, nostræ edit. p. 224. Hinc Virgilii illud Ge. III, 30, « pulsumque Niphaten » (qui Armeniæ mons est, male a poetis nonnullis pro flumine habitus, quorum loca v. apud Masson. Vita Horatii p. 306 sqq.) illustrant viri docti. Sed ad res cum Parthis a. 724 transactas referre ea præstat. Ominatur poeta tamquam in vaticinio eventus futuros, non res vere gestas enarrat.

E Syria Augustus in Samum reversus, ibidem iterum hiemavit. Frequentes hic ad eum legationes convenerunt, et Indi pacem, quam antea per oratores petierant, tunc interposito fœdere sanxerunt, et dona miserunt. Dio LIV, 9. Cf. dicta sup. ad a. 724. Garamantes quoque hoc anno victi a L. Balbo Procos. qui anno sequente VI Kal. Apr. ex Africa triumphavit, v. Plin. V, 5, qui classicus locus est, et Solin. 29. Add. Intpp., inprimis Ruhnk. ad Vellei. II, 51, p. 146 nost. edit. forte et Nasamones deleti, Priscian. Perieg. 194. ubi cf. Excurs. X. Wernsd. Bene itaque Æn. VI, 795, « super et Garamantas et Indos Proferet imperium. »

U. C. 735.

C. Sentius Saturninus : Q. Lucretius Vespillo.
A. C. 19. *Virgilii* 51—52.

Donatus in Vita §. 51, « Anno quinquagesimo secundo, ut ultimam manum Æneidi imponeret, statuit in Græciam et Asiam decedere, triennioque continuo omnem operam limationi dare, ut reliqua vita tantum philosophiæ vacaret. Sed quum ingressus iter Athenis occurrisset Augusto, ab Oriente Romam reverteuti » (quod verum est. v. Dio LIV, 10) « una cum Cæsare redire statuit : ac quum Megara, vicinum Athenis oppidum, visendi gratia peteret, languorem nactus est : quem non intermissa navigatio auxit, ita, ut gravior in dies, tandem Brundisium » (alios Tarentum memorare, in Notis monitum) « adventarit, ubi diebus paucis obiit, X Kal. Octobr. C. Sentio, Q. Lucretio Coss. »

Celebrabantur hoc anno XIX Kal. Septembr. Eleusinia, quibus Augustus initiatus est. An ipse quoque Maro, disquisivit vir doctus (*Critical Obss. on the sixth Book of Æneide* Lond. 1770, 8. p. 39 sq.). Scilicet fuere, qui in lib. VI *Æn.* Eleusinia initia revelata arbitrarentur a Marone. Annum obitus confirmat Hieronymus Chron. Euseb. ad Olymp. 190, 2, « Virgilius Brundisii moritur, Sentio Saturnino et Lucretio Cinna » (hoc nullum Lucretiorum cognomen) *Coss.* Plin. XIV, 1 : *Hæc* (vitis per se in vino picem resipiens) « Virgilii vatis ætate incognita, a cujus obitu XC aguntur anni : » numero rotundo; quum XCV essent. v. Baylium *Dictionn. Virgile* litt. H. Harduin. ad Plin. ibid. et XIV, sect. 5.

Quum in Græciam proficisceretur Virgilius, scriptum fuisse

creditur ab Horatio Carmen III, libri I, «Sic te Diva potens Cypri.»

Dum in Græcia fuit, tertio Georgicorum libro splendidum illud exordium: «Primus Idumæas referam tibi, Mantua, palmas,» additum fuisse cum Catroeo Wartonus putabat *Life of Virgil* p. 27, ex interpretatione scilicet parum subtili.

Fuisse, qui eum in itinere Tarenti vita excessisse traderent, ad Donatum §. 51, dictum: sive tamen Tarenti, sive Brundisii obierit, utraque urbs quum ad Calabriam referatur, hinc intelligendus versus Epitaphii: «Mantua me genuit, Calabri rapuere,» h. in Calabria vitæ ereptum se significat. cf. Phocas v. 105, «ut Calabros tetigit... vehemens luxavit corpora morbus.»

Ossa Virgilii Neapolin translata, et ibi in via Puteolana sepulta. vid. Donat. §. 55, 56, et ibi Not. Apud Hieronymum loco cit. «Ossa ejus Neapolin translata in secundo ab urbe miliario sepeliuntur, titulo istiusmodi supra scripto, quem moriens ipse dictaverat: MANTUA ME GENUIT; quod apud Donatum §. 55 legas, et in Eusebianum Chronicon haud dubie ab interpolatore venit; repetitum inde a Vincent. Bellovac. Specul. hist. VII, 60.

De testamento Virgilii v. Donatum §. 56.

Eum paullo ante mortem scrinia, adeoque omnia sua scripta (ut etiam Grammaticus in Antholog. lat. II, 184, vid. infra inter Testimonia n. VII, accepit), comburere voluisse; mox, ut Æneis saltem combureretur, tamquam imperfectum opus, testamento scripsisse; tandem, amicorum precibus victum, Vario ac Tuccæ, de quibus v. ad Donat. §. 53, scripta sua legasse, ea sub conditione, ne emendarent, narrat Donatus §. 52. 53. Ab iis tamen, jussu Cæsaris, Æneidem emendatam esse, in eadem farragine memoratur §. 56, quod ita intelligas, ut emendarint quidem tollendo, non autem addendo; v. sup. ad Donat. §. 59. Ita fere Hieronymus Chron. Euseb. ad Olymp. 190, 4, «Varius et Tucca, Virgilii et Horatii contubernales, poetæ habentur illustres, qui Æneidos postea libros emendarunt sub ea lege, ut nihil adderent.» Nescio an inter sublata referendum sit illud, quod apud Senec. Suas. 3, e Virgilio excitatur: *plena deo*. Locum illud habere potuit in Æn. VI. Nihil tamen ex Æneide intercidisse alioqui memoratur. Fuit tamen Guyeti acumen, quod quatuor extremos Æneidis libros Virgilio abjudicaret: nam Jo. Har-

duini somnium vel verbo attingere piget, qui totam Æneidem fetum sæculi XIII esse volebat. Refellit eum Saxius in disp. Lips. 1737, habita.

Reliqui Grammatici modo hoc, modo illud sequuntur: at veteres scriptores, Plin. VII, 30, sect. 31, « D. Augustus carmina Virgilii cremari contra testamenti ejus verecundiam vetuit; majusque ita vati testimonium contigit, quam si ipse sua probasset. » Gell. XVII. 10... « sed quæ procrastinata sunt ab eo, ut post recenserentur, et absolvi, quoniam mors præverterat, nequiverunt, nequaquam poetarum elegantissimi nomine atque judicio digna sunt: itaque, quum, morbo oppressus, adventare mortem videret, petivit oravitque a suis amicissimis impense, ut Æneida, quam nondum satis elimavisset, abolerent. » Macrob. Sat. I, 24, « qui enim moriens poema suum legavit igni, quid nisi famæ suæ vulnera posteritati subtrahenda curavit? nec immerito. » Multa in eam rem variorum Epigrammata vid. in Catalectis Scaligeri et Burmanni Anthologia. Adde Donat. §. 57. 58. Est etiam disputatio hac de re hominis Itali (*Sperone Speroni Opere* Tom. IV) verbosa, et vanis argutiis inanibusque quæstiunculis plena, ut lectio vix tolerari possit, non magis quam reliquorum ejus super Virgilio Dialogorum. Gravis satis est vel una Plinii auctoritas, qua constet Virgilium pœnituisse Æneidis tamquam imperfecti operis. Maluit tamen vir doctus L. A. Bartenstein, Prof. Math. et Poes. Coburg. in Prolus. a. 1774 scripta, nec teste nec argumento, sed mera suspicione contendere, pœnitentia laudum in Augustum cumulatarum, et inductorum, adversus Epicureorum disciplinam, deorum, eo adductum esse poetam, ut testamento suo carmen abolitum esse vellet.

Ceterum Virgilio mox « comitem ad Elysios campos mors misit Tibullum juvenem. » Vid. Domitii Marsi Epigramma ad calcem Tibulli. Ovidius tum annum XXV agebat, itaque Virgilium *tantum se vidisse* testatur Trist. IV, 10, 51. Horatius annum ingressus erat XLVII; Augustus XLV.

Æneidem cum vivo Virgilio multis hominum desideriis exspectatam, et ab Augusto litteris flagitatam (vid. Donat. Vita Virg. §. 46, et ibi Not. et Macrob. I, 24), tum eo mortuo magno favore et prædicatione acceptam fuisse, ex poetis ejus temporis colligas. Ovidius Rem. 395, 396, « Tantum se nobis Elegi debere fatentur, Quantum Virgilio nobile debet epos (1). »

(1) Ita legitur; nam *opus* esset carmen epicum, non poesis epica.

Sed idem Æneidis jam meminit Am. I, 15, 25, quod carmen ad annum 736, proximum a Virgilii morte, Massonus retulit: « Tityrus, et segetes, Æneiaque arma legentur, Roma triumphati dum caput orbis erit. » Et in Arte Amat. 751, edita lib. III, 337, « Et profugum Ænean, altæ primordia Romæ, Quo nullum Latio clarius exstat opus. » Nondum absoluta et edita erat Æneis, quum Propertius (non ante 729, ut supra vidimus) nobiles illos versus scriberet lib. II, Eleg. extr., 61 sqq. « Qui nunc Æneæ Trojani suscitat arma, » etc.

Virgilium paullo post, et adhuc ævo Augusteo, in scholis prælectum et enarratum fuisse, e Suetonio scimus de ill. Grammat. c. 16. Q. Cæcilius Epirota Cornelii Galli familiaris... « primus dicitur latine ex tempore disputasse, primusque Virgilium et alios poetas novos prælegere cœpisse; » etiam Orosii ætate: Oros. I, 18; Æneas... « qualia per triennium bella excitaverit, quantos populos implicuerit, odio excidioque affixerit, ludi litterarii disciplina nostræ quoque memoriæ inustum est. »

Ut Virgilio Ennium ab Adriano prælatum taceam (Spartian. c. 15), Caligula Virgilii memoriæ admodum infestus fuit. « Sed et Virgilii et T. Livii scripta et imagines, paullum abfuit, quin ex omnibus bibliothecis amoveret, quorum alterum, ut nullius ingenii minimæque doctrinæ... carpebat. » Sueton. Calig. 34. Itaque Virgilii Codices ad parvum tum numerum redactos fuisse necesse est. An forte inde in tanto nunc apographorum numero mirus ille librorum etiam vetustiorum in corruptelas consensus repetendus est? ut, quum post hæc Virgiliana carmina ex paucis, nec forte emendatissimis, exemplaribus describerentur, vera jam tum lectio periisset; quo factum, ut frustra nunc a libris auxilium, ubi hæreas, exspectetur. Exstabat tamen Virgilii manus adhuc Plinii majoris ætate H. N. XIII, 12, extrem. et Quintiliani Inst. Or. I, 7, 20. Nam apud Gell. I, 21, Hyginum, qui paulo post Virgilium vixit, librum « ex domo atque familia Virgilii » habuisse nil mirum. Virgilii idiographum librum inspectum, sed ab aliis, Gellius memorat N. A. IX, 14. Apud eundem II, 3... « venit nobis in memoriam, Fidum Optatum, multi nominis Romæ grammaticum, ostendisse mihi librum Æneidis secundum, mirandæ vetustatis (medio sæc. II), emtum in Sigillariis XX aureis, quem ipsius Virgilii esse credebat, » in quo Æn. II, 470, *aena* scriptum erat, addita supra littera *h*

factum *ahena*. Apud eund. XIII, 20, Probus... *in primo Georgicon*, quem ego, *inquit*, librum manu ipsius correctum legi, *urbis per i litteram scripsit*.

Magnam copiam versuum et lusuum in Virgilium ejusque carmina, cum bona, tum mala, vetustiorum et seriorum poetarum, vid. post Pithœum et Jos. Scaligerum in Catalectis apud Burmann. in Antholog. Lat. lib. II, ep. 173 sqq. De his Scholasticorum exercitationibus v. Procem. ad Culicem. cf. Wernsdorf P. L. M. Tom. VI, p. 29.

Quum semel hominum doctorum ingenia ad inanes lusus et nugas poeticen deflexissent, exorti quoque sunt, qui illiberali prorsus invento centones Virgilianos conderent. Ex hoc numero sæculo quarto exeunte inclaruit Falconia Proba. conf. Sax. Onomast. T. I, p. 438. Circa idem tempus dispescuit suos centones Ausonius. Adeo difficile est perspicere et dijudicare, quid verum pulchrumque sit, si semel hominum judicia occæcavit pravi exempli falsæque opinionis auctoritas! Mirabantur tamen hi homines Virgilium, non minus ac Pisones vel Messalæ ex Augusteo sæculo.

P. VIRGILII MARONIS

VITA,

AUCTORE C. *LEBEAU*.

Natus est P. Virgilius Maro, anno U. C. 684, Cn. Pompeio Magno, et M. Licinio Crasso Coss. Idibus Octob. in pago, qui Andes vocabatur (hodie *Pietola*), a Mantua non procul, septem fere annis ante Octavium, qui postea Cæsar Augustus dictus est. Patrem habuit fortuna tenui, quem alii figulum, alii primo mercenarium Maii cujusdam viatoris, postea ejusdem generum, et agriculturæ deditum tradunt.

Ortum Virgilii miraculis nobilitavit prona in mendacium vulgi admiratio: matrem, pridie quam pareret, somniasse genitum ex se laureum ramum, quem contacta terra statim excrevisse in maturam arborem, pomis gravatam et floribus: infantem ipsum in lucem prodiisse vagitu nullo: quum in via mater partu se levasset, virgam populeam, ut moris erat in illa regione, ibidem loci statim depactam, ita brevi coaluisse, ut multo ante satas populos adæquaret; quam postea Virgilii arborem dictam, summa gravidarum et fetarum religione celebratam fuisse.

Cremonæ primum studiis eruditus, anno fere ætatis decimo sexto Mediolanum se contulit, ubi virilem togam sumpsisse traditur, eo forte ipso die, quo Lucretius vita decessit; quasi eum Musæ tanti ingenii heredem jam tum ostentarent. Haud ita multo post concessit Neapolim. Quibus in oppidis ardens ingenito amore poeseos, ac totam vim ejus animo præcipiens, accinxit se ad tantum opus omni genere studiorum. Non ille poesim ita aggressus est, ut inanem sonitum cieret; non crudam adhuc Musam et primo haustu statim ebriam in Parnassum intulit; sed quum eam esse existimaret artem, quam subsidio niti oporteret artium maximarum, in studiis latens tamdiu excoluit animum, donec bonam frugem maturis jam viribus ferre posset: neque enim, sagacissimorum virorum judicio, Virgilio tribuenda sunt inficeta illa poemata, quæ

vulgo circumferuntur, tanquam prima Virgilianæ poeseos rudimenta: ibi furta quidem ex Virgilio aliquot, sed nulla tanti ingenii lineamenta deprehenduntur. Primam igitur ætatis partem in eo posuit, ut Literis non solum Græcis et Latinis, sed Historiæ, Philosophiæ, Medicinæ etiam et Mathematicis operam daret: et Philosophiæ quidem magistrum habuit Syronem Epicureum, cujus placita de rerum origine descripsit Ecloga sexta ad Varum, qui eodem magistro fuerat usus. Audiit in Græcis præceptorem Parthenium, qui et ipse poeta fuit haud ignobilis.

Hac instructus supellectile literarum, ad poesim tandem extulit animos: ac post pugnam Philippensem, quum trans Padum agri veteranis jussu Triumvirorum dividerentur, ipse fundo suo ab Ario centurione dejectus, Romam venit. Ibi per Asinium Pollionem, quem jam in Gallia Cisalpina versantem coluerat, Mæcenati, per Mæcenatem Octaviano commendatus, id impetravit, ut ager sibi restitueretur. Tum Bucolica exorsus est anno ætatis vicesimo nono: ac Mantuam reversus, quum ab Ario fundum repeteret, ab eo parum abfuit quin occideretur. Romam igitur regressus, ut vim sibi illatam quereretur, nonam Eclogam obtulit Varo apud Octavianum gratioso. Bucolica triennio absolvit, in quibus Cæsarem laudat et ceteros, per quos in suas sedes redierat.

Deinde paterni ruris memor, et agriculturæ studiis innutritus, Georgica scripsit in honorem Mæcenatis, cujus ope sua receperat. Incubuit autem operi tam terso et limato per septem annos, maxime Neapoli: ac tunc temporis traditur quotidie meditatos mane plurimos versus dictare solitus, quos per totum diem retractando redigebat ad paucissimos; quum ipse diceret parere se versus more ursino: nam recentes ingenii sui partus rudi esse et imperfecta facie; sed deinde fingendo tractandoque reddere se iis oris et vultus lineamenta.

Tum concepit animo magnificam illam molem Æneidos, cujus consilium paucis delineare operæ pretium est. Vix requieverat Romana res ab illa jactatione bellorum civilium, quibus a Marii Syllæque temporibus ad Actiacam usque pugnam concussa, toties in ruinam inclinaverat. Sine rivali quidem Augustus, at non sine invidia, rerum potiebatur: non jam præliis petebatur, sed insidiis; erumpebant sæpe conjurationes in caput principis; jacensque jam et emoriens Romana libertas, instar valentis corporis, etiam in extremo spiritu

minax, cum victore luctabatur. Hos animorum æstus sedare Virgilius sibi proposuit; tenerasque, et ex recentibus vulneribus adhuc molles Romanorum mentes ita levi manu tractare, ut Augusti imperium æquo animo ferrent.

Neque solum Romanorum animos convertere decrevit ad amorem principis, sed iis etiam ejus pectus imbuere studuit virtutibus, quæ eum qui imperat, suis quam acceptissimum efficiunt. Augustus in excelso ac præcipiti positus, hinc septus odiis, illinc adulationibus, inter infensos sibi et abjectos, anceps adibat periculum, ne exasperatus ab illis ad sævitiam, ab his corruptus ad superbiam efferretur. Hæc utraque pestis ne principi noceret, ea præcipue vitia, quæ novæ præsertim potentiæ adhærescere solent, circumcidere Virgilius aggressus est, arrogantiam, sui Deorumque oblivionem, odia partium, acrem injuriarum memoriam.

Itaque poeta non famæ solum suæ, sed et civibus et principi serviens, hanc universo poemati subjecit sententiam, Deos eorum semper incolumitati invigilare, quos ad magna rerum initia delegerunt; ut infensos principi animos coerceret: tyrannis vero, et iis qui inclementer imperant, exitiosos plerumque exitus impendere; ut Augustum Romanis placabilem, et in infinita potestate sui potentem præstaret.

Hæc autem documenta quo blandius influerent, fabulam ita finxit suam, ut cum consilio suo maxime consentiret: nam et pium sibi Heroa proponit, cui cum Augusto omnia convenirent; et eos ipsi comites adjunxit, ad quorum imaginem Romani eo se componerent libentius, quod ab iis ortos se gloriarentur. Ecquis enim Æneam et Augustum inter se contulerit, quin alterum ad alterius similitudinem factum intelligat? Alter ex potentissimi imperii ruinis, et ex longo belli incendio, exstincta Regum progenie, ducentibus fatis, eripitur; alter prolapsa libertate, ex diuturna flamma civilium bellorum, collisis inter se fractisque tot ducibus egregiis, in patriæ ferme cineribus remanet ultimus: ille mari terraque, in Asia, Europa et Africa, multis jactatus periculis, quum Juno Deos et homines, Dido illecebras, Turnus Italiæ vires in ipsius exitium moveret; hic et terrestribus et navalibus pugnis in omni parte terrarum exercitatus, in Bruto et Cassio ipsos prope libertatis Deos, in Antonio Turnum, in Cleopatra et iram Junonis et Didonis lenocinia expertus: uterque novi in Italia imperii conditor: in hoc uterque occupatus, ut non armis

solum, sed legibus et institutis alter initia, alter conversionem tantarum rerum firmaret : atque id etiam accessit, ut alter ex altero originem duceret, et quidquid juris Æneas ad regnandum et armis et Deorum dono sibi paraverat, id ad Augustum hereditate quadam delaberetur. Tot denique, tam variis lineamentis, in heroe suo suum principem Virgilius expressit, ut in Ænea velut in speculo, et Augustus ipse se, et Augustum Romani non agnoscere non possent.

Quum igitur ad id Augustus omni et consiliorum apparatu et mole bellorum spectaret, ut romanum imperium ad novam formam fingeret, eo quoque quidquid in Æneide narratur pertinere voluit Virgilius, ut Trojanum imperium in Italia conderetur. Hoc unum tota Æneide agitur; quæ quidem propositi simplicitas et rerum dignitate, et eventuum admirabilitate, et narrandi verisimilitudine et jucunditate commendatur.

Hoc autem tanti consilii poema dum scriberet, ne quid impetum moraretur, quædam imperfecta reliquit; alia levissimis versibus tantum quasi delineavit, quos per jocum pro tigillis ac tibicinibus supponi a se dicebat ad fulciendum ædificium, donec columnæ advenirent. Quod quidem opus tractavit per duodecim annos, abditus fere amœno partim Campaniæ, partim Siciliæ secessu.

Tanta fuit fama vix inchoatæ Æneidos, ut jam tum Sextus Propertius exclamaverit;

> Cedite Romani Scriptores, cedite Graii :
> Nescio quid majus nascitur Iliade.

Augustus vero quum forte bello Cantabrico detineretur supplicibusque et minacibus etiam per jocum literis efflagitaret, ut sibi de Æneide (nam ipsius verba sunt) vel prima carminis hypographa, vel aliquod colon mitteret, negavit se facturum poeta, minime sui ostentator, epistola quadam cujus hanc particulam ad nos transmisit Macrobius : « de Ænea « quidem meo, si mehercule jam dignum auribus haberem « tuis, libenter mitterem. Sed tanta inchoata res est, ut pæne « vitio mentis tantum opus ingressus mihi videar; quum præsertim, ut scis, alia quoque studia ad id opus multoque potiora impertiar. » Eidem tamen Augusto, aliquanto post secundum, quartum, et sextum libros recitasse dicitur; hunc autem præcipue, ut Octaviæ gratificaretur; quæ quum recitationi interesset, ad illos de filio suo Marcello versus, tant

affectu imbutos, defecisse fertur, ac dena sestertia pro singulis versibus Virgilio dari jussisse: neque vero recitabat cuiquam Virgilius nisi invitus, et ea fere de quibus ambigebat, ut judicium hominum exploraret, quum non tam laudari se cuperet, quam fieri laudabilem.

Sex posteriores libros quadriennio confecit: nam a morte Marcelli tot fere anni sunt ad id tempus, quo in Græciam profectus est. Et sane in iis libris quædam sunt minus matura, et quæ leviorem operam arguunt. Absoluto tandem operi ut ultimam manum imponeret, in Græciam navigavit, ubi per otium abdere se totum in literis posset. Sed quum Augusto ex insula Samo, ubi hiemaverat, Romam revertenti Athenis occurrisset, una cum eo redire statuit; Megaramque visendi causa profectus, in ipso itinere langore correptus, aucta per navigationem valetudine, Brundusium vix appulit, ubi diebus paucis obiit decimo Kal. Octob. natus annos 50, menses 11, dies 7. C. Sentio Saturnino et Q. Lucretio Vespillone Coss. quum gravari se morbo sentiret, scrinia sæpe flagitavit, crematurus Æneida: quibus negatis, testamento comburi jussit, quippe inemendatam et imperfectam. Sed Tuccæ Varioque monentibus, id Augustum minime permissurum, scripta sua ea conditione legavit, ne quid adderent, ac versus etiam imperfectos, si qui essent, relinquerent. Jussit ossa sua Neapolim transferri, ubi diu et suavissime vixerat. Sepultus est via Puteolana, intra lapidem secundum; ejusque sepulcro distichon hoc insculptum est, quod ipse sibi extrema valetudine scripsisse perhibetur;

> Mantua me genuit; Calabri rapuere; tenet nunc
> Parthenope: cecini pascua, rura, duces.

Heredes fecit ex dimidia parte Valerium Proculum fratrem ex alio patre, ex reliquis Augustum, Mæcenatem, L. Varium, et Plotium Tuccam, qui ejus post obitum Æneidem, sublatis tantum aliquot versibus, nullo addito, emendaverunt.

De consilio cremandæ Æneidos, exstant Sulpicii Carthaginiensis versus, quorum initium est;

> Jusserat hæc rapidis aboleri carmina flammis
> Virgilius, etc.

Quin et ipsi Augusto non satis certa fide tribuuntur alii plures, hoc exordio;

Ergone supremis potuit vox improba verbis,
Tam dirum mandare nefas, etc.

Fuisse traditur statura grandi, aquilino colore, faci cana, valetudine varia, quum plerumque stomacho, fa ac dolore capitis laboraret, sanguinem etiam sæpius ej cibi vinique parcissimus. Possedit fere centies sesterti largitionibus amicorum; habuitque domum Romæ in liis, juxta hortos Mæcenatis, quamquam secessu Can Siciliæque plurimum utebatur.

Egisse causam dicitur semel omnino; sermone tardi ac pæne indocto similis. Tradit M. Seneca, ut Cicerone quentia sua in carminibus destituit, ita Virgilio illam i felicitatem in oratione soluta defuisse.

Tanta fuit morum castitate, ut Neapoli Parthenia diceretur; tanta modestia, ut si quando Romæ, quo rar meabat, viseretur in publico, sectantes commonstran se subterfugeret: nec tamen caruit fructu laudis, qu repudiatur, cumulatior redire solet: nam populus, au Theatro Virgilii versibus, surrexit universus, et eun præsentem spectantemque sic veneratus est, quasi Aug Quum quidam versus ab eo factos sibi adscriberent, modo non ægre ferebat, sed sua etiam in aliis laudar tissime patiebatur: quod quum sæpe alias tum in hoc e disticho contigit;

Nocte pluit tota; redeunt spectacula mane:
Divisum imperium cum Jove Cæsar habet.

Quum aliquando Ennium legens interrogaretur, qu ret, respondit aurum se colligere e stercore Ennii. Be cultor omnium bonorum atque eruditorum; ab invi alienus, ut si quid erudite dictum audiret alterius, non gauderet, ac si suum esset; neminem vituperare, laud nos; ea humanitate esse, ut eum nemo nisi perversus non amaret; nihil proprium habere videbatur; ejus theca non minus aliis doctis patebat, quam sibi; et il ripidis sæpe usurpabat, communia amicorum esse itaque poetas omnes æquales sibi sic adjunctos hal quum inter se plurimum invidia arderent, unum omr rent, Varius, Tucca, Gallus, Propertius. Ipse vero H ingeniorum callidus explorator, etsi poeseos admirato

et artifex, Virgilium tamen ab animi candore et probitate præcipue laudat, neque eum poetarum principem, sed virum optimum dicit.

Magna apud Augustum gratia ad id usus est, ut plurimis benefaceret, noceret nemini: bona cujusdam exsulantis, offerente Augusto, recusavit. Parentibus quotannis aurum ad abundantem victum mittebat, quos jam grandis amisit, ex quibus patrem oculis captum, et duos fratres germanos, Silonem impuberem, et Flaccum jam adultum.

Defuisset aliquid Virgilio in illo concentu laudis, nisi obtrectatores obmurmurassent: sed neque olim dum viveret, neque etiam nunc quum, scriptis suis vivat spiretque semper, defuere unquam insulsi censores et iratis Musis geniti: et ejus quidem æquales, Carbilius Pictor librum, cui titulus Æneidomastix, ediderat; Herennius Virgilii vitia contraxerat; Q. Octavius Avitus et Petilius Faustinus ejusdem furta; quos ille sic ulcisci solebat, ut sileret, neque eorum fremitu a studiis suis avocari se pateretur. Asconius Pedianus libro, quem contra Virgilii obtrectatores scripsit, id ei potissimum objectum fuisse dicit, quod nec recte historiam contexuisset, et pleraque desumsisset ex Homero; illum vero hoc criminis sic defendere solitum, cur non et illi eadem quoque furta tentarent; sed intellecturos facilius esse Herculi clavam, quam Homero versum surripere.

Verum ut tantum poetam pauci aliquot malevoli carioso dente arroserunt, ita eum ut latinæ poeseos principem ac pæne Deum coluit maxima pars posteritatis. Virgilii imaginem venerabatur Silius, ejusque natalem religiosius quam suum celebrabat, Neapoli maxime, ubi monumentum ejus adire, ut templum, solebat. Virgilium, Platonem poetarum vocabat imperator Alexander Severus, ejusque effigiem, ut et Ciceronis, in Larario habebat, quam divino ritu coleret. Sed potius quid ipse Virgilius canat, quam quid alii de eo judicent audiamus, quum ea sit, ut Macrobii verbis utar, tanti poetæ gloria, ut nullius laudibus crescat, nullius vituperatione minuatur.

FINIS VITÆ VIRGILII.

DE CULICE VIRGILIANO

DISCEPTATIO,

AUCTORE CLARISSIMO FR. *OUDIN*.

Culicem, hoc est, carmen ejus tituli, quod a plerisque Virgilio tribuitur, nunquam potui animum inducere, ut summi poetæ legitimum esse fœtum crederem. Jure an injuria, vel auctori opus, vel operi auctoritatem detraham, lubet disceptare semel, remque totam suis tantisper momentis expendere. Momentum porro in magnis quamlibet nominibus, et nudis criticorum edictis nullum esse duco. Scaligerum igitur perinde ac Ruæum omittam, quorum hic *ab inepto posteriorum ætatum scriptore fictum* (1) esse non dubitat, quem habemus Culicem; ille contra admonet (2) opus hoc esse Virgilii *non tironis, sed* ἁδροῦ, καὶ τελείου.

Paucis hoc persuasit Scaliger; atque in ea esse sententia omnes video, qui ista tractant, ut Culicem ipsum quidem infra Virgiliani nominis famam esse fateantur; maximi tamen vatis dignitati labem hinc aspergi nullam, quum puer admodum eo carmine luserit; neminem esse hominem tam disertum, qui infans aliquando non fuerit: cur fraudi sit Virgilio effudisse aliquid in pueritia, quod Virgilii matura et confirmata ætate dignum non sit?

Honesta oratio, sed reprehendenda tamen, quoniam falsa: etenim Culici natalem annum assignari oportere multo quam isti putant seriorem, Statii approbat Virgiliique adeo ipsius certa testificatio. « Culicem legimus, inquit (3) Statius, et Batrachomyomachiam etiam agnoscimus; nec est quisquam illustrium poetarum, qui non aliquid operibus suis stylo remissiore præluserit. » Rursum (4) in Genethliaco Lucani;

(1) *Car. Ruæus*, Hist. Virg. ad an. U. C. 696.
(2) *Jos. Scaliger*, Comment. in Cul. initio.
(3) *Præfat. in Lib.* 1, *Sylv.* (4) *Lib.* 2, *Sylv. VII*, 64.

Mox cœpta generosior juventa,
Albos ossibus Italis Philippos,
Et Pharsalica bella detonabis....
Hæc primo juvenis canes sub ævo,
Ante annos Culicis Maroniani.

Virgilius in Sileno, sive Ecloga sexta;

Prima Syracosio dignata est ludere versu
Nostra, neque erubuit sylvas habitare Thalia.
Quum canerem reges et prælia, Cynthius aurem
Vellit, et admonuit: pastorem, Tityre, pingues
Pascere oportet oves; deductum dicere carmen.
Nunc ego (namque super tibi erunt, qui dicere laudes,
Vare, tuas cupiant, et tristia condere bella)
Agrestem tenui meditabor arundine musam.

Tribus hisce locis paulo est diligentior adhibenda consideratio; propterea quod lumen mutuo fœnerant, et rem hanc totam continent, atque decidunt.

Jam hoc primum intelligere est, Virgilium, antequam ad Bucolica, revocante genio, se conferret, id aggressum fuisse, ut res gestas regum et bella carmine describeret: et inchoaverat sane res Romanas, exemplo fortasse Ennii. Sed jam antea, et priusquam ad eas animum appelleret, pastorale quidpiam carmine luserat. Quæ enim alia ratio est, cur ante Bucolica *pastorem* ipse se nominet? Quid porro illud est pastoralis argumenti, quod versu exornaverat? certe Culex, quo aliis operibus prælusit. Quin ex illo *Tityri* nomine, quo se illic indigitat, colligi haud absurde potest, in Culice pastorem fuisse Tityrum.

Deinde, quod ait Statius scriptam esse Pharsaliam *ante annos Culicis Maroniani*, eo annus indicatur Virgilianæ ætatis quintus omnino ac vicesimus: sic enim rationes subduco; vitam abrumpere coactus est Lucanus pridie Kalend. Maias, Attico Vestino, et Nerva Syllano Coss. anno U. C. 817. Natus erat III. Non. Novemb. C. Cæsare Augusto Germanico II. L. Cæsiano I. Coss. anno U. C. 791. Annum igitur vivendo expleverat XXV, et XXVI agebat, non XXVII, ut in ejus vita ex antiquissimo descripta commentario legimus. Illud non addo, quod etsi veræ, tamen minutæ ac parum necessariæ videri observationis possit: inter molimina Pisonianæ conjurationis, cui se implicuerat, supremum ipsi annum vix fuisse ad scribenda carmina liberum.

Hoc non omittam, in veteribus commentariis, unde Virg lii, quam habemus, vitam excerpsit Tib. Claudius Donatu: omnino eum, quem dico, Virgilianæ ætatis annum fuisse assi natum Culici: nam quod editi habent libri omnes, *Fecit Cu cem, quum esset annorum XV*, error est vel Grammatici veteri vel alicujus librarii, qui notam denarii numeri X alteram pa sus sit excidere. Quem enim habent ista sensum? « Fecit Ci licem, quum esset annorum XV; et mox, quum res Roman inchoasset, offensus materia et nominum asperitate, ad Bu colica transiit. » Quis ita ineptiit aliquando, ut diceret factu esse *mox*, quod annis post decem duodecimve contigit? Bu colica autem aggressus est Virgilius, ut affirmat Serviu *XXVIII annorum.*

Si legas, uti legendum censeo, fluunt cohærentque omni Culicem fecit Virgilius quum esset annorum XXV: specime hoc fuit ejus artis, quam in tornandis versibus habuit ip singularem. Factus successu animosior, homo alioqui parun confidens, *mox* res inchoavit Romanas, sive, ut ait Servius regum Albanorum, quas abjecit statim offensus materia e nominum asperitate, atque ad pastoralia se contulit: revoca bat enim expertum jam in Culice et amœnitas rerum et nominum lenitas. Poemata ejus generis pluscula quum effecis set, recognovit ea demum ac perfecit, et selecta ex illis decem Eclogarum titulo edidit annum agens XXXIII.

Locum in ea editione Culici nullum dedit, quoniam pecu liarem habuerat jam ante et propriam editionem. Verumtamen ut in principio Æneidos Bucolica sibi auctor atque Georgica et in fine Georgicon Bucolica asseruit, ita in primo, quo post Culicem composuit, Bucolico carmine memoriam exstar voluit et Culicis, et ejus item operis, quod inchoaverat tantum; neque aliam habere illa sententiam possunt, quæ jam descripsi: *Prima Syracosio*, etc. Quod dicit: *Nunc ego... Agres tem tenui meditabor arundine musam*, plane indicat a militari bus argumentis, quæ in manibus aliquandiu habuerat, trans ire se ad pastoralia; ut illud: *At nunc horrentia Martis Arm virumque cano*, transitum significat de pastoralibus, agrariis que carminibus ad militaria atque heroica. Hoc ergo: *Quum canerem reges et prœlia*, res intelligi oportet bellicas, quibu scribendis operam tum dabat, quum ad Bucolica est revoca tus: et illo;

Prima Syracosio dignata est ludere versu
Nostra, neque erubuit sylvas habitare Thalia,

Culex commemoratur, quem tribus ante annis luserat.

Video quid occurrat: Ecloga hæc, *Prima Syracosio*, post Tityrum, quæ primum in editione locum habet, composita est. At enim stare non potest ista ratio: repugnat Servius locis duobus. I. *Viginti octo annorum scripsit Bucolica Virgilius:* at Tityrum non scripsit nisi post triumviralem agrorum largitionem, quæ anno U. C. 710, Virgilii 30, facta est. II. Silenum audivit Cicero, quum in theatro cantaretur a Cytheride: sed periit Cicero, exeunte anno U. C. 711, Virgilii 28. Audierit necne Silenum Tullius, non quæro: acceperat quidem ab antiquis, ut loquitur, commentatoribus Servius, Eclogam Silenum scriptam fuisse ante Ciceronis obitum, ac proinde Tityro priorem: hoc ipsum in Sileni prologo professus est aperte Virgilius; quod si quis non videt, mirabor.

Primum tamen in Eclogis locum Tityrus occupat, Silenus sextum; sane: locum enim assignavit illis auctor quem libuit; neque eo disposuit ordine quo scripserat, nisi Gallum, ut animadvertere jam alii.

Nunc, ut recolligam ostendamque tandem, ista quorsum pertineant, videor nullum reliquisse perfugium opinioni, quam de Virgiliano Culice præconceptam habent qui Culicem hunc, quem videmus, vati maximo adscribi posse arbitrantur. Eam quidem næniam, in qua (1) *stylus enervis et vagus, obscura sententia, numeri dissoluti*, laxa, fluxa, barbarica compositio, parum esse Virgilianam non diffitentur: at rudimentum hoc est, inquiunt, balbutientis pueri. Ego Culicem fateor rudimentum fuisse Virgilii; quod quo sit intelligendum sensu, mox edisseram: sed pueri rudimentum non fuisse, satis ostendi; immo vero adulti juvenis, et jam tum Virgilii.

Quid quod Virgiliani Culicis, atque hujus barbarici materia eadem non est? Virgilius (2) Culicem faciebat e palude provolantem: hic nusquam paludis mentio. Virgilianus Culex pastori *inter duo tempora* figebat aculeum. Operæ pretium est animadvertere hunc locum quibus ornaverit coloribus scriptor barbarus; v. 181; Vol. V; pag. 41:

Parvulus hunc prior humoris conterret alumnus,
Et mortem vitare monet per acumina; namque

(1) *Ruæus, ubi supra.* (2) Donat. Vita Virg.

Qua deducta genas pandebant lumina gemmis,
Hac senioris erat naturæ pupula telo
Icta levi.

Et idoneum putant Virgilium, cui ista tribuant? Virgilianus pastor, interempto statim serpente, tumulum struebat Culici. Hic pastor domum reducitur, ut lecto compositus videat in somnis effigiem obtriti Culicis, et audiat de Charonte, de Furiis ac Cerbero, de Orpheo et Eurydice, de Argonautis, Trojano bello, Ulyssis reditu, Græca omni Romanaque historia non puerilem, sed pecuariam declamationem; cujus hæc demum conclusio est:

Ergo jam causam mortis me dicere (1) vinctæ
Verberibus sævo cogunt ab judice Pœnæ,
Quum mihi tu sis causa mali; nec conscius adsis;
Sed tolerabilibus curis hæc immemor audis.

Œdipus fuit hic pastor, non Tityrus, si intellexit quid suus vellet Culex. Istud vero (164) de serpente quam latinum?

Obvia vibranti carpens gravis aera lingua;

Aera obvia! Quid hoc monstri est? exclamat in commentario Taubmannus. Quærit exempla quibus dictum excuset, nec invenit, atque eo delabitur tandem, ut dicat, hoc et nonnulla ejusmodi alia, quæ in hoc poematio occurrunt, judicio suo et libertati poeticæ Virgilium indulsisse. Virgilio quidem usum judicii, quo singulariter excelluit, fuisse alium puto. Quid autem est in veteribus laciniis tam ineptum ac barbarum, quod optimis scriptoribus non tribuat hæc ratio?

Quosdam esse scio, qui et Scaligero et Culici, quem habemus, præsidium ex hoc Martialis petant disticho:

Protinus Italiam concepit, et arma virumque,
Qui modo vix Culicem fleverat ore rudi.

Quo effici existimant, a Culice Virgilium transiisse ad Æneidem; neque mirum si non sit suus in Culice, cui scribendo rudem ac male limatum adhibere stylum voluerit.

Cassum utrimque præsidium. Transiit quidem a Culice Virgilius ad res *Italas*, sive Romanas; sed hæc inter atque Æneidem, Bucolica intervenere et Georgica. Illud, *ore rudi* canere quid sit, non intellexit Domitius ille Calderinus, cui accredunt notanti perinde esse atque *impolito carmine*. Satius fueri

(1) Lege *cinctæ*, Cul. v. 375.

observasse, ut *campus rudis* a Virgilio dictus est qui nondum proscissus vomere segetes nullas reddidit; ita stylum dici rudem, qui usu nondum exercitatus, nihil prodidit quod in manus hominum venerit. Quo sensu Culicem fateor summi vatis fuisse rudimentum.

Admonet me Martialis hæc mentio, ut alterum (1) ejus de Virgiliano Culice versum afferam.

Accipe facundi Culicem, studiose, Maronis.

Legebatur ergo a studiosis Culex, et a poetis, ut ait Statius, poetam alloquens: *Culicem legimus;* et legebatur *Saturnalibus, optimo dierum.* At quis nunc poeta, et latine sciens, Culicem legat, non dico cum voluptate, sed sine gravi fastidio?

At multi sunt loci in Culice, non tantum versus, quos in alia sua opera immisit Virgilius limatiores et magis factos. Acute dictum: non enim compilare Virgilium potuit sarcinator barbarus, ut solent pueri, quos videmus placere supra modum ipsos sibi, quum bonos versus contaminavere, et inepta assuendo, fecere pessimos.

Pervetustus exstat manu descriptus codex, quem a Joanne Lacurna Cl. Salmasius habuerat: illic videre est quosdam vixisse sub Vandalorum rege Thrasamundo in Africa ingeniosos scilicet homines atque delicatos, qui certarent suffarciendis horride Virgilianis versibus atque sententiis. Eum ego codicem versavi diu, et monstrosa Gothicæ ejus elegantiæ specimina vidi satis multa; atque in illis Virgilium agnovi, ut in Culice.

IN CULICEM VIRGILIO SUPPOSITUM,

HENDECASYLLABI.

I nunc, i per iter tenebricosum,
Putri nate Culex Gothi cerebro,
Cœnosos Erebi lacus revise:
Non es ille Culex mei Maronis.

(1) *Lib. XII, Epigr.* 185.

Ille bellus erat, levique circum
Argutus volitans tubo canebat:
Quale blanda ciet Thalia carmen,
Si quando residem tubam Gradivi
Implevit tenui jocosa flatu.
At tu Vandalico insolenter aures
Tundis Aonias strepens susurro,
Phœbi dedecus, et novem sororum:
Non es ille Culex mei Maronis.
Proinde nunc per iter tenebricosum,
Illos, unde malum pedem attulisti,
Cœnosos Erebi lacus revise;
Cinctas verberibus revise Pœnas.
Nam tu dignus es omnibus flagellis,
Alecto quibus et Megæra sævit;
Ausus fraude mala sacris malisque
Magnum aspergere versibus Maronem,
Corvi qualiter inquinant (1) Priapum.
Si leni Cicero manu polivit
Rudentem (2) Libyco satum Maduro,
Dici tu potis es Culex Maronis.

(1) *Horat. I, Sat. VIII,* 17. (2) *Apuleii.*

EPITAPHIA

P. VIRGILII MARONIS,

A SCHOLASTICIS DUODECIM POETIS

COMPOSITA, PER TETRASTICHA.

ANTHOL. LAT. Tom. I; lib. II; Epigr. 197.

EX ARGUMENTO HUJUS DISTICHI VIRGILIANI:

Mantua me genuit; Calabri rapuêre; tenet nunc
Parthenope: cecini pascua, rura, duces.

VITALIS. I.

PRIMA mihi Musa est sub fagi Tityrus umbra;
Ad mea navus humum jussa colonus arat;
Præliaque expertos cecini Trojana Latinos;
Fertque meos cineres inclyta Parthenope.

BASILIUS. II.

Hoc jacet in tumulo vates imitator Homeri,
Qui canit Ausonio carmine primus oves;
Ad cultos hinc transit agros; Æneidos autem
Non emendatum morte reliquit opus.

ASMENUS. III.

Bucolica Ausonio primus qui carmine feci,
Mox præcepta dedi versibus agricolæ.
Idem cum Phrygibus Rutulorum bella peregi,
Hunc mihi defuncto fata dedere locum.

VOMANUS. IV.

Tityre, te Latio cecinit mea fistula versu;
Præceptisque meis rusticus arva colit.
Ac, ne Musa carens vitiis Æneidos esset,
Perfida me celeri fata tulere nece.

EUPHORBUS. V.

Romuleum Sicula qui fingit carmen avena;
Ruricolasque docet, qua ratione serant;
Quique Latinorum memorat fera bella, Phrygasque,
Hic cubat; hic meruit perpetuam requiem.

JULIANUS. VI.

Qui pastorali peragravit Mænala Musa,
Ruraque, et Æneæ concinit arma Maro,
Ille, decem lustris geminos postquam addidit annos,
Concessit fatis; et situs hoc tumulo est.

HILASIUS. VII.

Hæc tibi, Virgilius, domus est æterna sepulto.
Qui mortis tenebras effugis ingenio;
Mænalium carmen qui profers ore Latino,
Et cultus segetum, bellaque sæva ducum.

PALLADIUS. VIII.

Primus ego Ausonio pastorum carmina versu
Composui, et quo sint rura colenda modo;
Post, quibus Æneas Rutulos superaverit armis.
Vatis relliquias hæc pia terra fovet.

ASCLEPIADIUS. IX.

Sicanius vates silvis, Ascræus in arvis,
Mæonius bellis ipse poeta fui.
Mantua se vita præclari jactat alumni:
Parthenope famam morte Maronis habet.

EUSTHENIUS. X.

Quisquis es, extremi titulum lege carminis, hospes:
Hac ego Virgilius sum tumulatus humo;
Qui pecudum pariter, qui cultum fertilis agri,
Mox Anchisiadæ bella ducis cecini.

POMPEIANUS. XI.

Virgilio mihi nomen erat, quem Mantua felix
Edidit. Hic cineres vatis et ossa jacent.
Cujus in æternum pastoria fistula vivet;
Rustica mox; eadem Martia Calliope.

MAXIMIANUS. XII.

Carmine bucolico nitui; cultoribus agri
Jura dedi; cecini bella Latina simul.
Jamque ad lustra decem Titan accesserat alter,
Quum tibi me rapuit, Mantua, Parthenope.

DISTICHA EORUMDEM POETARUM,

EX EODEM ARGUMENTO.

VITALIS. I.

Mantua mi patria est: nomen Maro: carmina, silvæ
Ruraque cum bellis: Parthenope tumulus.

BASILIUS. II.

Qui silvas, et agros, et prælia versibus ornat,
Mole sub hac situs est ecce poeta Maro.

ASMENUS. III.

Pastorum vates ego sum: cui rura ducesque
Carmina sunt: hic me pressit acerba quies.

VOMANUS. IV.

A silvis ad agros, ab agris ad prælia venit
Musa Maroneo nobilis ingenio.

EUPHORBUS. V.

Bucolica expressi, et ruris præcepta colendi;
Mox cecini pugnas : mortuus hic habito.

JULIANUS. VI.

Hic data Virgilio requies, qui carmine dulci
Et Pana, et segetes, et fera bella canit.

HILASIUS. VII.

Pastores cecini; docui, qui cultus in agris;
Prælia descripsi : contegor hoc tumulo.

PALLADIUS. VIII.

Conditus hic ego sum, cujus modo rustica Musa
Per silvas, per rus, venit ad arma virum.

ASCLEPIADIUS. IX.

Tityron, ac segetes cecini Maro, et arma, virumque
Mantua me genuit; Parthenope sepelit.

EUSTHENIUS. X.

Virgilius jacet hic, qui pascua versibus edit,
Et ruris cultus, et Phrygis arma viri.

POMPEIANUS. XI.

Qui pecudes, qui rura canit, qui prælia vates,
In Calabris moriens hac requiescit humo.

MAXIMIANUS. XII.

Carminibus pecudes, et rus, et bella canendo
Nomen inextinctum Virgilius meruit.

INCERTUS AUCTOR.

Quæ cineris tumulo hoc vestigia? conditur, olim,
Ille hoc, qui cecinit pascua, rura, duces.

ALIUD.

Pascua rusque canens peragraram; bella sequebar;
Nondum finieram Virgilius; perii.

ALIUD.

Silvas, rura, acies, cecini: mihi Mantua mater;
Nomen Virgilius; Parthenope tumulus.

PENTADIUS.

Pastor, arator, eques, pavi, colui, superavi,
Capras, arva, duces, fronde, ligone, manu.

INCERTUS AUCTOR.

De grege pasto, rure sato, duce nempe subacto,
Nec lac, nec segetes, nec spolia ulla tuli.

SUBSCRIPTUM IMAGINI VIRGILIANÆ AB HILASIO.

Subduxit morti vivax pictura Maronem
Et quem Parca tulit, reddit imago virum.

AB EODEM.

Lucis damna nihil tanto nocuere poetæ,
Quem præsentat honos carminis et plutei.

FINIS EPITAPHIORUM VIRGILII.

P. VIRGILII MARONIS

LAUDES.

PROOEMIUM.

Interpretes alii, initio operum, Virgilii vitam præferunt; alii testimonia conjungunt illorum qui locuti sunt de hoc vate. Discessi ab utroque genere interpretum; ab illis, quia nihil possem exhibere speciosus, quam ipsi exhibuerunt: nam quid repetam, quæ alii jam evulgarunt? Certe vitam poetæ multi scripserunt, et omnes norunt: modo illa à Donato, ut creditur, modo a Servio edita primum fuerit, modo ab doctis aliis concinnata, et propagata ab ævo Virgilii usque ad nostrum: ab istis, quia nullus est ordo in illis testimoniis, et perinde illa opera exiguæ est frugis ad cognoscendam dignitatem magni poetæ: nam ex tanta testimoniorum acervatione tenebræ quædam exsistunt, indignæ Virgiliano splendore. Itaque potius e re visum fuit, redigere ad certum ordinem Virgilii præconia, quibus cognoscatur, quantum in rebus singulis vir hic singularis prævaluerit. Reduco vero rem totam ad septem capita. *Primo* loquar de elogiis natalis ejus, atque in cunabulis. *Deinde* de triplici boni genere, Honesto, Utili, Jucundo: quæ bona potentissima in omni genere encomiorum: nam, ubi res, quæ laudatur, tria hæc bona sortitur, quid amplius exspectes? *Tertio* attingo varias artes, quibus poeta floruit, in his eloquentiam: quo loci Virgilius comparatur cum Tullio, princeps poetarum cum principe oratorum. *Quarto*, comparo Virgilium cum Homero, ac reliquis Græcis, et cum Latinis omnibus: doque illi omnium palmam. *Quinto*, adduco elogia poeseos Virgilianæ, ea videlicet, quæ in illius operibus præcipue elucent. *Sexto* excurro in aliqua attributa illius. *Septimo* persequor honores, quos vivus habuit Virgilius, quos mortuus, et adjungo testimonia illorum, qui dicunt, vatem hunc æterno duraturum. Prius autem, quam perveniam ad capita, proponam tibi syllabum Auctorum, a quibus laudes istæ expromptæ fuerunt.

Abulensis.
Agellius.
Albericus Gentilis.
Alexander Severus.
Alcinous.
S. Ambrosius.
Ammianus Marcel.
Angelus Politian.
M. Anton. Cassanova.
Anton. Delrius.
M. Ant. Majoragius.
Anton. Minturnus.
Anton. Nebrissensis.
Apuleius.
Auctor ejus vitæ.
S. Augustinus.
Augustus Cæsar.
Ausonius.
Budæus.
Cælius Calcagninus.
Calvus.
Capitolinus.
Cicero.
Cl. Claudianus.
Cl. Tiberius.
Cornel. Gallus.
Cornel. Tacitus.
Dio Chrysost.
Domitius Afer.
Donatus.
Erasmus.
Eusebius Cæsariensis.
Fabius Paulinus.
Fungerus.
Germanus Val. PP.
Godescalcus.
Gulielm. Modicius.
Helinandus.
S. Hieronymus.
Hieronymus Vidas.
Hilasius.
Horatius.
Hortensius.
S. Isidorus.
Joannes Brodæus.
Joannes Hartungus.
Jovianus.
Jul. Cæsar Scaliger.
Justinianus Imp.
Juvenalis.
Lactantius.
Lampridius.
Landinus.
Lucanus.
Macrobius Martialis.
Martialis.
Matthæus Toscanus.
Maximianus.
Muretus.
Nannius.
Nascimbænus.
Ovidius.
Patricius.
Pedianus.
Pet. Crinitus.
Pet. Victorius.
Phocas.
Pierius.
Plato.
Plinius uterque.
Poeta ἄδηλος.
Propertius.
Quintilianus.
Rhodiginus.
Sannazarus.
Seneca Philosophus.
Seneca Rhetor.
Servius.
Silius.
Statius Papin.
Suetonius.
Tertullianus.
Turnebus.
Varius.
Vegetius.
Velleius Paterculus.
Velserus.
Vivesius.
Vopiscus.
Vovianus.

CAPUT PRIMUM.

ELOGIA NATALIS VIRGILIANI.

Sit exorsus elogiorum a primo vitæ exortu : qui vitam Virgilii scripserunt, tum etiam alii, prædicant natalitium hujus plenum miraculorum. Phocas natalem ejus vocat *Miracula rerum;* et probat, loquens de illius matre Polla (quam alii Majam, alii Melissam vocant, a prognostico credo apum) his versibus;

Hæc, quum maturo premeretur pondere ventris,
Ut solet in somnis animus ventura repingens,
Anxius, et vigili præsumere gaudia cura,
Phœbei nemoris ramum fudisse putavit.
O sopor indicium veri! nil certius unquam
Cornea porta tulit: facta est interprete lauro
Certa parens, onerisque sui cognoverat artem.
Consule Pompeio vitalibus editus auris,
Et Crasso, tetigit terram: quo tempore Chelas
Jam mitis Phaeton post virginis ora receptus.
Infantem vagisse negant: nam fronte serena
Conspexit mundum, cui commoda tanta ferebat.
Ipse puerperiis adrisit lætior orbis;
Terra ministravit flores, et munere verno
Herbida supposuit puero fulmenta virescens.
Præterea, si vera fides, sed vera probatur,
Læta cohors apium subito per rura, jacentis
Labra favis texit, dulces fusura loquelas.
Hæc quondam in sacro tantum mirata Platone
Indicium linguæ memorat famosa vetustas:
Sed natura parens properans extollere Romam,
Et Latio dedit hoc, ne quid concederet uni.
Insuper his; genitor nati dum fata requirit
Populeam sterili virgam mandavit arenæ;
Tempore quæ nutrita brevi, dum crescit, in omne
Altior emicuit cunctis, quas auxerat ætas.

Vide quot miracula in ejus ortu; admonetur in somnis mat[...] futuri poetæ; nam videt se parere ramum lauri, qui sac[...] Phœbo: natus puer non plorat, quod vel ipsis regibus fa[...]liare: apes convolant ad illius os, quod prognosticum Pin[...]ro accidit, Platoni, Ambrosio: eodem die, quo puer nascit[...] pangitur populus, quæ cito excrescit in miram altitudine[...] quæ arbor puerperarum votis colitur, et donis ornatur. Pro[...]nosticum apum Jovianus etiam scribit lib. 2. Uraniæ et a[...]jungit quæpiam de natali Virgilii. Versus illius sunt;

Mincius hunc genuit conceptum ex Andide Nympha,
Quam Phœbe sociam, atque anguis de vulnere tardam
Commendat Mantoi: furtim sed cærulus amnis
Languentem et sola tacitus sub rupe jacentem
Implevit: postquam ex utero jam prodiit infans,
Quo partus lateat, denso pater ipse salicto
Occultans, ut forte locis habitabat in illis
Pignora sollicitæ commendat cara Melissæ.
Hæc natum gremio excipiens, flaventia mella

Instillat puero, et dulci rore illinit ora.
Ille favi ducens tenerum de nectare succum
Paulatim somno capitur, circumque frequentes
Ore vagantur apes, lectumque e flore liquorem
Intingunt labris, et rore madentia fingunt.
Atque hunc cærulei nantem ad vada nota parentis
Nereides, nam forte Pado procul æquore nabant,
Inspectum rapuere : aderat tum candida Siren,
Quæ vocis merito, et blandæ modulamine linguæ
Formosum dono puerum tulit : inde per altum
Sublatumque humeris ponto plaudente ferebat,
Litora finitimo repetens conjuncta Vesevo.
Hæc puerum instituit cantu, ac mox capta pudore
Arsit, et assuetis vovit malesana sub antris :
Parthenias juveni nomen de virgine mansit.

Quæ de Mincio patre Virgilii, quæ de Nereidibus, et Sirene attingit, fabulose dicta, et poetice ad commendationem Virgilii. Idem lib. I, Eridani, ita de infantia Maronis;

Excipit hunc, tepidoque sinu complexa Melisse
  Blanda fovet, blandis conciliatque jocis.
Lustratum lauri foliis, somnoque gravatum
  Et tutantur apes, labraque melle linunt.
Hinc Musæ placidis salicum docuere sub umbris,
  Sebethus liquidis qua fluit uber aquis.

Cunas Virgilianas ita quoque celebrat Politianus in Manto;

Te nascente, Maro, Parnassi e culmine summo
Adfuit Aonias inter festina sorores
Calliope, blandisque exceptum sustulit ulnis,
Permulsitque manu quatiens, terque oscula junxit,
Omina ter cecinit, ter lauro tempora cinxit.
Mox aliæ dant quæque tuis munuscula cunis :
[illegible]tatim dant plectra, lyram, pellemque, pedumque.
[illegible]t et multiforam modulanda ad carmina loton,
[illegible]rescenti compactas ordine avenas.

[illegible]reli[illegible]; dices : nonne ista fabulosa, et mera mendacia, e[illegible]tu[illegible]d laudem Virgilii conficta ? Scias, Lector, saltem tri[illegible]e somno Lauri, de apibus, de virga populea ab omnibus narrari, qui vitam Virgilii scripserunt, et ab doctis aliis admitti : et reperiri neminem, qui rejiciat : immo ab extremo miraculo nomen factum vati; nam a virga Virgilius : ad quam rem Calvus allusit;

ıctum caussa pudoris, qui VIII Æneidos, quum descri- oitum Veneris atque Vulcani, σχλισχροσέμνιαν decenter ·cuit. Quid in tertio Georgicorum de summissis in gre- ıaritis? nonne obscœnam significationem honestà ver- ·ıu translatione velavit. » Ab hoc pudore in moribus na- ·, ut nihil unquam impudicum asperserit suis libris. Qui ·t librum quartum Æneidos; qui secundam Eclogam, vi- ·it nihil in re amatoria dici verecundius posse. Plinius ·b. VII huic vati assignat *verecundiam*. Quintilianus lib. IX ·icit, illum pudoris gratia verba interdum decenter detraxisse. Seneca Epist. 86 ait, loqui *decentissime*. Agellius lib. IX, 10, illum in amore Vulcani et Veneris, uti *verecunda quadam translatione verborum*. Serv. in tertia Ecloga, Theocriti turpia *suppressit verecunde*. Et in sexta Ecloga ad illud, *Huic aliud mercedis erit*, ait, verecunde significatum a Virgilio stuprum. Scaliger lib. V Poet. dat huic vati *summam verecundiam :* de eodem; « est castigata verecundia. » Item, « includit summis munditiis, quæ ab aliis minus casta accipit. » Et, « quæ spurca sunt in Theocrito, et horribilia, vertit suavissime, et transfert elegantius. » Alibi : « in narranda Polyphemi ingluvie noster Parthenias usus est verecundia : Homerus, quasi diceret apud judicem caussam, atrocissimis atque immanissimis verbis usus est: neque enim voluit Virgilius repræsentare deterrimam carnificinam, quæ non deceret heroicam majestatem, sed oleret potius satyricam licentiam. » Objicies: nonne amoribus indulsit, etiam puerorum? Ita vulgus putat, sed falso. Auctor ejus vitæ (vide supra §. 20 et 21); « Tametsi quidam dicant, illum habuisse consuetudinem cum Plotia Hieria (alii Aleriam vocant) meretrice, tamen Pedianus affirmat, ipsum postea Virgilium narrare solitum, se a Vario ad similia furta invitatum pertinacissime restitisse, neque adnuisse libidini » : quod etiam jactatur de pueris, in quos esset propensus, ait Donatus, aliter judicatum a viris, qui eo tempore florebant: dicebant enim probe et sincere pueros a Virgilio amatos, ut Socrates amavit Alcibiadem, et Plato suos pueros.

HUMANITAS.

Est hoc alterum honestæ vitæ elogium. Auctor ejus vitæ ita scribit §. 65 : « Pedianus refert benignum cultorem omnium bonorum atque eruditorum fuisse » : et post aliqua; « ea humanitate fuisse, ut, nisi perversus maxime quisque illum non

diligeret modo, sed amaret. Ejus bibliotheca non minus alii doctis patebat, ac sibi : illudque Euripidis antiquum sæp usurpabat, τὰ τῶν φίλων κοινὰ, communia esse amicorum om nia : quare coævos omnes poetas ita adjunctos habuit, u quum inter se plurimum invidia arderent, illum una omn colerent, Varius, Tucca, Horatius, Gallus, Propertius. » Long ab hoc Homerus, qui vivens a nemine amatus est, immo odi habitus, quod expresse scribit Plat. lib. X, Polit. Vide ver an dilectus propter humanitatem Virgilius, quum vocetur Phoca *Romæ viscera* : ab Horatio od. 3, lib. I, *animæ dimidiu meæ* : et Sat. 5, lib. I, dat eidem candorem animi. Hanc hu manitatis indolem a puero habuit Virgilius : ait enim Aucto ejus vitæ, illum adeo a primis annis miti vultu fuisse, ut hau dubiam spem prosperioris genituræ jam tum indicaret (§. 4

PRUDENTIA.

Inventus est sæpe Augustus sedens inter Virgilium et Horatium, magnis de rebus cum illis agitans. Virgilii prudentiam etiam declarat sequens narratio. Fuit tantæ auctoritatis apud Augustum, ut dubitans is, an imperium retineret, an vero rempublicam redderet pristinæ libertati, sequutus fuerit consilium Virgilii, qui, ut retineret, suasit hac ratione : « ideo molesti sunt omnes tyranni, quia ut plurimum injusti ; te vero tui et amant et adorant, quia justus es : est enim ea hominum conditio, ut, si quando justam Regem nacti sint, velint potius illi subdi, quam esse liberi, etiamsi Rex sit tyrannus : quare dominari te, et tibi, et orbi conducit. » Hæc ratio adeo efficax fuit apud Augustum, ut nutantem illum confirmaverit ad retinendum imperium. Sed quid opus hac narratione? certe Virgilianam prudentiam, et judicii ejus maturitatem indicant sententiæ illius et sana doctrina, quæ sparsæ in divinis operibus. Vide etiam sententias, quas colligit vitæ ejus auctor §. 71, plenas judicio. Ait Scal. « Apud Virgilium Æneas non temere suas laudes effutit » : hoc quid est, nisi mera prudentia? Alibi : « Est longe civilior Homero ; castigatior est ; moderatur quæ nimia sunt in Homero ; coercet, quæ diffluunt in illo. » Lactantius lib. II : « poeta prudens. »

MODESTIA.

Auctor ejus vitæ §. 68 : « Gloriæ adeo contemptor fuit, ut quum quidam versus quosdam sibi adscriberent, eaque de re

docti haberentur, non modo ægre non ferebat, immo voluptuosum id sibi erat.» Scribit idem, tantæ modestiæ fuisse hunc virum, ut quum Romæ a prætereuntibus digito indicaretur, ipse statim confugeret ad proximum tectum. Ad hanc modestiam pertinent verba ista ejusdem: «Pedianus refert, fuisse usque adeo invidiæ expertem, ut, si quid erudite dictum inspiceret alterius, non minus gauderet, ac si suum fuisset: solitum vituperare neminem, laudare bonos.» Ad istum contemptum gloriæ facit, quod ait S. August. lib. XXI Civit. de Virgilio, protulisse hunc virum sententiam, qua Christiani frequentissime, et viri humiles utantur. Rem eamdem rimatur Scaliger ex exitu illo modestiæ plenissimo: «Hæc super arvorum cultu, pecorumque canebam:» et alios poetas cum illo comparans, arrogantes merito vocat: sed hanc modestiam animi mihi maxime declarat, illud, quod in ejus vita legitur; noluisse accipere ab Augusto bona cujusdam exsulis, quæ princeps offerebat.

PIETAS.

Jovianus in Ægidio: «Virgilius pietatis studiosissimus:» Scaliger lib. V ait, «Virgilium addidisse suo operi pietatem, qua Homerus caret:» sed non est necesse, hanc virtutem indicare ex Auctoribus, ubi exstat divina Æneis, tota exspirans pietatem; ubi exstat ipse Æneas piissimorum piissimus, et virtutis hujus singulare exemplum. Dices: virtus hæc poeseos est, non poetæ; fateor: sed quemadmodum sententiæ, quæ sparsæ in Æneide, prudentiam hujus viri indicant, ita pietas operis pietatem viri: hinc est, ut fuisse quoque in hoc viro religionem singularem possim existimare, ex religione et cultu, quo afficit suos Deos: de quibus nihil unquam sordidum prædicat, nihil indignum; ut Homerus, qui illos indigne pessumdat, et afficit sordidissime. Paria de fortitudine, temperantia, justitia: exstant enim harum virtutum clarissima exempla in tota Æneide, quæ diversis in locis aperiunt interpretes, et supra omnes Scaliger, effusissimus semper in laudes Virgilii. Ab Cœlio lib. XX Antiq. Lect. dicitur Virgilius, *Morum sanctitudine præcellens.* Martial. lib. XI ait: *Sancta Maronis nomina.* Dat illi Horat. Sat. 5, lib. I, *Candorem animi:* demum nulla fere est virtus, quam assignari huic vati non videam.

ELOGIA AB UTILI.

Utilitas, quam percipere possunt mortales omnes ex Virgi-

liana lectione late persequitur Marcus Antonius Majoragi Præfat. in VI. Æneid. verbis ornatissimis, quæ subjeci, qu niam continent mira elogia Virgilii: ait itaque; «quid aut utilitatis hæc in se habeant, quis est adeo stupidus, quin inte gat? si quis enim Æneæ vitam sibi proponat imitandam, an n omnium virtutum non adumbratam, sed expressam effigi videbit? nam ubi melius, quid virtus et quid sapientia poss invenies, quam in hoc divino Virgilii opere? quam enim piu quam religiosum, quam justum, quam prudentem, qua fortem, quam temperatum Æneam suum fuisse ostend quam deinde sanctas, quam sapientes ubique sententias i terserit? quot ubique sapientiæ præcepta colligere licet? ce te, quod de Homero dicit Horatius, Epist. II lib. I, v. 3, idea nos de Virgilio, et meritissime quidem dicere possumus;

Qui, quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Plenius ac melius Chrysippo et Crantore dicit;

addo etiam, Platone et Aristotele melius: nam quæ præceptis et theorematibus philosophi docent, hic poeta noster expressis exemplis ostendit. Quid autem de varia atque multiplici doctrina, quæ ex Virgiliana lectione percipitur, commemorem? In quo tam pura et candida locutio, tam admirabilis carminum structura, tam suavis rhythmorum modulatio, tot conditæ et memoratu dignæ historiæ, tot eloquentes et summa arte oratoria confectæ orationes, tot loci ex intima naturalium quæstionum subtilitate repetiti conspiciantur; ut admirandum maxime sit, in uno homine tantam fuisse scientiam, ut divinus certe potius, quam mortalis fuisse existimari debeat: nullus enim unquam in hoc Auctore errorem invenit, qui alicujus esse momenti videretur. Quænam igitur utilior lectio reperiri potest, quam ejus auctoris, in quo nihil es omnino, quod reprehendi possit; et in quo scientiarum omnium quasi lumina quædam fulgentissima splendent.» Qui hoc elogio grandius, et in laudem Virgilii excellentius? Se quoniam utilitatem Virgilianæ lectionis rimatur ex rebus quæ utilissimæ cognitu in Virgilio sunt, subjungam de h ipsis rebus aliorum testimonia. Ex Macrobio ista convulsi do: ait lib. I: «est in eo recondita, atque operta veteris riti significatio: est observantissimus definitionum: est in eo s crum poema, arcani sensus.» Lib. vero III: «reperies sa profundam scientiam hujus poetæ in unico tantum verb quod fortuito dictum vulgus putat.» Probat hoc late Mac

multis exemplis ex opere Virgiliano: redeo; « est tam scientia profundus, quam amœnus ingenio : miranda est hujus poetæ, et circa nostra, et circa externa sacra doctrina: non potest intelligi profunditas Maronis sine divini et humani juris scientia. » Servius in VI. Æn. « Totus quidem Virgilius scientia plenus est. » Seneca epist. 95 ait, « Virgilium utilem esse legentibus: » adhibetque exemplum: nam notas equi, quas descripsit III Georg. quispiam possit traducere ad cognoscendam imaginem viri fortis: si quis enim Catonem consideret, videbit illi convenire illud: « nec vanos horret strepitus » : tu reliqua: quod hoc loco verbis indicat Seneca, sæpe alibi re confirmat: nam quoties versus Virgilii convertit ad rem altiorem? sed præcipue Epist. 108 ait, prudentem debere ad philosophiam convertere, quæ Virgilius de aliis rebus dixit. Longissimus sim, si referam, quæ alii dixerunt de hac re: tu rimare utilitatem Virgilianæ lectionis ex ingeniis maximis, qui post illum floruerunt, quorum virtus tota et excellentia posita in imitando Virgilio: caruisses Papinio, Silio, Sannazaro, Fracastorio, Bembo, Joviano, aliisque doctissimis poetis, qui ardore Virgilii incitati, ediderunt divinos versus: nam, esto, illi carmina conderent, quod tuto fortasse possem negare, sed non certe ea prudentia, ea venustate, qua usi; caruisses optimis interpretibus, qui nisi fuisset Virgilius, illi in tenebris fuissent: caruisses recondita Græcorum doctrina, quam ille passim interserit suis operibus; nesciresque, qua ratione tibi essent imitandi Homerus, Euripides, Sophocles, Pindarus, Apollonius, nisi tibi hic vates aperuisset. Demum, si Virgilius non fuisset, caruisses Virgilio! Quo nocumento, quod majus?

ELOGIA A JUCUNDO.

Hanc rem nemo satis digne exsequatur: sed quum meum tantum sit, sparsa in auctoribus præconia in unum corpus colligere, id præstabo : neque vero omnia; nam quis hoc? Horat. lib. I, Sat. 10, v. 44.

> Molle atque facetum
> Virgilio annuerunt gaudentes rure Camenæ.

Quintil. lib. 8 ait, Virgilium locutum *speciosissime*. S. August. lib. III, contra Academicos : *Virgilii te carminibus oblectasti*. Macrob. lib. III, dat illi amœnitatem ingenii; alibi, pulchritudinem. Plin. 17, *Luxuriantis ingenii fertilitatem*: apud eundem

lib. 8, Virgilius loquitur *pulcherrime*. Virgilius ipse, Eclog. vocat suos versus *solatia*: sed nemo magis in hoc elogium viano incubuit: conjungam attributa, quibus in Actio ha partem exornat: vocat ille versus Virgilii « canoros; numei sos; spectabiles; non diffluentes; non exhalantes; syllabas centusque quadrato agmine incedentes; vocales, artifici assultantes; fluentes versus et labentes; non confragos; n cæsos; non collisos; ut pæne videantur nulla arte facti, nu cura temperati, admirabiles fluctuantesque accentibus, et q bus summæ blanditiæ. » Hæc de versibus; de Virgilio vei *solertissimarum aurium solertissimus subblanditor*: ista in Actio. Ægidio vero multa satis loquitur de lusibus, jucunditate, i tivitate, lascivia, quibus Virgilius libros orditur et claud qua in re parem illi Lucretium facit. Apud Scal. lib. V, hic tes est « suavissimus, nitidissimus, pulcherrimus, splendid simus, dulcissimus, politissimus: splendet mira pictura; exornat variis picturis; pingit res: nitet in eo eloquutio numerus: ne ambrosia quidem dulcior Theocrito; laute cit; quæ mutat, sapidiora sunt: quæ addit, faceta ac molli la: est Theocrito argutior, suavior, concinnior, lepidi comtior, cultior, venustior. » Hoc de Theocrito Agellius di ante Scaligerum lib. IX, videlicet, quæ omittit ex Theocri substituere *jucundius, lepidiusque*. Redeo ad Scaligerum, « R plendent gemmæ in ejus carmine, componit mellita et nec rea: addit tot venustates, quot verba: conjunxit verboru splendorem cum amœnissima varietate. » His omnibus exorn Scaliger jucunditatem Virgiliani poematis. Ad idem pertinen quæ idem ait, comparans cum Apolline, Diis, Musis, ut quu dicit: « Audiamus nunc Apollinem ipsum loquentem, neq enim ille, quum pastor esset, jucundioribus aut teretiorib cecinit numeris: inest in eo phrasis regia, et ipsius Apollin ore digna: sic puto loqui Deorum proceres in conciliis cæle tibus: non si ipse Juppiter poeta sit, melius loquatur. » Ali ait, non aliter Musas loqui in suo choro. Hoc etiam Prope tius attigit lib. II, loquens cum Virgilio;

> Tale facis carmen docta testudine, quale
> Cynthius impositis temperat articulis.

Adducam versus ejusdem Scaligeri, in quibus, etiamsi mu alia præconia Virgilii insint, sed pars magna in dulcedine poematis inclinat. Quod aliquando soleo facere, ne abrui pam testimonia: ait itaque Scaliger:

Dulcis Virgilius, Latina Siren,
Duplex Mœonides, triplex Apollo,
Unus omnia, quæ ambiunt poetæ.
O Cycne! o Philomela! ver Latinum,
Mel merum Latii, Latinæ Athenæ:
O monstrum vitio carens! quid ergo?
O cælum sine nube! lux serena;
O pontum sine fluctibus profundum!
Men' tecum trahis, incitamque mentem
Ignoto attonitam rapis furore!
O si in te penitus migro, meique
Tuis nescius inseror medullis!
Cur abs te doleam me abesse tantum,
Quantum frustra alii prope esse credunt?

Quid Politianus? vide ut politissime de suavitate Maroniani carminis in Manto:

Cui dulci semper ab ore
Roscida mella fluunt, cujusque Acheloia Siren
Gestiet innocuo divina poemata cantu
Flectere, cui blandis insidit Suada labellis.

Et interjectis aliis,

O vatum pretiosa quies! o gaudia solis
Nota piis, dulcis furor, incorrupta voluptas,
Ambrosiæque Deûm mensæ! quis talia cernens
Regibus invideat? mollem tibi prorsus habeto
Vestem, aurum, gemmas: tantum hinc procul esto malignum
Vulgus: ad hæc multi perrumpant sacra profani.

Auson. in Ectyl. *dulcedo Maronis,* dixit. Ad quam respexit M. Antonius Casanova, quum loquens de Virgilio, sermonem dirigit ad olores, suavissimas avium ex vulgi opinione:

Dicite, qui Minci ripas coluistis olores,
  Mortua vobiscum est gloria Virgilii?
Dic mihi Parthenope: sic sis pulcherrima semper,
  Virgiliusne tuo concidit in gremio?
Et meruit, cui contigerat nasci inter olores,
  Inter Sirenumque occubuisse choros.

CAPUT III.

DE VARIIS ARTIBUS.

Absolvi tria bonorum genera, quæ mihi de hoc vate pro-

posui prædicanda : nunc priusquam quidquam de poetica ejus facultate loquar, dicam doctrinas alias, multiplicemque sapientiam, qua hic vir imbutus. Incipio a philosophia, quæ mater artium.

ELOGIA A PHILOSOPHIA.

Versatum apprime fuisse Virgilium in omnibus philosophis, et philosophiæ generibus, proclamant omnes ejus encomiastæ. Macrob. I Sat. « Philosophiam operi suo nusquam reprehendendus aspersit. » Serv. V Ecl. « in rebus naturalibus *peritus.* » Et in VI Æn. « dicuntur multa per illam scientiam philosophorum. » S. August. lib. IV Civit. annumerat Virgilium inter doctos, et sapientes, atque locutum ex libris philosophorum. Hieronymus quoque cap. III in Nahum una cum philosophis conjungit Maronem; sicut et Capitolinus loquens de Gordiano Imperatore : « Hic enim vita venerabilis, cum Platone semper, cum Aristotele, cum Tullio, cum Virgilio, cæterisque veteribus agens, alium, quam merebatur, exitum passus est. » Crinitus lib. V, « Pro comperto apud omnes est, P. Virgilium omnium philosophorum decreta atque opiniones egregie calluisse : quod ipsum quum locis multis probavit, tum in libro maxime Æneid. VI, in quo satis abundeque videtur asseruisse, quantum videlicet humanas omnes atque divinas disciplinas didicerit. » Vivesius : « Summe omnibus philosophiæ numeris absolutus. » Scaliger, quem in re Virgilii nefas est præterire : « Ex philosophiæ veritate locutus est : est optimus philosophus : cum poesi adjungit philosophiam : excutit vir admirabilis philosophiæ penum : bonus philosophus, loquitur ex adytis Metaphysicæ. »

Vidisti præcones Virgilianæ philosophiæ in communi : age vero, quibus philosophis peculiariter deditus fuerit : fuit versatissimus in Aristotele, ut satis indicant interpretes, et omnium, credo, ego latissime : nam vix credas, quæ ab eo loca accepit, præsertim lib. IV Georg. hausit integrum Theophrastum Aristotelis ipsius discipulum, ut liquido apparet lib. I et II Georg. deditus fuit variis sectis : nam de doctrina Pythagoreorum abunde docet lib. VI Æneid. ubi de transitione animarum in alia corpora : admonetque hoc Serv. in 8 Ecl. Insistit sectæ Epicureorum in describendis rerum principiis, quod Servius scribit in VI Ecl. sed nullam magis sectam, quam Platonicam coluit, ut ferme a doctis omnibus fiebat eo

ævo, in quo Plato fuit in magno pretio: profero tibi testes luculentos, Auctorem ejus vitæ: « quamvis diversorum philosophorum opiniones libris suis inseruisse de animo maxime videatur, ipse tamen fuit Academicus; nam Platonis sententias omnibus aliis prætulit. » Augustinum, qui lib. X Civit. dit, Virgilium locutum fuisse *Platonice*: et lib. XIII laudat illum, quod locutus fuerit *ex Platonis dogmate*: et lib. XIV ait, Virgilium explicare Platonicam sententiam versibus luculentis. Comprobat extremum testimonium Augustini Cœlius lib. VI Antiq. sed quid Cœlius ipse? Lib. II et X, « Platonicus Poeta. » Lib. VII, « Maroni scientissimo, et Platonicis mysteriis non leviter imbuto. » Lib. X: « Platonici Maronis. » Lib. XVII: « affatim Platonicis imbutus sacris. » Lib. XXII: « reconditioris scientiæ poeta nobilis Platonicorum mysteriis ampliter imbutus. » Scribit Lamprid. Virgilium vocari solitum ab Alexan. Severo *Platonem Poetarum*. Et Pierius lib. XXIII, ait, a Virgilio curram cum Platone ad palmam agitari: indicat certe ita Platonicæ philosophiæ studiosum Virgilium, ut cum illo certet de victoria. Quod hic indicat, clare scribit Abulens. Parad. V, c. 80, ubi ait, Virgilium rectius Platone ipso veritati adhæsisse in opinione animarum post mortem, atque illo melius, disseruisse de re ista. Ab hac Platonis doctrina, cui tam enixe deditus Virgilius, natum fortasse, ut ab Auctoribus Theologus quoque dicatur: nam Serv. VI Ecl. *Sileni Theologia*, dicit. Et VI Æn. loquens de rebus, quas continet hic liber ita: *Dicuntur multa per altam scientiam Theologorum Ægyptiorum*: et Abulens. in c. 3. Judic. c. 23, ait credidisse Virgilium, fuisse Deum unicum. Porro cum Platonica re vicinum, ut à multis inter philosophos morales nominetur. Eo spectant ista Donati in Præfat. « Habet multa, quæ discant patres et filii; mariti et uxores; imperator et miles; civis optimus et patriæ spectatissimus cultor: in laboribus optimum quemque Reip. caussa fortunam et salutem debere contemnere: magisterio ejus doceri possunt, qui se ad Dei cultum et futura noscenda conferunt: qui illæsas amicitias amat: item, quid metuat, qui fluxam fidem gerit: quales debeant esse homines, quorum præsidia necessitate postulantur, ne arrogantiæ, aut inhumanitatis crimen incurrant. » Et ista Anton. Mintur. « Quæ præterea pars virtutis, quæ ratio morum est, quam ille plenissime non expresserit? » Ideo fortasse Seneca de Brevit. vitæ c. 9, « divino furore instinctus salutare carmen canit »; ubi signate *salutare*,

quia Virgilius præceptor morum. Quin non alia caussa dictus est auctor *locuples* ab Joviano, et *dives* ab Augusto, eo versu, « Ah, scelus indignum! salvetur littera dives? et ab omnibus *eminentissimus*, præsertim ab Nascimbæno passim, aliquando ab Hortensio; semel a Cœlio l. XXV; aliquoties ab Scaligero; quasi omnia eminenter contineat, et ejus sermo adeo sit locuples et dives, ut referri possit ad plures virtutes : nam occulte, quum minus putes, latent in hoc vate officia boni principis, ducis, militis, patrisfamilias : præterea, religionis, pietatis, justitiæ, fortitudinis, temperantiæ, prudentiæ, demum virtutum omnium exempla mira. Hujus rei longissimum elogium est in Landino, ubi ait, res omnes, tam quæ ad virtutem, quam quæ ad naturam pertinent, eminentissime contineri in hoc vate. Sed a philosophia tam naturali, quam morali, pergo ad alias artes.

Fuit Astrologus: hanc rem firmat Macrob. I, Sat. 24. « Astrologiam parcus et sobrius operi suo nusquam reprehendendus aspersit. » Et lib. V ait, « peritissimum fuisse in Astronomia. » Audivi ego a viro quodam artis hujus peritissimo, « Virgilium supra mortales omnes assecutum scientiam siderum; » dicebatque se existimare, « Virgilium in hac arte, doctore dæmone, profecisse, quod videret, nullo errore, in hac arte, illum involvi : hoc satis indicavit Macrobius, quum dixit, « nusquam reprehendendus. »

Fuit Medicus, et Mathematicus. Auctor ejus vitæ: « omni cura omnique studio indulsit Medicinæ et Mathematicis. » Hoc etiam scripsit Vivesius.

Fuit ingeniosissimus rerum Artifex; adeo, ut Abulen. in Ep. D. Hieron. ad Paulinum non dubitet « recensere illum inter eos, qui Necromantiam didicerunt »; idque ex Helinando l. XVI Chronicor. adducto argumento « a musca ænea, quam fecit Neapoli ea ratione, ut muscas reliquas ab urbe expelleret; » et « a macello, tali ingenio fabricato a Virgilio, ut in eo carnes nullæ putrescerent. » Sed immerito *Necromanticus* dicitur; nam ista præsertim, quæ pertinent ad macellum, fieri possunt nullo adjumento Necromantiæ.

Fuit Causidicus: auctor ejus vitæ : « egit tantum unam caussam, eamque semel. » Hoc etiam adnotat Vivesius in lib. I Civ. Neque desunt, qui verba quæpiam Augustini, cap. 19, lib. I Civ. ubi declamatoris cujusdam meminit, trahant ad Virgilium.

Fuit scientissimus juris pontificii, et rituum sacrorum :

ideo a Macrob. I Sat. d. l. vocatur « Pontifex maximus »; et « doctissime jus pontificum, tanquam hoc professus, in multa et varia operis sui parte servavit. » Iterum: « apud hunc poetam tantam scientiam juris auguralis invenio, ut si aliarum disciplinarum doctrina destitueretur, hæc illum vel sola professio sublimaret. » Et lib. III; « accurate expressit diversos ritus sacrificandi : proprietatem servavit in Deorum cultibus : loquitur ex disciplina aruspicum, et præcepto pontificum : nec minus de sacrificiorum usu, quam de Deorum scientia diligentiam suam pandit : fuit in rebus religionis prudentissimus et observantissimus : proprie usus est sacris, sacrificialibusque verbis : tenuit apprime vetustissimos mores, occultissima sacra. » Agellius lib. III : « loquitur recondita et quasi operta veteris ritus significatione. » Jovian. lib. I de fortitudine vocat Virgilium sacrorum rituum scientissimum. Crinit. lib. X loquens de Virgilii divino carmine, ait: « in quo sacra omnia, et humanæ leges atque ritus tanta ordinatione tractantur, ut eum mirari potius homines possint, quam pro merito satis laudare. » Hinc fortasse dictus ab Augusto *Maro doctiloquus.*

Fuit amantissimus et scientissimus VETUSTATIS. Quintilian. lib. I, « Virgilius amantissimus vetustatis: » et lib. IX, « Vetustatis amator unice Virgilius fuit. » Macrob. I Sat. : « affectat interdum vetustatem tam in versibus, tam in verbis: » et lib. VI: « hausit voces ex vetustissimis auctoribus, non contentus vulgaribus, et qui tunc vigebant. » Agel. lib. V: « Virgilium multæ antiquitatis hominem, sine ostentationis odio peritum. » Cœlius lib. 12; « vetustatis prudentissimus Maro : » et lib. 28; « Mantuani vatis interior doctrina. » Ad hanc rerum vetustarum scientiam confer historias, quorum fuit peritissimus, ut testantur Macrob. lib. V Saturn. et Serv. in I Æn.

Didicit GRÆCAS literas. Macrob. V, Sat. « Et Eustathius: cave, inquit, Evangele, Græcorum quemquam vel de summis auctoribus tantam Græcæ doctrinæ hausisse copiam credas, quantum solertia Maronis vel assecuta est, vel in suo opere digessit : nam præter philosophiæ et astronomiæ amplam illam copiam, de qua supra disseruimus, non parva sunt alia, quæ traxit à Græcis, et carmini suo, tanquam illic nata conseruit. » Idem Macrob. « Græcas literas non minus quam Latinas hausit. Albericus Gentilis : « Virgilius vir omnium græcissimus.

Fuit demum generatim ARTIUM OMNIUM doctissimus: hoc

præconium Virgilii multi clamant. Pierius lib XIV: «Virgilius nullius ignarus disciplinæ.» Donatus Præf. «Diversæ professionis et diversarum artium scriptoribus benevolum se, et peritissimum doctorem præbet.» Macrob. lib. I Somn. «Nullius disciplinæ expers: disciplinarum omnium peritissimus:» ibidem ait, illum proferre sententias «ex intima disciplinæ profunditate:» et lib. II; «Virgilius, quem nullius unquam disciplinæ error involvit:» et I Saturn. «Maro omnium disciplinarum peritus.» Ideo ait alibi idem Macrobius, debere esse oculatissimum, qui penetrare Virgilium debeat: Virgilius Cœlio vocatur *scientissimus*, libris VII, 24, 26, 27: et lib. VII, loquens de lib. VI Æneid. ait: «Virgilianæ doctrinæ thesaurus:» in lib. XXVII, vocat poetam *multiscium:* in lib. XX ait: «doctrina multifarius.» Scalig. lib. V: «est in eo profunda rerum scientia.» Calcagninus lib. II Epistolicarum Quæst. «Virgilium omnium rerum peritissimum.» Crinit. lib. X: «Satis compertum, adeo multiplici et varia Virgilium præstitisse doctrina, ut et cælestia pariter et humana maxime intellexerit.» Anton. Mintur. lib. I de Poet. «Jam vero, quæ tam multiplicis obscuræque investigationis disciplina, quæ studia doctrinæ ita mirabilis et reconditæ, cujus non ille inter poemata, quæ conscripsit, principia et semina asperserit?» Hadrian. Junius lib. I Animadvers. cap. 9. «antiquitatis altissimus gurges Virgilius.» Landinus ait, illum investigasse mores omnium nationum. Absolvat hanc partem grande quidem Elogium Fabii Paulini Hebdomad. Virgilian. lib. I. «Dii immortales, quanta est in hoc poeta rerum omnium scientia, quanta in omni genere dicendi varietas, quanta vis, quanta copia! non est in hoc, ut in ceteris plerisque, verborum volubilitas inanis, nulla subjecta sententia, atque materia digna philosopho: sed ex infinita magnarum rerum et artium cognitione efflorescunt atque redundant nervosa illa et prope divina carmina. Non modo fabularum lenociniis, et quasi cincinnis ad voluptatem tantum comparatis suum carmen exornat; sed ex abditis et reconditis omnium artium fontibus pulcherrima quæque haurit, et in texendo carmine adeo apte et ornate collocat, ipsarum etiam fabularum circumvestiens plerumque involucris, ut ea meditando agnoscens docti lectoris animus expleatur suavissimæ lectionis voluptate: et hoc cogitanti mihi sæpenumero permirum videri solet, quod nullus sit artifex, nemo philosophus, nemo mathematicus, aut illustris alicujus scien-

æ, et literarum peritus, nemo divinarum et sacræ doctrinæ rudens, quam Græci vocant θεολογίαν, qui non vel maxima iæ artis atque scientiæ monumenta in hujus poetæ lectione :periat, si paulo attentius legerit. » Ex hac artium omnium eritia factum, ut Plinius lib. I, Virgilium numeret inter *auc-ores clarissimos;* et lib. XXXIII inter *auctores celeberrimos :* et mnes nuncupent *doctissimum, absolutissimum, perfectissimum, imulatissimum.* Auctor quoque ejus vitæ ait, Virgilium in mni genere prævaluisse.

Dixi Elogia variarum artium strictim; loquar latius de elo-uentia et rhetorica; tum propter artis hujus præstantiam, ım etiam propter comparationem Virgilii cum principe ora-orum Tullio.

ELOGIA RHETORICÆ ET ELOQUENTIÆ VIRGILIANÆ.

Elogii hujus encomiastæ magni sunt : nam Quintil. lib. I, ocat Virgilium *summum in eloquentia virum.* August. l. X iv. hoc præconio insignit Maronem; *latini eloquii magnus uctor.* Hieronym. Epist. 129 ad Dardanum : *poeta eloquentis-imus.* Macrob. lib. V, ita ait : « post hæc, quum paulisper Eu-ebius quievisset, omnes inter se consono murmure, Virgi-ium non minus oratorem, quam poetam habendum pronun-iabant : in quo et tanta ornandi disciplina, et tam diligens bservatio rhetoricæ artis ostenderetur. » Et lib. I Sat. « sunt n Virgilio nervi oratorum validissimi. » Landin. in sua Præ-at. « quis in singulis ejus verbis elegantiam? quis in orationis tructura compositionem? quis in luminibus verborum sen-entiarumque dignitatem Maronis adæquavit? » Iterum; « si-nilitudines, amplificationes, exempla, digressiones, signa re-um, argumentationes, ceteraque hujusmodi, quæ quidem um ad probandum, tum ad refutandum plurimum valent, am multa, tam varia, tam vehementia sunt, ut neque copio-iora, neque efficaciora aliunde exempla sumi possint? » Lu-lovicus Vivesius insigne elogium Virgilii fecit in præfatione d Georgica, ubi summam laudum quæ præcedunt, confert d unam eloquentiam : ait enim; « sed quid est, quod tot vi-i, tot ingenia, tot ætatibus omnes tam admirati, tam venerati sunt, tam coluerunt nostrum poetam? ego sane quid aliud esse crediderim, quam versibus ejus admirabilem esse vim docen-di, delectandi ac movendi? nam hæ sunt virtutes summi ac absoluti oratoris. » Multa subdit in hanc sententiam, et addit :

« nec poeta modo, sed oratoria virtute eminentissimus. » Politian. in Manto dat illi *miracula eloquii:* et Phocas, *flumina Romuleæ linguæ*, eo versu,

> Mæonii specimen vatis veneranda Maronem
> Mantua Romuleæ generavit flumina linguæ.

Abulens. in Comment. Epist. Hieronymi ad Paulinum vocat Virgilium, *totius eloquentiæ decus*. Faciunt ad oratoriam artem multa alia præconia, quæ sparsa in auctoribus : ut quæ Macrob. scripsit lib. VI Satur. de figuris, quibus Virgilius Latium locupletavit, ante ipsum indictis : ibidem ait: « vates iste venerabilis varie modo verba, modo sensus figurando multum latini leporis adjecit. » Quam singularis magister fuerit Virgilius in movendis affectibus, disces ex toto lib. IV Macrob. nihil enim aliud exsequitur perpetuus Virgilii admirator: eadem sæpe Scal. luculentissime præstat. Verba Vivesii in elogio Virgiliano sunt: « quid de movendis affectibus loquar? quibus ipse interim concitatur, ardet, rapitur illo poetarum furore; fulminat, tonat, ut de Pericle dicebat ille. » Quantus qualisque Virgilius fuerit in re eloquentiæ, satis apparet ex Quintiliano, qui sæpissime Virgilium advocat ad confirmanda argumenta Rhetoricæ: neque ullo crebrius Isidorus utitur ad signandam rem eloquentiæ. Anton. Mintur. lib. I. de poet. ita scribit de Virgilio : « quod enim per Deos immortales dicendi genus, quæ figura, qui verborum delectus, quæ compositio, quæ ornamenta orationis, quæ lumina luculentissime in illo non apparent? » Donat. in præfat. « Si quis carminum horum sensum perceperit, in poeta oratorem summum inveniet; unde Virgilium non Grammatici, sed oratores præcipue explicare debuerunt : idem artem dicendi plenissime demonstrat. » Seneca Epist. 59 de Virgilio : *diserte quidem dicit*. Eodem refero illos, qui Virgilium vocant *luculentissimum:* in his est Augustinus lib. XIV de Civit. aliique passim plures. Martial. lib. XIV *facundum* nominat, « accipe facundi Culicem, studiose, Maronis. » Sed ad oratoriam virtutem Virgilii indicandam nulla mihi res aptior est visa, quam afferre præcones illos, qui Virgilium faciunt proximum, parem, majorem Tullio in re oratoria: fugiunt extremum aures; sed mihi noli credere; crede testibus, quos afferam.

PROXIMUS TULLIO.

Hæc est res adeo certa, ut mihi paucæ lineæ in ea insumen-

dæ sint. Coelius dixit lib. VII, Virgilium esse, *post M. Tullii fulmina longe lateque coruscantia.* Qui legerit attente orationes Virgilii, clare inveniet, nemini post Tullium tam nervosam esse eloquentiam : superant procul dubio (nemo hoc inficiabitur) orationes Virgilianæ Livianas, argumentorum ponde-re, dispositionis ordine, illuminatione verborum : idem esto de oratoribus aliis judicium.

PAR TULLIO.

Hoc difficilius : in primis illud certum, Virgilium in re poetica, parem esse Tullio in re oratoria. Itaque, quantus quasque orator est Tullius, tantus talisque poeta est Virgilius : testatur hoc et Tullius ipse et Virgilius : quod scribit Servius in VI Ecl. his verbis ; « dicitur sexta Ecloga ingenti favore a Virgilio esse recitata, adeo ut quum eam postea Cytheris meretrix cantasset in Theatro, (quam in fine Lycoridem vocat) ut spectaret Cicero ; stupefactus, cujus esset, cœpit requirere, et quum eum tandem aliquando agnovisset, dixisse dicitur et ad suam et ad illius laudem, MAGNÆ SPES ALTERA ROMÆ, quod ipse postea ad Ascanium transtulit ; » hoc idem Donatus et alii referunt : vides ut Tullius Virgilium vocaverit Romæ spem alteram, vides ut Tullii vocem tanquam omen Virgilius accepe-rit : scio ista negari ab nonnullis, qui dicunt, nondum Ciceronis ævo ita floruisse Virgilium, ut hic vates potuerit edere opus spectandum Tullio : sed hoc nihil me impedit conjungentem Virgilii elogia : nam, ubi verum est Tullium et Virgilium fuisse Romæ spes duas, quid ambigam de auctore ? sed produco alios testes : certe omnes, qui de Virgilio simul et Tullio loquuntur, ita loquuntur, ut pares omnino faciant. Plinius in Prologo operis comparans Virgilium cum Cicerone, quantum attinet ad imitationem, priori dat virtutem, qua certavit cum antiquis ; posteriori simplicitatem, qua se in libris de Republ. Platonis esse comitem profitetur. Seneca Rhetor. lib. III Controvers. dat Virgilio *felicitatem* ingenii, ad eum modum, quo Ciceroni *Eloquentiam.* Politian. in Manto ait, fastum Græcum et arrogantiam pariter a Virgilio et Tullio compressam : compressit Cicero, « ardenti fulmine linguæ : » compressit Virgilius, « Seu sylvas, seu rura canit, sive arma virumque. » Quintil. lib. XII veluti pares faciens, dixit : « Quantum poesis ab Homero et Virgilio, tantum fastigium accepit eloquentia a Demosthene atque Cicerone : » Jovianus

ait in Actio, probatque exemplis, Virgilium usum pari verborum structione, qua usus est Tullius: demum est nemo, qui aliter sentiat. Objicies: pares sunt suo quisque genere, sed pares esse in eloquentia nondum ostensum. Reservo hoc ad sequentem rem: nam si major Tullio in re eloquentiæ Virgilius, quid anxius sim in probanda paritate? Ergo fuit Virgilius in eloquentia,

MAJOR TULLIO.

Est hoc temerarium dictu, et insolens; sed parcite, Lectores, nam mihi conjungenti præconia Virgilii, cur non fas sit ea dicere, quæ ante me alii? Ergo, superatum in eloquentia Tullium à Virgilio expresse scribit Macrobius libro V Satur. magnus alioquin Tullii admirator, laudator, præco. Adducam verba integra, etiamsi plurima, quoniam ad litem istam (qua nulla fortasse major in humanioribus literis) necessaria. Ait itaque: « Post hæc, quum paulisper Eusebius quievisset, omnes inter se consono murmure Virgilium non minus oratorem, quam poetam habendum pronuntiabant; in quo et tanta ornandi disciplina, et tam diligens observatio rhetoricæ artis ostenderetur. Et Avienus: dicas mihi, inquit, volo, doctorum optime, si quis nunc velit orandi artem consequi, utrum magis ex Virgilio, an ex Cicerone proficiat? Video quid agas, inquit Eusebius, quid intendas, quo me trahere coneris: eo scilicet, quo minime volo, ad comparationem Maronis et Tullii: verecunde enim interrogasti, uter eorum præstantior; quandoquidem necessario is plurimum collaturus sit, qui ipse plurimum præstat: sed istam mihi necessitatem altam et profundam remittas volo; quia non nostrum inter illos tantas componere lites; nec ausim in utramvis partem talis sententiæ auctor videri. Hoc solum audebo dixisse, quia facundia Mantuani multiplex et multiformis est, et dicendi genus omne complectitur: ecce enim in Cicerone vestro unus eloquentiæ tenor est; ille abundans, et torrens, et copiosus: oratorum autem non simplex, nec una natura est; sed hic fluit et redundat: contra, ille breviter et circumcise dicere affectat; tenuis quidam, et siccus, et sobrius amat quamdam dicendi frugalitatem: alius pingui et luculenta et florida oratione lascivit. In qua tanta omnium dissimilitudine, unus omnino invenitur Virgilius, qui eloquentiam ex omni genere conflaverit. Avienus respondet: apertius vellem, me has diversitates

onarum exemplis doceres : quatuor sunt, *inquit Euse-*
nera dicendi; copiosum, in quo Cicero dominatur;
ı quo Sallustius regnat; siccum, quod Frontoni adscri-
ingue et floridum, in quo Plinius Secundus quondam,
nullo veterum minor noster Symmachus luxuriatur :
l unum Maronem hæc quatuor genera reperies.» Hac-
acrobius, quæ ego in brevius contraxissem, nisi vidis-
ıme necessaria ad rem, de qua loquor: mox adhibet
. Virgiliana, quibus indicat, quatuor illa dicendi ge-
mme enituisse in Virgilio. Post quæ iterum longo in-
erumpit in hoc divinum elogium divini vatis: « vides-
ıentiam omni varietate distinctam, quam quidem mi-
.ur Virgilius non sine quodam præsagio, quo se om-
'ofectibus præparabat, de industria permiscuisse : id-
mortali, sed divino ingenio prævidisse; atque adeo
ım ducem secutus, quam ipsam rerum omnium ma-
turam, hanc pertexuit, velut in Musica, concordiam
rum : quippe, si mundum ipsum diligenter inspicias,
ı similitudinem divini illius, et hujus, poetici operis
ı: nam qualiter eloquentia Maronis ad omnium mores
est, nunc brevis, nunc copiosa, nunc sicca, nunc flo-
ınc simul omnia; interdum lenis aut torrens: sic terra
læta segetibus et pratis, ibi sylvis et rupibus hispida,
ı arenis, hic irrigua fontibus, pars vasto aperitur ma-
ıscite, nec nimium me vocetis, qui naturæ rerum Vir-
:omparavi : intra ipsum enim mihi visum est, si dice-
'em rhetorum, qui apud Athenas Atticas floruerunt,
ıter se diversos hunc unum permiscuisse. » Sunt, qui-
icium Macrobii visum est audax : nam quis audeat
e in eloquentia Maronem Tullio? sunt contra, qui rec-
ısorem putent. In his Albericus in lib. Virgilian. lec-
, cap. 18; « is supra Ciceronem laudetur tibi, qui in
s excelluit generibus dicendi, quum Cicero præstet in
ıtum abundanti et copioso. » Ego litem hanc meam
io, ut qui tantum destinaverim Virgilii præconia ad-
quæ in aliis sparsa. Sed hic tamen οὐ κατ' εἰωθὸς dicam,
vertisse me loca Tullii, quæ omnes unice prædicant,
rara; exquisita; singularia; quibus tamen video ali-
di posse humano ingenio et alieno labore. Rursum me
ilium confero, et loca video adeo inaccessa, ut nullus
ı mortali ingenio aliquid addendi : nam quid tu addas

pugnis taurorum? quid mille comparationibus et orationibus quum omnia perfectissima sint et absolutissima? Laudo itaque Scaligerum, qui Virgilium extulit elogio isto : « nihi omissum cælesti viro: nihil addendum, nisi ab ineptis: nihi mutandum, nisi ab impudentibus : omnia signate, ex natura ex arte, ex eruditione: sententiæ, numeri, figura, simplici tas, candor, ornatus, incomparabilia; atque, uno ut absol vam, Virgilii. » Recte etiam visus est clamasse Jovianus in Antonio : « quid hoc Virgiliano monstro absolutius »! Et Scalig « o monstrum vitio carens! » Sed redeo ad quatuor illa dicen di genera, quibus Macrobius Virgilium attollit : et adjung pariter a Platone in Phædro Lysiam et Gorgiam laudari, qui haberent jam brevitatem loquendi concisam, jam amplam verborum copiam. Porto Virgilianæ brevitatis meminit Hieronym. et cum elogio comment. in Jonam prophetam : « notanda brevitas, quam admirari in Virgilio solebam » : Augustinus quoque lib. XIV Civit. dat illi « summam brevitatem »: brevitatis et copiæ Serv. I, G.: « ingenti autem egit arte, ut potentiam sui nobis indicaret ingenii, coarctando lata, et angustiora dilatando » : omnium quatuor Politianus his versibus factis ad vestigia Macrobii :

Et quis, io, juvenes tanti miracula lustrans
Eloquii, non se immensos terræque marisque
Prospectare putet tractus? hic ubere largo
Luxuriant segetes; hic mollia gramina tondet
Armentum; hic lætis amicitur vitibus ulmus;
Illic muscoso tollunt se robora trunco;
Hinc maria ampla patent; bibulis hoc squallet arenis
Litus; ab his gelidi decurrunt montibus amnes;
Huc vastæ incumbunt rupes; hinc scrupea pandunt
Antra sinus; illinc valles cubuere reductæ :
Et discors pulchrum facies ut temperat orbem,
Sic varios sese in vultus facundia dives
Induit; et vasto nunc torrens impete fertur
Fluminis in morem; sicco nunc aret in alveo,
Nunc sese laxat, nunc exspatiata coercet,
Nunc inculta decet; nunc blandis plena renidet
Floribus; interdum pulchre simul omnia miscet.

Quatuor ista de quatuor generibus dicendi Virgilii dicta sun nobis ex occasione Tullianæ comparationis: lege etiam grat de elogium Landini in Præfat. de his quatuor dicendi gener

bus Virgilianis: et de iisdem Ludovicum Vivesium in Præfat. ad Georgica; atque etiam Joan. Fungerum in Etymologico.

CAPUT IV.

ELOGIA SUMPTA EX COMPARATIONE VIRGILII CUM POETIS ALIIS, GRÆCIS ET LATINIS.

Expeditum me jam ab eloquentia et reliquis artibus, quibus floruit Virgilius, poesis ad se vocat, cujus ille est princeps: quum vero pars maxima et potissima elogiorum Virgilianæ poeseos posita in victoria, qua Homerum obruit, conjungam in unum auctores, eo modo, quo feci in Tullio, qui Virgilium faciunt Proximum, Parem, Majorem Homero. Duo prima falsa sunt: non Homero Virgilius proximus, nisi tempore, quod necesse fuit: nulla re par; omnibus major: sed, quamvis prima duo, ut dixi, falsissima sint, mihi tamen recitanda verissime doctorum elogia, etiamsi in his non docti.

PROXIMUS HOMERO.

Hoc expresse Quintilianus sentit lib. X: ait enim, Virgilium Homero haud dubio fuisse proximum omnium poetarum græcorum latinorumque, ita ut secundus sit post Homerum, atque ita secundus, ut tertius longe distet a Virgilio, qui perinde propior est primo, quam tertio: affert hoc Quintilianus ex Domitio Afro: quam sententiam Alcinous reddidit istis versibus; vide infra, pag. 399:

De numero vatum si quis seponat Homerum,
 Proximus a primo tunc Maro primus erit.
Et, si post primum Maro seponatur Homerum,
 Longe erit a primo, quisque secundus erit.

Hoc testimonio efficitur, Sophoclem, Pindarum, Euripidem, Æschylum, demum Gæcos longe distare ab Homero, si conferantur cum Virgilio, qui Homero proximus. Summa elogii hæc est: Homerus vicinum sibi admodum habuit Virgilium: uterque reliquos omnes Græcos et Latinos longe distantes. Politianus proximitatem hanc scrupulose agnoscit, et quasi invitus ac nolens, quum ait:

Proximus huic autem, et ni veneranda senectus
Obstiterit, fortasse prior.

PAR HOMERO.

Hanc paritatem videtur agnoscere Seneca in consolatione ad Polybium: « Homerus et Virgilius bene de humano genere meriti. » Hieronym. Epist. 151, ad Algasiam quæst. 10, « Virgilius alter Homerus apud nos: » et comment. in Michæam; capit. VII: « poeta sublimis; non Homerus alter, ut Lucilius de Ennio suspicatur, sed primus Homerus apud Latinos. » Jovianus ex persona Antonii ita decernit: « Censebat igitur duos hos in duabus nobilissimis linguis Græca Romanaque summum jure principatum tenere, et alterum Græcæ, alterum Romanæ poeticæ regem esse: horum dicta inventaque locum, vim, auctoritatemque legum habere: hos venerandos; hos patres patriæ publicis privatisque honoribus prosequendos; his ubique atque ab omnibus assurgendum: qui contra sentirent, rebellium atque hostium in numero habendos esse: atque, uti subjectis populis popularibusque nullum jus, nulla jurisdictio esset in reges, quorum præscriptis, imperiis, decretisque pareretur; sic a literatis omnibus, quæ duo hi reges decernant, iis ubique parendum esse: qui aliter sentiret, contrave auderet, aqua et igni interdicendum, atque in loca deserta exterminandum, ferisve objiciendum statuebat. » Idem Jovianus lib. I de Fortuna: « Homerus ac Virgilius, duo poeticæ duabus in linguis lumina, ab innato ejusmodi ad poetandum impetu, id uterque consecuti sunt, ut si Dii ipsi Græce, aut Latine heroicis cantare velint numeris, non alia nec voce, nec cantu, nec numeris, nec suavitate, dignitate, magnitudine, quam quibus illi modulati sunt, canerent. » Ex hac fortasse paritate natum, ut Virgilius dicatur a Macrobio *Mantuanus Homerus*, ut ab aliis *Romanus Homerus*. Incertus poeta ex persona Virgilii; vide infra, pag. 398:

Mæonium quisquis Romanus nescit Homerum,
Me legat, et lectum credat utrumque sibi.

Juvenal. Sat. XI, 178, hærens, quis major, et veluti pares faciens, *dubiam palmam* dixit:

Conditor Iliados cantabitur, atque Maronis
Altisoni dubiam facientia carmina palmam.

Cœlius etiam lib. VII: « in nostris literis Maronem veneramur

colimus, in oculis gestamus, ex æquo cum Homero suo stantem.» Politian. de Virgilio; « magno contendit Homero.» Ad hanc paritatem videtur spectasse Quintilianus, quum lib. I ait, lectionem inchoandam ab Homero et Virgilio, ut animus puerilis assurgat sublimitate heroici carminis, ut ex magnitudine rerum spiritum ducat, ut optimis imbuatur. Hoc idem de uno Virgilio, non de Homero scripsit August. lib. I Civ. et ex eo Abulens. in Genes. cap. 18.

MAJOR HOMERO.

Negent hoc cæci et vere Homerici, non alii. Ex Macrobio ista collegi, multis omissis: « Virgilius Homero ditior est, locupletior, cultior, clarior, fortior vi argumentorum, diligentior, observantior, uberior, pulchrior.» Præterea, « defuit Homero, quod adjecit Virgilius.» Et; « si quando deest copia in latino sermone ad exprimendum Homerum, rem compensat varietate descriptionis.» Lege cap. 11, lib. V Satur. ubi multa loca adducit, in quibus Virgilius Homerum superat. Quæ vero idem Macrob. scripsit cap. XIII et aliis ejusdem libri, quibus ait, Virgilium superari ab Homero, aspersa sunt mille nugis: est enim, ait Scaliger, pessimus lancinator Macrobius. Sed redeo ad pensum: elogium, in quo sum, attigit Politianus ore Mantus loquentis ita cum Virgilio;

Euge, beate puer, sanguis meus, horreat ortus
Græcia tota tuos; laurumque habitura secundam,
Ascra, Arethusa suis metuant et Smyrna coronis.

Dicit Hesiodum, Theocritum, Homerum vincendos a Virgilio, et habituros non primam, sed secundam laurum: et infra de solo Homero:

Nec jam supremi certent de sanguine vatis
Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenæ.
Quippe Bianoream manet hæc victoria gentem.

Auctor ejus vitæ, de Æneide: « Argumentum varium et multiplex, et quasi amborum Homeri carminum instar: itaque unico opere complexus est bina Homerica, quod in victoria pono. Muret. in Orat. quapiam: « Æneis poema est, non tantum inter omnia latina sine dubitatione præstantissimum, sed etiam Græciæ gloriam in magnum discrimen vocans. Quod propter Homerum dici, certum. Hieron. Vid. lib. I Poet.

Unus hic ingenio præstanti, gentis Achivæ

Divinos vates longe superavit, et arte
Aureus, immortale sonans; stupet ipsa, pavetque,
Quamvis ingentem miretur Græcia Homerum.

Expende verba: dat Græciæ stuporem, pavoremque de opere Virgiliano, de Homerico tantum admirationem. Matthæus Toscanus ita cecinit:

Virgilium cælo Phœbus demisit, ut esset,
Mæoniam posset qui superare tubam.
Se vinci ut sensit, tunc æmulus ipse canorum
Ante diem stygio mersit in amne caput.

Sed quis explicet uberem eloquentiam Scaligeri in hoc præconio Virgilii decantando? nemo illo ornatius, exquisitius, singularius, doctius: ex illo convulsim excerpsi ista. « Virgilius artem, ab Homero rudem acceptam, lectioris naturæ studiis atque judicio ad summum extulit fastigium perfectionis; quodque perpaucis datum est, multa detrahendo fecit auctiorem »: quibus ait, poesim rudem relictam ab Homero, perfectam a Virgilio; et caussam, quia Latino lectior natura et judicium. Pergit Scaliger: « Fudit Homerus, collegit Virgilius: ille sparsit, hic composuit. » Hujus subjungit rationem hanc: quia, quum Homerus « vitæ nostræ duas instituerit rationes, civilem prudentiam in Odyssea, militarem in Iliade, easque tanquam duas species in duobus viris ostendisset, in uno utramque Ænea composuit Maro: cui etiam pietatem addidit: » quia videlicet caret pietate Homerus. Redeat Scaliger: « Homeri res re Virgiliana longe minor est: superat nitorem Homerica: est majore mole et ornatu: pictior est, atque numeris adstrictior: quæ sunt magnifica in Homero, non æquant magnitudinem Virgilii. Homerici versus in terra, Virgiliani inter Musas a Phœbo facti videntur: ille Græculus circulator, is regiæ orationis auctor: quæ in illo sunt exsanguia, hic animat: in illo mortua est vox, in hoc viva: interdum coarctat effusam Homeri dictionem, interdum ditat: nudum Homeri subtegmen divina trama pingit: persequitur Virgilius omnia non sine illa sua divinitate, ut, non tam imitatus Homerum, quam nos docuisse, quo modo ille dicere debuisset, videatur: est longe majore sono et efficacia. Virgilius magister est; Homerus discipulus: videas in illo materiam; in hoc formam: in illo congeriem, in hoc dispositionem: illum satis habere, si narret; hunc rem ipsam formare verbis: tanto prior est suavi-

ıte, gravitate, varietate, quanto posterior est tempore; facit ivina ex humilibus Homeri: est Homero circumspectior, exlicatior, illustrior, accuratior, grandior, cultior, exactior, ·licior, dispar: loquitur numerosius, elegantius: coercet Hoıerica meliore brevioreque orationis gyro. Homerus humilia : humiliter; Virgilius grandiora et magnifice: ille pauca, nua, rudia, infelicia: hic divina, numerosa, varia, inexspecıta: nudis Homericis adjicit incomparabilem amictum: alius ›nus Virgilianus; alius ardor: opprimit et obruit Homerum; ·linquit illum post se: narratio alterius aurea, alterius plumea: hic verus poeta; ille foraneus narrator: a natura propota Homero argumenta, quasi dictata discipulo emendat Virilius tanquam magister: in Virgilio animata oratio; in Hoıero mortua: est feliciore cantu, apparatu magnificentiore: oncludit rotundius: fluminum Homerus multas fecit compaationes; noster semel tantum, illis omnibus unam anteporendam: in cædenda arbore Homerus eamdem operam ponit, ¡uam carpentarius: in Virgilio Musa loquitur.» Hæc et plua Scaliger, fertilis in ornando Virgilio, in vituperando Hoıero: quin addit ad rem explicandam comparationes istas: quantum a plebeia, incomtaque muliercula matrona distat, antum summus ille vir a divino viro nostro superatur: quano barbara Polyphemi persona inferior est regia majestate, anto versus Virgilii Græcis compositiores: tantum superaur, quantum pastorum dapes a regiis ferculis: tanta est differentia, quanta inter discipulum meditantem et præceptorem uum consilium atque operam apponentem. Homerus moles [uidem est, sed rudis, et indigesta: Virgilius autem Deus, et nelior natura.» Alludit videlicet ad Ovidianos versus I Met. 'ulchre ergo Lucanus Paneg. ad Pisonem facit provocantem 'irgilium, quasi is præsentiat futuram victoriam, nemo enim ›rovocat, nisi qui putat se victorem fore: versus sunt;

Iste per Ausonias Æneia carmina gentes
Qui sonat, ingenti qui nomine pulsat Olympum,
Mæoniumque senem Romano provocat ore.

'ari ferme sententia Silius lib. VIII, 593:

Mantua, Musarum domus, usque ad sidera cantu
Evecta Andino, et Smyrnæis æmula plectris.

Præclare incertus poeta sub persona Maronis; infra pag. 399;

Illius immensos miratur Græcia campos;
At minor est nobis, sed bene cultus ager.

Qui plura velit de hac victoria, legat nostram in Virgilium operam, ubi sæpe comparo utrumque vatem, et fere, cum victoria Latini.

N. B. *Hic Cerda abrumpit elogia Virgilii, ut interserat Homeri vitia; et ad hanc rem movetur inprimis, ut se a calumnia liberet, et non reprehendatur, quod Homerum reprehenderit: omnia colligit, quæ scripsere contra illum Plato, Dio Chrysostomus, et Scaliger; quos adeas, si fert animus; nobis autem ea referre nefas foret, qui Homerum quasi carminis epici* DEUM *ubique prædicavimus, et præsertim in nostra disquisitione, quam præcedenti Tomo præfixam reperies: (vide pag. XXI et seqq.) nunc ad Cerdam revertor sic loquentem:*

Objicies pro Homero pretium illud, in quo habitus est a veteribus et magnis viris Platone, Aristotele, Strabone, Plutarcho: demum est nemo ex omni antiquitate, qui non illum colat et veneretur. Ita sane est, neque hoc inficiari aliquis queat: peperit sibi ille hoc nomen, quia antiquissimus; quia primus ferme poetarum; quia enituit rudi seculo; quia protulit sententias aliquas cum genio; quia scripsit de bello Trojano, quo nullum heroicis temporibus excellentius, grandius, sublimius. His causis jure meruit nomen, quod nactus est: neque mirum, si Græci Græcum laudarent, egregii suarum rerum prædicatores. Sed certe illis auctoribus oppono pro Virgilio alios gravioris auctoritatis. Cur non contendat cum Aristotele Augustinus, cum Platone Hieronymus, cum Strabone Plinius, cum Plutarcho Seneca? Sæpius isti ad rem suam Virgilium advocant, quam Græci Homerum suum, nunquamque illum in ore assumunt, nisi cum magno elogio. Taceo plures alios, sanctitatis et doctrinæ lumina, qui versatiores fuerunt in Virgilio legendo, quam Græci in Homero. Quem crebrius Quintilianus invocat, quem Isidorus, quem Ambrosius? Qui extremi hujus legat cap. 21, lib. V Hex. agnoscet Virgilium; totum enim illud Ambrosii caput exspirat Virgilianam orationem, sententiam, phrasim. Possem multa alia hujus loca adducere. Quem ex tota antiquitate conferas doctrina cum Tertulliano, qui Virgilium plurimi fecit? Objicies mihi principes, et in his exhibebis mihi fortasse Alexandrum Magnum, qui magni Homerum fecit: exhibeo tibi Justinia-

ı et Alexandrum Severum, et Augustum ipsum, qui magecerunt Virgilium: vere enim Plinius dixit lib. VII maxin laudem contigisse Virgilio ex testimonio Augusti: neenim Augustus solum in bello sapiens, ut Alexander, in re omni sapiens: itaque neminem Alexandro melius onas, quam Augustum. Ad hæc Hadrianus, Gordianus ex, Antoninus Diadumenus, Clodius Albinus, Tetricus, ›eratores Virgilii versus advocabant ad rem suam, non miquam Homerum Græci principes: et sane plures sunt ıcipes Latinorum, qui Virgilium magni fecerint, quam Græqui Homerum. Omitto principes, pergo ad poetas: pro hocle, Euripide, Pindaro, Apollonio, qui Homerum veıti, offero Horatium, Papinium, Silium, Lucanum, qui gilianos cineres habuerunt pro magistro, quibusque incaınt ad carminis sublimitatem. Si proferas Latinum alim, qui cum elogio locutus est de Homero; profero tibi ebium Cæsariensem, qui in vita Constantini assumit noı Virgilii cum grandi semper elogio. Dixi, quo in pretio ›uerint Virgilium sapientes, principes, poetæ. Addam hic ipsis Diis in honore habitum; nam ejus versibus sortes t datæ magnis principibus, et Dii ipsi locuti sunt Virgiliaversibus: de sortibus exemplum est in Hadriano, et Alexan- Mameæ filio. Primo sors imperii exiit illis versibus, « Quis cul ille autem ramis insignis olivæ, » et reliquis. Alteri, il- « Si qua fata aspera rumpas, Tu Marcellus eris: » Inde :es Virgilianæ in proverbium abiere; nam aperto Virgilii ice, occurrentes versus assumebantur in omen. De qua re e Joannem Fungerum in Etymologico. De oraculis in Clo- Albino, cui Baianus Apollo respondit;

Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Sistet eques, sternet Pœnos, Gallumque rebellem.

relius Claudius consulens de filiis, responsum accepit ver- illo:

His ego nec metas rerum, nec tempora pono.

ısem, quæ dixi, probare pluribus, sed horum sententias ı partim adduxi, partim reservo ad reliqua elogia, quæ susunt, et in quæ digero Virgilii præconia, ad quæ post lonn excursum redeo: et quoniam ostendi jam, majorem fuisse mero, restat, ut consequenter dem illi victoriam supra reuos Græcorum.

VIRGILIUS MAJOR RELIQUIS GRÆCIS POETIS.

Superavit Pindarum, Hesiodum, Apollonium, Theocritum. De Pindaro testes Jovianus, et Scaliger: ille in Actio, hic in Critico. De Hesiodo Scaliger, et Politianus? ille in Critico ita ait: « Universa opera Hesiodi ne cum uno quidem versu Georgicon sunt comparanda: » hic in Manto: « Hesiodum premit. » Vivesius etiam: « In Georgicis Hesiodum sine controversia superavit, et in cursu multis stadiis post se reliquit. » De Apollonio Delrius et Scaliger. Ille in Agam. ubi loquitur de tempestate, de quibus his poetis, qui tempestatem descripserunt, de Virgilio ita ait: « Virgilium excipio, qui nil molitur inepte. » De Apollonio vero: « Apollonius vero sui similis est, hoc est, totus plebeius, et vilis, et, non meo, sed doctorum quorumdam judicio, fere indignus qui legatur. » Hic in Critico: « Lux est in Virgilio, fumus in Apollonio: indignus Apollonius, qui legatur, ubi est Maro: auget, et superat, quæ accipit ab Apollonio: relinquit longe post se Apollonium: adspirat minime Apollonius ad nitorem Virgilii, et efficaciam. » De Theocrito plures, nam auctor vitæ Virgilianæ: « Fuit Virgilius circumspectior Theocrito. » Politianus;

> Virgilius, cui rure sacro, cui gramine pastor
> Ascræus, Siculusque senex cessere volentes.

Servius ad I Ecl. « Theocritus ubique simplex est; Virgilius figuras perite, ex Theocriti versibus facit, quos ab illo constat dictos esse simpliciter. » Scalig. « Virgilius Theocrito rotundior est, rectior, vegetior, efficacior, lepidior, comtior, cultior, venustior, divinior. Pharmaceutria Virgiliana longe castigatior est, et prudentior Theocritia; sic exprimit Theocritia, ut vincat: tractat eadem felicius, et supponit meliora. » Gulielmus etiam Modicius conferens Virgilium cum Theocrito, ita ait: « In carmine Bucolico Theocritus laudatur, qui pastoritiam simplicitatem diligentius est imitatus: Virgilius autem, cui propositum erat, hoc etiam poematis genere Latinam linguam locupletare, pastoritiæ simplicitatis allegorias immiscuit, et res alias quasdam, quæ majorem eruditionem, et sensum altiorem habent, quam ut humili figuræ convenire videantur. Homo prudens et necessitate, et certo consilio hoc fecit sapienter. » Et postea: « Affert igitur Virgilius plus utilitatis, et solidæ delectationis, quam Theocritus, qui res alicubi turpissimas loquitur aperte: quas Virgilius, aut præte-

rit, aut tecte, parce, et dissimulanter attingit.» Vide multa alia apud eumdem libello, quo Virgilium vindicat a calumniis cap. VII, unde hæc sumta sunt.

Demum superavit Græcos omnes. Ait Rhodig. lib. VII Virgilium natum « adversus Græcæ gentis fremitum nimio plus sæpe insonantem. » Phocas dixit : « Quis facunda tuos toleraret, Græcia, fastus? Quis tantum eloquii potuisset ferre tumorem, Æmula Virgilium tellus, nisi Tusca dedisset »? Manto apud Polit. ita vaticinans : « Euge, beate puer, sanguis meus, horreat ortus Græcia tota tuos. » Et in Præfat. « Romulæ voci decus adrogavit carmine sacro. » Possem signate auctores adducere, qui Virgilium faciunt superiorem Sophocle, Euripide, Æschylo, Aristophane. Quoties enim Interpretes in loca horum incidunt, semper dant palmam Virgilio. Nicandrum, Pisandrum, Euphorionem, tum etiam alios, superatos fuisse a Virgilio Landinus censuit.

MAJOR LATINIS POETIS.

A Græcis victis pergo ad Latinos, a quibus brevissime me expedio; nam quis hoc neget? Quintilianus lib. X comparat Virgilium cum Marco, Lucretio, Ennio et aliis : istisque vitium aliquod assignans, omnium principem facit Virgilium. Eadem l. XII Jovianus in Actio : vocat Horatium Virgilio minorem, cum tamen in suo genere abunde sit clarus; id ipsum Vivesius. De Ovidio videndus Quintil. lib. X, et Jovianus dicto loco. Ovidius quoque ipse; vide infra, pag. 408 :

Quantum Virgilius magno concessit Homero,
Tantum ego Virgilio Naso poeta meo.

Pergo ad alios : comparat Jovianus Virgilium cum Claudiano, productis utriusque locis satis longis, datque Virgilio palmam singularem; idem scribit Scaliger. De Papinio, ipsum produco testem, qui ita loquitur cum sua Thebaide, XII, 816;

Vive precor, nec tu divinam Æneida tenta,
Sed longe sequere, et vestigia semper adora;

Et lib. IV, Syl. vocat Virgilium *magistrum* suum. De Lucano res clara. De Pacato, Ausonius ait fieri pluris quam cunctos alios, *Marone demto*.

Demum Latinos omnes superavit, ne singulos cogar narrare. Et pro his, quos adduxi, et qui supersunt, produco sequentia elogia. Ovid. III Artis Amat. v. 337;

Et profugum Ænean, altæ primordia Romæ :
Quo nullum Latio clarius exstat opus.

Fabius Paulin. Hebdomad. Virgilian. lib. I : « Sed admirabile est, ut de ceteris nunc sileam, quam unus inter omnes Latinos emineat in omni genere laudis noster Maro : in quo tot sunt congesta bona atque virtutes, ut nihil putem cogitari posse divinius : cuique tantum abest, ut quemquam anteferendum putem, ut nullum arbitrer poetam fuisse tam impudentem, qui plura, quam in hoc sunt, tacitus auderet optare : aut tam sui amantem, tantoque opinionis errore et mente captum, ut cum eo existimaret se posse conferri. » Scaliger : « Quemadmodum Antonius apud Ciceronem de poetis, videntur ipsi alia lingua, quam Latina, locuti : ita a nobis de Virgilio dici solet, ceteri alia lingua, quam poetica, mihi usi videntur. » Alibi : « Illius versus nemo mortalium æquare valeat ; sunt illius carmina inaccessa ; imitandi sui spes omnium exstinxit. » Et : « poetæ omnes, qui post Virgilium fuere, declamatoribus similes mihi videntur : qui, dum argute aliquid dicunt, nihil pensi habent, quid cuique parti majestatis vel incommodet, vel obsecundet : quare et numeros lædi necesse est, et perire gratiam ex affectatione. » Muret. Præfat. Comm. in Catul. « Quo viro statuo nihil fieri posse divinius. » Alibi : « Ad Virgilii gloriam pertinet, alios poetas legere, ut intelligamus, quantum is præstet. »

Sed quid ego immoror in comparationibus? loqui volo extra omnem comparationem, et adducere testimonia illorum, qui in attollendo Virgilio utuntur superlatiore gradu, quasi indignentur illum admiscere aliorum fæcibus. Ergo fuit

VIRGILIUS MAXIMUS POETARUM.

Produco primo testimonium Mureti, qui Præfat. in Catul. loquens de Virgilio : « Cui videar injuriam facere, si eum ullo modo cum ceteris comparem. » Inde signatissime Scaliger sæpe ait, *vir incomparabilis;* quia vere est extra omnem aleam. Ergo, si incomparabilis, erit utique Maximus omnium, non tantum Major omnibus. Gradu itaque superlativo in attollendo Virgilio utuntur multi, qui tibi passim obvii. Ego hic tibi signo paucos, videlicet Senecam, qui Epistolis et cap. IX de Brevit. vitæ, *Maximus vates.* Lactantium lib. II Div. Inst. *Poeta Maximus.* Plinium, qui lib. XIV. *Præcellentissimum vatem.* Ammianum, qui *excelsum, eminentissimum.* Augustinum, qui

lib. I Civit. *poeta magnus, omniumque præclarissimus atque optimus:* et in libro IV, *poeta nobilissimus.* Ovidium, qui ait II de Pont. El. IV, *summo Æneidos vati.* Macrobium, qui vocat *doctissimum, peritissimum, scientissimum.* Quintilianum, qui lib. I. *Auctor eminentissimus.* Eusebium Cæsariens. qui in vita Constantini ἐξοχώτατον τῶν κατ' ἰταλίαν ποιητῶν, et σοφώτατον ποιητήν: « præstantissimum poetarum Italiæ : sapientissimum poetam. » Objicies : nonne ista loquendi forma in Latio comparationem etiam indicat? Non, Lector; sed quæstio ista Scaligerum appellet in Theophrastum, et doctos alios, qui vere sentiunt, contra vulgares Grammaticos non induci comparationem gradu superlativo, solum indicari eminentiam quamdam, extra omnem comparationem. Porro ab hac supra omnes excellentia, Martial. lib. XIV, Epig. 186, *immensum Maronem* dixit.

CAPUT V.

ELOGIA POESEOS VIRGILIANÆ.

Hactenus dicta sunt quatuor genera encomiorum. Primo, de natali Maronis: deinde, de bonis, honesto, utili, jucundo: tertio, de variis artibus, quibus floruit: quarto, de comparatione illius cum Græcis et Latinis : persequar jam virtutes poeseos illius, quas sparsas in auctoribus reperi. Incipio ab imitatione.

Fuit Virgilius egregius Imitator. Macrobius lib. VI. « Judicio transferendi, et modo imitandi consecutus est, ut quod apud illum legimus alienum, aut illius esse malimus, aut melius hic, quam ubi natum est, sonare miremur. » Et lib. IV. « Feliciter Græcos interpretatur, pulcherrime æmulatur. » Et lib. V: « Omne opus Virgilianum, veluti de quodam Homerici operis speculo, formatum est. » Seneca Rhetor, lib. VII Controv. ait, versus Varronis a Virgilio imitandos susceptos, expressos in melius, etiamsi Varroniani optimi essent. Turneb. lib. XIX: « Maro, quantus quantus est, imitatione et judicio evasit. Ac quum plerique imitatores putidi et inepti sint, et pene ridiculi, solum Maronem imitari nunquam dedecet. Id enim tam apte et accommodate facit, ut sua afferre, non aliena usurpare videatur. » Victorius Prolegom. in poeticen Aristot. « Quin, tanquam apis quædam, singulos Homeri flores, ut

Tragicorum etiam, reliquorumque optimorum, et Græcorum et Latinorum poetarum lustraverit, indeque suavissimum mel confecerit, dubitari non potest. » Nannius II Miscel. « Græcorum fontium latices hausit pleno ore Virgilius. »

Habuit excellens et acre JUDICIUM. Hujus virtutis, quæ admodum necessaria ad poesin, encomiastes est Quintilianus, qui lib. VIII ait: *Acerrimi judicii P. Virgilius.* Jovianus in Actio multa suppeditat de judicio divini viri in condendis carminibus, et captandis artificiose auribus. Ait enim, « condi ab illo versus graves, selectos, generosos, honestissimos, jam magnificos, jam sedatos, ut res postulabat; habuisse aures consummatissimas, non ignoravisse suas aures: fluxisse, quum opus fuit: intonuisse, superciliumque erexisse, quum opus: temperavisse celeritatem cum tarditate: miscuisse vocales jam sonoras, jam exiles, jam claras cum subobscuris: habuisse rerum et verborum delectum admirabilem. » Plura his ille. Inde ab Lactantio hic Vates dicitur lib. II. Div. Inst. *prudens:* ut et ab aliis multis. Jovian. in Actio: « In delectu verborum, ac selectione judicari potest et studiosus et prudens. » Scaliger lib. V. « Rerum quoque delectum ejusmodi habuit, e quorum splendore luculentus ille nitor suis scriptis adjungeretur. » Alibi: « Habet lectissima verba et numeros. » Ad judicium pertinent verba ista auctoris vitæ Virgilianæ: « Quum Georgica scriberet, quotidie meditatos mane plurimos versus dictare solitum, ac per totum diem retractando ad paucissimos redigere: non absurde carmen se ursæ more parere dicens, et lambendo demum effingere. » Idem scribit (vide qua sobrietate voluit carmen condere) tradi a quibusdam diligentiam singularem Virgilii, videlicet, prius integram Æneidem prosa oratione formatam, digestamque in libris duodecim, quam carmine conditam. Itaque adstrinxit carminibus, quæ soluta oratione fecerat, ne flatu poeseos raperetur in aliquid indignum, ac minus prudens. Recte ergo admonet Quintilianus lib. I, opus esse firmiore judicio ad intelligendam virtutem Virgilii. Et Turneb. lib. XXII ait, in Virgilio nihil esse otiosum, aut temerarium: et ideo requiri in hoc vate lectorem non expeditum, et cursorem, sed cunctatorem, et in singulis hærentem. Pari elogio Velserus lib. I Rerum Boicarum: « Virgilius, cui nullum temere verbum excidit. » Ex hoc tam acri judicio optime mihi videtur pronuntiasse Scaliger. « Equidem unum illum censeo scivisse, quid esset, non ineptire.

Judicio affinis, mira PROPRIETAS, qua usus in omnibus. Observarunt hanc virtutem luculenti testes. Macrob. III, Satur. « Verborum proprietas tam poetæ huic familiaris est, ut talis observatio in Virgilio esse jam desinat. » Quintil. lib. I loquens de re quapiam dubia, quæ pertinet ad formam latini sermonis, ita ait : « Quorum neutrum quidem reprehendo, quum sit utriusque Virgilius auctor. » Scaliger : « Elucet in verbis ejus puritas vetus Romana. » Eo fortasse respectum a Politiano : « Ipsa en Roma tuo sese quoque jactat alumno. » Loquitur Manto cum Mantua. Ad proprietatem refero laudem illam nunquam satis laudatam de distinctione stylorum in Bucolicis, Georgicis, Æneide. Quantum est (Deus immortalis!) observari a divino viro potuisse, ut horum operum stylus perpetuo quodam tenore distinctus esset? Itaque in tanta versuum multitudine nunquam se tenuis stylus cum mediocri, nunquam hic cum sublimi commiscuit : et tamen nihilominus servata est mira varietas, et jucunditas. Hoc quoties cogito, obstupesco. Hanc rem satis celebrant Interpretes ad procem. Æneid. : « Ille ego, qui quondam etc. » Hoc ita admiratur Christophor. Land. in Præfat. « Quid, obsecro, aut in maximis rebus sublimius, aut in mediocribus temperantius, aut in humilibus pressius excogitari hoc poeta potest? » Et Vivesius ; « Idem lætus, et depressus : jucundus et gravis : tum copia, tum brevitate mirabilis. » Quid etiam dicam de tribus aliis scribendi characteribus, Exegematico, Dramatico, Misto? De his Servius loquitur ad III Eclogam, Vol. V, pag. 255.

Inter virtutes Virgilianæ poeseos non minimum locum obtinet SUBLIMITAS oris, spiritus carminis. De ea hic loquamur. Politianus vocat Maronem, *grande sonantem*. Juven. Sat. XI : *Maronis altisoni*. Ut et Ausonius in Edyl. *Altisonumque iterum fas est didicisse Maronem*. Jovianus dicit ejus versum « gravem, numerosum, generosum, spectabilem, admirabilem, honestissimum. » Iterum : « Cum summis blanditiis nunquam recedit a gravitate : assurgit mirifice. » Idem, « Virgiliana numerositas. » Vivesius ; lib. III Discipl. « Æneis Virgilii grande opus, et plenum gravitatis ac rerum bonarum. » Hieronym. comment. in Michæam c. 7, « Poeta sublimis. » Serv. in I Ecl. de stylo Virgilii, « grandiloquum. » Scalig. de hac re, ut neque de aliis, parce : « Est magnificus, numerosus, augustus, luculentus, grandiloquus, vehemens, supra humanum captum; amplificat cum majestate; utitur grandi oratione; habet multa mag-

ni momenti; assurgit magna laude.» Vivesius Virgilio dat principem locum inter poetas, propter *gravitatem et sententias*. Deinde Horatium locat; mox alios. Et iterum: *Hunc nemo in magnis rebus sublimitate superavit.* Propter hanc rem fortassis vocatur Virgilius a Joviano in Anton. *heros.* Et Scaliger dixit: *Est in eo heroica phrasis.* Inde quoque dictus a Martiali *magnus*, libris XI et XII. *Silius hæc magni celebrat monumenta Maronis;* et, *Qui magni celebras Maronis idus.* Sed quis dubitet, quin ad sublimitatem vatis hujus idem ipse Martialis respexerit lib. V eo versu: *Grande cothurnati pone Maronis opus.* Adnecto huic encomio aliquid de Tragœdiis Virgilianis, quando a Martiali *cothurnatus* dicitur, et sum in sublimitate, quæ propria Tragicorum. Sunt itaque aliqua vestigia, Virgilium fuisse poetam Tragicum. Auctor ejus vitæ: « Fertur Thyestes tragœdia, quam Varius pro sua edidit, fuisse Virgilii. » Hoc si est, non minimum excelluit Virgilius inter Tragicos, nam Quintil. l. XV « Varii Thyestes cuilibet Græcorum comparari potest. » Eamdem Tacitus celebrat in claris Orator. Adduxi vestigium unum. Alterum est, scribi a Tertul. l. adver. hæret. « Ovidius Naso Medeam tragœdiam ex Virgilio plenissime expressit. » Porro Medeam tragœdiam Ovidii attollit Tacitus loco adducto: « Nec ullus Asinii, aut Messalæ liber tam illustris est, quam Medea Ovidii, aut Varii Thyestes. » Tertium est, dici Virgilium a Martiali, *cothurnatum*, versum jam attuli. Phocas etiam, infra, pag. 398; v. 99;

> Inde cothurnato Teucrorum prælia versu
> Et Rutulûm tonuit.

Ista omnia pertinent ad styli sublimitatem.

Ab hac laude pergo ad PICTURAM, qua graphice Virgilius res omnes pingit. Scalig. « Efficit vivam orationem. » Godescal. in cap. 24, lib. II. Veget. « Descriptiones Virgilianas videmur spectare, non legere. » Quintil. lib. VIII ait, Virgilium ita faciem rei, quam depingit, ostendere, « ut non clarior futura fuerit spectantibus » : et postea, « rem subjicit oculis. » Minturnus: « Deinde quis unquam in pictura excellere visus est, quin tempora, loca, eventa, permotiones animi multo is melius, multoque evidentius ob oculos posuerit? » Vivesius: « Virgilius cum narrat, perinde ducit nos in rem præsentem, ac si oculis contueremur. » Sed taceant hic omnes encomiastæ, ubi adiri potest vates ipse.

Est præterea Virgilius, Elegans, Facetus, Ingeniosus. Conjunxi hæc tria elogia, quia ad idem videntur spectare. Primum ostendit Quintil. qui lib. VIII Virgilium vocat *elegantem :* et lib. VI, illud Horatii Sat. 10, lib. I, « molle atque facetum Virgilio » explicat de exculta elegantia, quam vates habuit: sicut ille Tullii : « næ illi sunt pedes faceti, ac deliciis ingredienti molles. » Agell. lib. XX « elegantissimus poeta : » Et lib. X, dat illi adverbia « scitissime, elegantissime. » Macrob lib. III « Æque in rebus doctrinæ, et in verbis sectator elegantiæ. » Scalig. « Elegantissimæ locutionis auctor. » Alterum Horat. « molle atque facetum Virgilio » Serv. in I Ecl. « Poetica urbanitate. » Macrob. lib. III : « Est non solum doctus, sed argutus. » Hic supersedeo, quia de hac re satis multa in elogio Jucunditatis. Tertium Politian. qui Virgilii opera vocat « Dædala monumenta », id est, ingeniosa .A Vomano in epitaphio dicitur *nobilis ingenio;* a Joviano *artificiosissimus.* Ingenium ejus declarant opera illa artificiata, quæ visebantur Neapoli, de quibus jam sum locutus inter elogia variarum artium. Cesso hic; nam persequi virtutes omnes Virgilianæ poeseos infinitum sit, et pergam sexto loco ad elogia, quæ petuntur ex variis attributis (Græci epitheta vocant) quibus auctores Virgilium afficiunt : neque vero omnia adducam. Posset (et ita est vere) integer conflari liber ex solis attributis Virgilii; nam nihil est tam gloriosum, magnificum, excellens, quod non in illum auctores conferant : adducam itaque insigniora. Incipio autem a divinitate.

CAPUT VI.

ELOGIA AB ATTRIBUTIS.

Fuit Divinus : usitato apud veteres honore, qui præstantes viros elogio isto afficiebant, et majore adhuc, nam non divinos solum, sed Deos vocabant. Macrob. lib. V : « Non mortali, sed divino ingenio Maro. » Jovian. « Romanæ Poeticæ Deum. » Papin. « divinam Æneida ; » et postea eodem spiritu inducit verbum *adora.* Veget. lib. IV : « Virgilius divino ingenio. » Scal. « Divinus poeta. Est in eo divinorum sonus numerorum, et divina phrasis; nusquam Musa Maronis mortale quicquam sistat. » Inde est, ut Scaliger idem admiratus divinitatem Virgilianam, perinde atque fastigium quovis humano in-

genio altius, illi aras statuat, ut poetarum Deo. Huc pertinet dici ab Seneca Epist. 108 carmen Virgilii debere placere, *tanquam missum oraculo*. Cælestis dicitur ab Scaligero, Plinio, Macrobio, Quintiliano. Inde Politianus, « Mens cælo cognata. » Sacer ab multis. Inde ait Cœlius lib. XX: « Virgilium a literatis omnibus et approbis coli veluti τεμένων ἱερὰ: *templorum sacra*. » Et quia *sacer*, ideo nominat Phocas *sacrilegum mucronem* illum, quo petitus est Virgilius a milite. Augustus quoque: « Tam sacrum solvetur opus? » Cornel. Gallus sive quispiam alius: « Æneam condidit ore sacro. » Tacitus Dial. de Orat. Virgilii *sacrarium* dixit. Sidereus ab Columel. et Politiano: ille lib. X: « Siderei vatis referens præcepta Maronis. » Hic in Mant. « Sidereus vates. » Insignis ab sanctis Doctoribus Hieronymo lib. I adversus Jovian. et Augustino lib. V. Civit. Immensus a Martiali lib. XIV, Epig. 186;

Quam brevis immensum cepit membrana Maronem!
Ipsius vultus prima tabella gerit.

Felix, ex Ovidio II Trist. « Et tamen ille tuæ felix Æneidos auctor. » Politian. « quo non felicior alter. » Plin. lib. XIV vocat *beatum*, *felicem*: ut etiam Propertius. Nobilis ab Augustino lib. XXI. Civ. et *nobilissimus* libris X et XV, quo epitheto infinitis locis illum afficit Cœlius. Admirabilis passim ab Scaligero. Et ab Eusebio in vita Constantini θαυμαστός. Quintil. de re Virgiliana loquens lib. VIII, *miramur*. Eodem pertinent ista Politiani loquentis ad Augustum,

Cerno, te maxime princeps,
Purpureos inter proceres sanctumque Senatum,
Pendentem stare ad numeros, atque ora tenentem.

Supra etiam dixerat, ea cantanda a Virgilio, quæ mirarentur Linus, Orpheus, Musæ, Apollo. Magnus bis a Martiali lib. XI et XII. Jam cur Maximus appelletur, alibi a me dictum. Illustris ab S. Hieronymo Epist. 139 ad Cyprianum, et cap. 1 ad Joel. et lib. I commen. Zachar. cap. 1. PAR Naturæ; ita vocatur ab Scaligero, immo Natura ipsa. Eo spectat Macrob. cum ait, I Somnii, « Poeta naturæ ipsius conscius. » Et hæc, quæ adducit ex Donato Servius in I Ecl. « in scribendis carminibus naturalem ordinem secutum Virgilium. Primo enim pastoralis fuit in montibus vita; post agriculturæ amor, inde bellorum cura successit. » Auctor quoque vitæ Virgilianæ: « Secutus est naturam ipsam in scribendo: nam prima hominum vi-

ta fuit pastoritia; hanc secuta est agrorum cultura; demum pro agris defendendis et possessionibus suscepta sunt bella: ideo ergo primum Bucolica, mox Georgica, tertio Bella suscepit. » Hæc, quæ attuli (ut hoc obiter dicam) probant Auctorem vitæ Virgilianæ, quæ circumfertur, fuisse Donatum. Flos et Caput poetarum ab Abulensi in Epistolam S. Hieronymi ad Paulinum. Princeps carminum a Velleio lib. I; ab Joviano in Antonio; ab omnibus: merito habuit hoc nomen; nam, ut ait Jovian. « Romanam illustravit poeticam: » ut Scaliger, « poeticam ad summum extulit fastigium perfectionis. » Demum dicitur antonomastice ab omnibus Poeta: quæ laus magna. Ex multis signo aliquos, Senecam lib. VI Nat. Quæst. cap. 17 et 18: Augustinum lib. IV Civit. Apuleium lib. I de Mundo: Hieronymum Epist. IX ad Salvianum; et Epist. ad Cromatium, Jovinum, Eusebium; et cap. VII Comment. in Ecclesiastem. Alii addunt, *poeta noster,* quasi discriminantes ab Homero; in his est Augustin. lib. III contra Academ. cap. IV. Lactantius lib. I. Divin. Inst. et Seneca Epist. 57 et 86; et Patricius lib. III de Regno; ac multi alii. Et ideo Cœlius lib. V, *Poeta Latinus.* Omitto alia attributa, tum quia ex supra dictis elogiis multa possunt hauriri; tum quia non est animus omnia persequi: nullum enim est caput horum elogiorum, quod non potuissem duplo aut triplo, interdum quadruplo augere: et illud, in quo sum, verissime centuplo, verissime millecuplo.

CAPUT VII.

Restat jam pars extrema elogiorum. Hæc continebit honores, qui habiti Virgilio viventi; qui habiti mortuo: demum testimonia illorum, qui dicunt ejus nomen duraturum in omnem æternitatem.

HONORES, QUI HABITI VIRGILIO VIVENTI.

Irrepsit vi tantum ingenii ad familiaritatem Augusti, quo principe nemo major, potentior, felicior. Auctor vitæ Virgilianæ: « Quæcunque ab Augusto peteret, repulsam nunquam habuit. » Visus est sæpissime Virgilius cum hoc principe familiarissime loquens: immo cum eo potissimum, an imperium deponeret, communicavit: et ejus consilio confirmatus retinuit. Hunc Augusti amorem in vatem Horatius attingit, Epist. 1,

lib. II: « Dilecti tibi Virgilius Variusque poetæ. » Scripsit sæpe ad illum Augustus, mittebatque literas, quibus petebat, ut aliquid ad se carminum transmitteret. Scribit hoc Claudian. Epist. ad Olibr. « Dignatus tenui Cæsar scripsisse Maroni. » Et Tacitus dialogo de Orat. 13; (quod opus alii Quintiliano attribuunt: adducam verba, quia nonnulla alia attingit de honoribus Virgilii;) « Malo securum et secretum Virgilii secessum, in quo tamen neque apud D. Augustum gratia caruit, neque apud populum Romanum notitia. Testes Augusti epistolæ, testis ipse populus, qui auditis in theatro versibus Virgilii, surrexit universus, et forte præsentem spectantemque Virgilium veneratus est sic, quasi Augustum. » Quod hoc elogium! Sed omitto Augustum. Proceres omnes, qui aulam Augusti frequentabant, mire sibi devinxit Maro: Phocas ait infra, p. 397:

Tum tibi Syronem, Maro, contulit ipsa magistrum
Roma potens, proceresque suos tibi junxit amicos:
Pollio, Mecænas, Varius, Cornelius ardent;
Et sibi quisque rapit per te victurus in ævum.

Ait Serv. II. Ecl. Virgilium exceptum fuisse prandio a Pollione, et accepisse dona a magnis principibus: nam Alexandrum puerum a Pollione, a Leria fœmina nobili Cebetem. Asinius quoque Gallus, Asinii Pollionis filius, amicissimus fuit huic vati, quod in X Ecl. scribit Servius. Favorem hunc poeta ipse attingit III Ecl., 84, « Pollio amat nostram, quamvis est rustica, Musam. » Quam carus Mecænati Virgilius fuerit, nemo est, qui ignoret: ad hujus principis favorem refert Martialis Musam Maronianam; nam illo flante hæc divinos sumsit spiritus. Sed, omissis principibus, pergo ad populum, cui carissimus fuit Virgilius. Dicunt auctores ejus vitæ, adeo illum fuisse in pretio, ut Romæ semper in via digito indicaretur a populo, clamarentque omnes illo viso, Delicias Romæ. Studium hoc populi, mirumque affectum in illo amando indicat Phocas his versibus, attingens historiam centurionis illius, qui pæne Virgilium interfecisset; vide infra, pag. 398;

Quum pæne nefando
Ense perit. Quid dextra furis? quid viscera Romæ
Sacrilego mucrone petis? tua bella tacebit
Posteritas, ipsumque ducem, nisi Mantua dicat.
Non tulit hanc rabiem doctissima turba potentum.
Itur ad auctorem rerum: quid Martius horror
Egerit, ostendunt; quid tunc miseranda tulisset.

ed hunc amorem erga se suavissime expressit poeta ipse, IX :cloga, 17:

Heu, cadit in quemquam tantum scelus! heu, tua nobis
Pæne simul tecum solatia rapta, Menalca!
Quis caneret Nymphas? quis humum florentibus herbis
Spargeret? aut viridi fontes induceret umbra?

am quis amor, quis ille plausus, quo assurrectum est Virgi-.o ab universo populo? Datus est enim illi idem honos, qui ugusto. Adduxi jam hoc ex Tacito, ad quem allusit Politianus;

Ipsa illi, quem vix ducibus largiris honorem,
Sponte feres, totoque assurges Roma theatro.

)uis ille favor, quo ejus versus recitati in theatro sunt, admi-antibus omnibus, atque uno, qui instar omnium, Tullio; xclamanteque in suam et Virgilii laudem, MAGNÆ SPES AL-'ERA ROMÆ. Jam, quas sibi divitias vivens paravit? quod non nodicum argumentum pretii, quo habitus est. Nam certe 'lato et Dio Chrysostomus colligunt, Homerum in nullo pre-io fuisse, quum in vivis esset, quia fuit pauperrimus et egen-issimus. Budæus lib. III de Asse ex auctoribus vitæ Virgilia-næ: « Possedit Virgilius prope centies sestertium ex liberali-tatibus amicorum: habuitque domum Romæ in Æsquiliis, quamquam secessu Campaniæ, Siciliæque plurimum uteretur: quæcumque ab Augusto petiit, repulsam nunquam tulit. Pa-rentibus quotannis aurum ad abundantem alitum mittebat, quos jam grandis amisit. Heredem fecit ex quadrante Augus-tum; centies sestertium ducenta quinquaginta aureorum mil-lia valet: quare non frustra Juvenalis ejus meminit, ut co-piosi, Satira septima. » Hæc Budæus. Idem ait, Virgilium pro versibus uno et viginti, quibus laudat res Marcelli, acce-pisse ab Octavia supra quinque millia aureorum. Sed pergo ad gloriam, quæ secuta est mortuum.

HONORES, QUI HABITI VIRGILIO MORTUO.

Hoc satis explicat grande illud Augusti Elogium, vetantis comburi Æneidem; nam hoc jusserat vates ipse. Versus Au-gusti sunt; vide infra, pag. 402:

Ergo ne, supremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes,
Magnaque doctiloqui morietur Musa Maronis?
Ah, scelus indignum! solvetur litera dives?

Et poterunt spectare oculi? nec parcere honori
Flamma suo? dignumque oculis servare decorem?
Pulcher Apollo veta, Musæ prohibete Latinæ, etc.

Hoc sensit magnus ille princeps. Quid illi pæne par Alexander Severus? Lampridius in ejus vita: « Virgilium Platonem poetarum vocabat, ejusque imaginem cum Ciceronis simulacro in secundo Larario habuit, ubi et Achillis, et magnorum virorum. » Quis hic honor? Quis etiam ille, qui est apud Jovianum lib. V de Obedientia, Mantuanos adhuc insigne gentis suæ præferre caput Virgilii in ædificiis et monumentis publicis, sicuti Sulmonenses Ovidianum illud, « Sulmo mihi patria est: » et Brodæus in lib. III Anth. ait, adhuc a Mantuanis insculpi in nummis effigiem Virgilii, sicut a Chiis Homeri, a Lesbiis Sapphus. Quid si ad doctos imus, qui mortuum Virgilium summopere coluerunt? De Silio Italico ita scribit alter Plinius lib. III Epist. « Multum ubique librorum, multum statuarum, multum imaginum, quas non habebat modo, verum etiam venerabatur; Virgilii ante omnes, cujus natalem religiosius, quam suum celebrabat: Neapoli maxime, ubi monumentum ejus adire, ut templum, solebat. » Et Jovian. in lib. de liberalitate: « Silius Italicus sepulcrum ejus quotidie pæne invisebat, atque adornabat muneribus. » Martial. lib. XI, Ep. 48:

Silius hæc magni celebrat monumenta Maronis.

Et infra, lib. XI, Epig. 49:

Jam prope desertos cineres, et sancta Maronis
Nomina qui coleret, pauper et unus erat.

Fatebatur enim Silius, latentem se in sepulcro Maronis ex frigidis ejus ossibus et cineribus incalescere ad divinum spiritum, et ad effundendum carmen. Idem de se fatetur Hieron. Vid. lib. III Poetic.

Virgilii ante omnes læti hic super astra feremus
Carminibus patriis laudes, decus unde Latinum,
Unde mihi vires, animus mihi ducitur unde.

Paria de se Papin. lib. IV Sylv.

Maronæoque sedens in margine templi
Sumo animum, et magni tumulis adcanto Magistri.

Jovianus quoque ait, ab Actio Sannazaro locum, in quo jacuit sepultus Virgilius, religiosissime et cum veneratione coli, ac i-

ıe frequentissime. Adeo hic mos colendi, et pæne adorandi ronis enituit ævo Martialis, ut dicat ipse lib. XII, Ep. 67:

> Maiæ Mercurium creastis idus.
> Augustis redit idibus Diana.
> Octobres Maro consecravit idus.
> Idus sæpe colas et has, et illas,
> Qui magni celebras Maronis idus.

em facit Mercurio et Dianæ: nam, ut ille Maium mensem, Augustum consecrarunt, ita Maro Octobrem suo natali. 'i gloria Ausonius, Edyl. V, 24:

> Sextiles Hecate Latonia vendicat Idus;
> Mercurius Maias superorum adjunctus honori,
> Octobres olim genitus Maro dedicat Idus.

ı, quo pretio habitus hic vates a magno doctore Augusti- ' cujus lectioni illum fuisse deditissimum satis liquet ex 'o II ejusdem contra Academicos, et lib. I de Ordine ita bit: « Ante cœnam dimidium volumen Virgilii audire quo- e solitus eram. » Narrat Agellius lib. II, librum secundum eidos emtum a viro quodam docto *viginti aureis*, adeo in tio hic vates habitus. Huic par illud, accepisse Virgilium Octavia pro singulis versibus Marcelli dena sestertia. Summ conficit Budæus de Asse, ut sup. p. 387. Transeo ab his us ad alias: fuerunt principes versatissimi in lectione Vir- ana; hoc enim pertinere arbitror ad honores, in quibus sum. :mplum sit Nero apud Suetonium, Diocletianus apud Vo- cum in vita Numeriani, Gordianus apud Capitolinum. Jam o, cujus poetæ versibus magis gaudent principes illustran- suis stemmatibus, et insignibus, quam Virgilianis? Est honos peculiaris datus Virgilio. Exemplum hujus rei nul- n adhibeo, quia alio loco de Hieroglyphicis Virgilianis ıorem instituo. Absolvam hunc locum recitatis aliquibus ›giis Mantuæ urbis, quod in ea natus sit Virgilius, nam hic nos totus redundat in poetam. Ait Jovianus lib. II de For- ıa: « Illustravit Mantuam, seu viatoris, seu figuli filius, Vir- ius Maro. Cur natura non hoc ipsum concessit primario 'ium alicui? » Silius lib. VIII, 592:

> Mantua Musarum domus, usque ad sidera cantu
> Evecta Andino, et Smyrnæis æmula plectris.

Phocas Grammaticus, in vita Maronis, infra, pag. 395;

Mæonii specimen vatis veneranda Maronem
Mantua Romuleæ generavit flumina linguæ.

Martial. lib. I, Epig. 62:

Marone felix Mantua est.

Manto apud Politian. ita cum Mantua loquitur:

Surge, paremque astris contende educere molem,
Pyramidum supra sumtus: proh, quanta manet te
Gloria, quam longum senibus celebrabere seclis?
Nascetur, video, supera tibi missus ab arce
Sidereus vates, alti cui nominis haustum
Mens cælo cognata ferat, etc.

Cœlius lib. VII: « Debet multum Latina res Mantuano cælo, sub quo eloquentiæ specimen longe clarissimum et natum, et parte quadam educatum est. »

HONOR VIRGILII FUTURUS ÆTERNUS.

Hujus rei præcones sunt; Martialis lib. XI, Epig. 53;

Rura vel æterno proxima Virgilio.

Ovid. I Amor. XV, 25:

Tityrus, et segetes, Æneiaque arma legentur,
Roma triumphati dum caput orbis erit.

Hilasius, poeta scholasticus:

Lucis damna nihil tanto nocuere poetæ,
Quem præsentat honos carminis, et plutei.

Maximianus, poeta scholasticus:

Carminibus pecudes, et rus, et bella canendo,
Nomen inexstinctum Virgilius meruit.

Politianus, in Manto:

Cui decus omne suum cedet stupefacta vetustas.

Iterum *Perpetui vatis,* id est, duraturi semper. Et ad finem grandi Elogio:

At manet æternum, et seros excurrit in annos
Vatis opus, dumque in tacito vaga sidera mundo
Fulgebunt, dum sol nigris orietur ab Indis,
Prævia Luciferis aderit dum curribus Eos,

Dum ver tristis hyems, autumnum proteret æstas,
Dumque fluet spirans refluetque reciproca Tethys,
Dum mixta alternas capient elementa figuras,
Semper erit magni decus immortale Maronis,
Semper inexhaustis ibunt hæc flumina venis,
Semper ab his docti ducentur fontibus haustus,
Semper odoratos fundent hæc gramina flores;
Unde piæ libetis apes, unde inclyta nectat
Serta comis triplici juvenalis gratia dextra.

ıcrob. lib. VI Sat. opus Virgilii *æterno mansurum est*. Magnus perator in laudem sui vatis proclivis ita canens, inf. p. 403;

Immo sit æternum tota resonante Camœna
Carmen, et in populo Divi sub nomine nomen
Laudetur, vigeat, placeat, relegatur, ametur.

mum Virgilius ipse ait, tubam suam diutissime audiendam : æ res peti debet ex historia; ea est talis. Philistus rabula ıtumeliis Virgilium proscindebat coram Augusto. Tacebat :es. Philistus illum elinguem appellabat, tum demum Maro : 'ace rabula, hæc mea taciturnitas Augustum defensorem :æ caussæ fecit; eaque tuba, cum qua loquor, ubique et ıtissime audietur. Tu loquacitate tua non tantum aures honum, sed et muros rumpis. » Historiam hanc Hartungus curia III adducit ex Tiberio Claudio : attigit illam Erasmus Proverbio, *columnas rumpere*. Ergo, modo per *tubam* intelat sua carmina, modo Augustum ipsum, certe diutissime a audienda est.

FINIS ELOGIORUM.

Absolvat tot Elogia Macrobii sententia illa, I Sat. « Hæc est ıronis gloria, ut nullius laudibus crescat, nullius vituperaıne minuatur. » Itaque nihil hic a me dictum est pro meritis rgilianis, præsertim quum magnam partem amputaverim ussa evitandi fastidii.

Salve jam divinissime Maro, Phœbi soboles, decus Musam, orbis gloria, assertor Latii, ingeniorum altor, naturæ ea : quum poetam alium, præter te, legi video, laudari, prori, mentem statim amoveo, totus oscito, totus torpeo; si tu ;eris, laudaris, probaris, mentem illico adhibeo, excitor, cceditque quidquid instituo.

TESTIMONIA DE VIRGILIO.

P. OVIDIUS NASO, *Amor. I*, 15, 25.

TYRUS, et segetes, Æneiaque arma legentur,
Roma triumphati dum caput orbis erit.

EJUSDEM *Art. III*, 337.

t profugum Ænean, altæ primordia Romæ :
Quo nullum Latio clarius exstat opus.

EJUSDEM AD AUGUSTUM, *Trist. II*, 533.

Et tamen ille tuæ felix Æneidos auctor
Contulit in Tyrios arma virumque toros.
Nec legitur pars ulla magis de corpore toto
Quam non legitimo fœdere junctus amor.
Phyllidis hic idem, teneræque Amaryllidis ignes
Bucolicis juvenis luserat ante modis.

SEXT. AURELIUS PROPERTIUS,

Lib. II, Eleg. extr. 61 *sqq. ad Lynceum.*

Me juvet æternis positum languere corollis,
Quem tetigit jactu certus ad ossa Deus;
Actia Virgilium custodis litora Phœbi,
Cæsaris et fortes dicere posse rates;
Qui nunc Æneæ Trojani suscitat arma,
Jactaque Lavinis mœnia litoribus.
Cedite Romani scriptores, cedite Graii :
Nescio quid majus nascitur Iliade.
Tu canis umbrosi subter pineta Galesi
Thyrsin, et attritis Daphnin arundinibus;
Utque decem possint corrumpere mala puellam,
Missus et impressis hædus ab uberibus.

elix, qui viles pomis mercaris amores!
Huic licet ingratæ Tityrus ipse canat.
elix, intactum Corydon qui tentat Alexin
Agricolæ domini carpere delicias!
iamvis ille suam lassus requiescit avenam :
Laudatur faciles inter Hamadryadas.
u canis Ascræi veteris præcepta poetæ,
Quo seges in campo, quo viret herba jugo.
ale facis carmen docta testudine, quale
Cynthius impositis temperat articulis.

QUINTILIANUS, *Lib. X, cap.* 1, §. 85.

Idem nobis per Romanos quoque auctores ordo ducen-
is est. Itaque ut apud illos Homerus, sic apud nos Vir-
lius, auspicatissimum dederit exordium : omnium ejus
eneris poetarum Græcorum nostrorumque illi haud du-
ie proximus. Utar enim verbis iisdem, quæ ab Afro Do-
itio juvenis accepi, qui mihi interroganti, quem Homero
ederet maxime accedere; Secundus, inquit, est Virgi-
us: propior tamen primo, quam tertio: et hercle, ut illi
aturæ cælesti atque immortali cesserimus, ita curæ et
iligentiæ vel ideo in hoc plus est, quod ei fuit magis la-
orandum; et quantum eminentioribus vincimur, fortasse
qualitate pensamus. Ceteri omnes longe sequuntur.

ANTHOLOG. V, 74.

Καὶ φίλος Αὐσονίοισι λιγύθροος ἔπρεπε κύκνος
Πνείων εὐεπίης Βιργίλλιος· ὅν ποτε Ῥώμης
Θυμβριὰς ἄλλον Ὅμηρον ἀνέτρεφε πατρίδος ἠχώ.

STATIUS, THEB. XII, 816, *suum poema alloquitur.*

ive, precor; nec tu divinam Æneida tenta,
ed longe sequere, et vestigia semper adora.

ALCIMUS, *de Virgilio et Homero* (1).

Mæonio vati, quis par, vel proximus esset,
  Consultus Pæan risit, et hæc cecinit:
Si potuit nasci, quem tu sequereris, Homere,
  Nascetur qui te possit, Homere, sequi.

INCERTUS AUCTOR.

Tristia fata tui dum fles in Daphnide Flacci,
Docte Maro, fratrem Dis immortalibus æquas.

D. AUGUSTINUS, *de Civ. Dei lib. I, cap.* 3.

Virgilium pueri legant, ut poeta magnus, omniumque præclarissimus atque optimus, teneris imbibitus annis, non facile oblivione possit aboleri.

POEMATA DE VIRGILIO.

I.

(2) Virgilii Maronis vita, a Phoca Grammatico urbis Romæ, versibus edita.

PRÆFATIO.

O vetustatis memoranda custos,
Regum actus simul et fugaces
Temporum cursus docilis referre,
  Aurea Clio;
Tu nihil magnum sinis interire;
Nil mori clarum pateris; reservans
Posteris prisci monimenta sæcli
  Condita libris.
Sola fucatis variare dictis

(2) De hoc grammatico v. Wernsdorf. Poet. min. T. VI, P. I, p. 37

Paginas nescis : sed, aperta quidquid
Veritas prodit, recinis per ævum
Simplice lingua.
Tu senescentes titulos laborum
Flore durantis reparas juventæ.
Militat Virtus tibi; te notante
Crimina pallent.
Tu fori turbas, strepitusque litis,
Effugis dulci moderata cantu;
Nec retardari pateris loquelas
Compede metri.
His fave dictis : retegenda vita est
Vatis Etrusci, modo qui perenne
Romulæ voci decus adrogavit
Carmine sacro.

ɪnii specimen vatis veneranda Maronem
tua Romuleæ generavit flumina linguæ.
facunda tuos toleraret Græcia fastus?
tantum eloquii potuisset ferre tumorem :
ıla Virgilium tellus nisi Tusca dedisset?
: genitor figulus Maro nomine : cultor agelli,
ɜferunt alii, tenui mercede locatus.
plures figulum; quis non miracula rerum
stupeat? dives partus de paupere vena
uit : figuli soboles nova carmina finxit.
ːr Polla fuit, Magii non infima proles,
n socerum probitas fecit jam clara Maroni.
cum maturo premeretur pondere ventris,
ɔlet in somnis animus, ventura refingens,
us et vigili præsumere gaudia cura,
bei nemoris ramum fudisse putavit.
ɔor indicium veri! nil certius unquam
ea porta tulit : facta est, interprete lauro,

'id. ad Vitam Virg. a. 684. 7. L. *locati;* agelli. Heinsius.

Certa parens, onerisque sui cognoverat artem.
Consule Pompeio vitalibus editus auris,
Et Crasso, tetigit terram; quo tempore Chelas
Jam mitis Phaethon post Virginis ora receptus.
Infantem vagisse negant: nam fronte serena
Conspexit mundum, cui commoda tanta ferebat.
Ipse puerperiis adrisit lætior orbis:
Terra ministravit flores; et munere verno
Herbida supposuit puero fulmenta virescens.
Præterea, si vera fides, sed vera probatur,
Lata cohors apium subito per rura jacentis
Labra favis texit dulces fusura loquelas.
Hoc quondam in sacro tantum mirata Platone
Indicium linguæ memorat famosa vetustas.
Sed Natura parens, properans extollere Romam,
Et Latio dedit hoc, ne quid concederet uni.
Insuper his, genitor, nati dum fata requirit,
Populeam sterili virgam mandavit arenæ:
Tempore quæ nutrita brevi, dum crescit, in omne
Altior emicuit cunctis, quas auxerat ætas.
Hæc propter placuit puerum committere Musis,
Et monstrare viam venturæ in sæcula famæ.
Tum Ballista rudem lingua titubante receptum
Instituit primum, quem nox armabat, in umbris
Grassari solitum; crimen doctrina tegebat;
Mox patefacta viri pressa est audacia saxis.
Incidit titulum juvenis, quo pignora vatis
Edidit: auspiciis suffecit pœna magistri.
« Monte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus.
« Nocte die tutum carpe viator iter. »
Nos tamen hoc brevius; si fas simulare Maronem:
« Ballistam sua pœna tegit; via tuta per auras.
« Hic Ballista jacet, certo pede perge viator.

21. F. *Chelis... receptus.* 37. *In omen* Tollius recte conjicit.

montoso clausus Ballista tenetur,
·i fraudis pergite nocte, viri.
epidas tandem gressu pavitante, viator?
ırnum furem saxeus imber habet.
· vitam rapuit lapis, ipse sepulcrum
it; umbra nocens pendula saxa tremit.
ı latronis dignissima pœna coercet.
:iam mentis damnat ubique lapis. »
icis tenui prælusit funera versu :
e culex, pecorum custos tibi tale merenti
ris officium, vitæ pro munere, reddit. »
Syronem, Maro, contulit ipsa magistrum
tens, proceresque suos tibi junxit amicos.
Iæcenas, Varius, Cornelius ardent;
ıisque rapit, per te victurus in ævum.
refer, quæ caussa fuit componere libros :
t Augustus rerum moderamina princeps.
.s ultor erat patriæ : jam cæde priorum
acies legitur visura Philippos.
ıic, Magni vindex, et Brutus in armis
ıt : victor, nondum contentus opimis
ı belli spoliis ditasse cohortes,
sit miseræ florentia rura Cremonæ;
militibus pretium concessa laborum
ıit : violenta manus bacchata per agros.
us, non tela Jovis, non spumeus amnis,
ıres rapidi, quantum manus impia vastat.
, tu conjuncta loco, sociata periclis,
ıen ob meritum; miseram vicinia fecit.
ro pulsus erat : sed viribus obvius ibat

ipsa lapidum strues ei lo fuit. *Ipse* lapis. Hinc *axa*, sub quibus umbra ınquam metuens ne ob-

;. *Te sibi quisque rapit.*

69. *Jam acies*, h. exercitus, *legitur*, scribitur, paratur, in Macedoniam iterum deducenda ad pugnam faciendam. L. *Perfusos*.

78. In aliis : *quantum manus impia, vastant.*

Fretus amicorum clipeo, quum pæne nefando
Ense perit. Quid dextra furis? quid viscera Romæ
Sacrilego mucrone petis? tua bella tacebit
Posteritas, ipsumque ducem, nisi Mantua dicat.
Non tulit hanc rabiem doctissima turba potentum.
Itur ad auctorem rerum : quid Martius horror
Egerit, ostendunt; quid tunc miseranda tulisset.
Cæsaris hic placido nutu repetuntur agelli.
His auctus meritis cum digna rependere vellet,
Invenit carmen, quo munera vincere posset.
Prædia dat Cæsar; quorum brevis usus habendi:
Obtulit hic laudes, quas sæcula nulla silescant.
  Pastores cecinit primos. Hoc carmine Consul
Pollio laudatur, ter se revocantibus annis
Composito. Post hæc ruris præcepta colendi
Quatuor exposuit libris, et commoda terræ
Edocuit, geminis anno minus omnia lustris.
Inde cothurnato Teucrorum prælia versu
Et Rutulûm tonuit. Bissena volumina sacro
Formavit donata duci, trieteride quarta.
  Sed loca, quæ vulgi memoravit tradita fama
Æquoris et terræ, statuit percurrere vates,
Certius ut libris oculo dictante notaret.
Pergitur : ut Calabros tetigit, livore nocenti
Parcarum, vehemens luxavit corpora morbus.
Hic ubi languores, et fata minantia sensit :
  (Cetera deerant in exemplari.)

II.

De operibus Virgilianis incertus auctor.

Mæonium quisquis Romanus nescit Homerum,
  Me legat, et lectum credat utrumque sibi.

88. *Quid Martius horror Egerit, ostendunt;* qui *tunc miseranda tulisset, Cæsaris* huic *placido nutu repetuntur a.* Tollius et Francius

ıs immensos miratur Græcia campos :
.st minor est nobis, sed bene cultus, ager.
ı pastor, miles, nec curvus deerit arator.
[æc Graiis constant singula, trina mihi.

III.

De Virgilio.

ɜr Homerus ero, vel eodem major Homero,
:ot clades numero scribère si potero.

IV.

De eodem.

:e Syracosio qui dulcior, Hesiodoque
Major, Homeræo non minor ore fluit;
us hæc quoque sunt divini elementa poetæ,
.udit et in vario carmine Calliope.

V.

Alcinous de Virgilio.

numero vatum si quis sepònat Homerum,
Proximus a primo tum Maro, primus erit.
, si post primum Maro seponatur Homerum :
Longe erit a primo, quisque secundus erit.

VI.

De Homero et Virgilio.

gumenta, locos, versus, totumque poema.
rgilius rapuit Graio Romanus Homero.
ıeasque locum magni sibi sumpsit Ulyxis;

I. 5. *Deerit* al. *desit* melius.
V. 4. *Quisque* more seriorum pro *quisquis.*

Carthagoque fuit captis Phæacia terris.
Barbarus interimit Pallanta hic Turnus, at illic
Dat leto insignem Patroclum maximus Hector.
At Turnum Æneas Stygias dedit ire sub umbras;
Hectora magnanimum leto dat magnus Achilles.
Jurgia Drancis enim et Turni; lis illa molesta
Pelidæ magni, et late regnantis Atridæ.
Singula ludorum posuit certamina uterque;
Nec mutavit enim quidquam, nisi forte, quod alter
Quatuor in currus pandas dedit ire carinas.

VII.

C. Sulpicius Apollinaris Carthaginiensis Grammaticus in Æneidem Virgilianam.

Jusserat hæc rapidis aboleri carmina flammis
   Virgilius, Phrygium quæ cecinere ducem.
Tucca vetat, Variusque simul: tu, maxime Cæsar,
   Non sinis, et Latiæ consulis historiæ.
Infelix gemino cecidit prope Pergamon igni,
   Et pæne est alio Troja cremata rogo.

VIII.

Imitatio ejusdem: Phocas Grammaticus, ex fragmento vit Virgilii.

Carmina Virgilius Phrygium prodentia Martem
   Secum fatali jusserat igne mori.
Tucca negat, Varius prohibet: superaddito, Cæsar,
   Nomen; in Ænea non sinis esse nefas.
O quam pæne iterum geminasti funere funus,
   Troja bis interitus caussa futura tui!

VIII. 4. F. *In Ænean an sinis.*

IX.

De eadem re versus attributi Cornelio Gallo, sed scholastici poetæ, ut apparet; expressi ex eodem Sulpicio Carthaginiensi.

Temporibus lætis tristamur, maxime Cæsar,
Hoc uno amisso, quem fleo Virgilium.
Sed vetuit relegi, si tu patiere, libellos,
In quibus Ænean condidit ore sacro.
Roma rogat, precibus totus tibi supplicat orbis,
Ne pereant flammis tot monumenta ducum.
Atque iterum Trojam, sed major, flamma cremabit:
Fac laudes Italum, fac tua facta legi;
Æneanque suum fac major Mincius ornet:
Plus fatis possunt Cæsaris ora dei.

X.

De Æneide Virgilii (1).

Diruta quæ flammis olim Maro Pergama dixit,
In flammas moriens jusserat ipse dari.
Non tulit Augustus, rapuitque ex ignibus ignes,
Et tristi e busto tot sacra busta ducum.
Quæ vestra, o Teucri, Vulcanum injuria læsit?
Neptunus certe dignior ultor erat.

IX. 3. *Qui vetuit r., si tu patiare,* Ed. Ven. 1472.

5. Eadem ed. *precibusque iidem* Leg. *isdem.*

7. *Atque iterum.* Forte. *Anne iterum Trojam... flamma cremabit?*

9. F. *Æneanque tuum.* Tum *major Mincius;* magnus Minciades, Virgilius. Ornet ille carmine suo Æneam tuæ gentis auctorem. Ita vivet ille etiam post mortem, jussu Cæsaris. Alii legunt: *major nuntius.* Gallo hoc carmen tribuitur in Cod. Vatic. n. 1586. Vid. Præfat. ad frag. Vatic. pag. XIV. Cod. *Æneidemque suum,* de quo Ouwens Noct. Hag. p. 285.

X. (1) Hujus optimi Epigrammatis auctor incertus est: et illud Scaligero Ger. Vossius et post ipsum Heinsius nequidquam adscripserunt.

XI.

De eadem re veteris scholastici poetæ versus, sub nomine Augusti Cæsaris.

Ergone supremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes,
Magnaque doctiloqui morietur Musa Maronis?
Ah scelus indignum! solvetur littera dives,
Et poterunt spectare oculi? nec parcere honori
Flamma suo, dignumque operi servare decorem?
Noster Apollo veta, Musæ prohibete Latinæ;
Liber et alma Ceres succurrite: vester in armis
Miles erat; vester docilis per rura colonus.
Nam docuit, quid Ver ageret, quid cogeret Æstas;
Quid daret Autumnus, quid Bruma novissima ferret.
Arva reformavit: sociavit vitibus ulmos:
Curavit pecudes: apibus sua castra dicavit.
Hæc dedit, ut pereant? ipsum si dicere fas est.
« Sed legum est servanda fides: suprema voluntas
« Quod mandat, fierique jubet, parere necesse est. »
Frangatur potius legum veneranda potestas,
Quam tot congestos noctesque diesque labores
Hauserit una dies, supremaque jussa parentis
Amittant vigilasse suum. Si forte furenti

XI. 4. *Littera dives*, an multis egregiis sententiis refertus liber? ut mox VIII, 8, *lingua dives*, f. *solvetur litera, Divi!* Valerio Martiali tribuitur hoc carmen in Cod. Vatic. n. 1586.

5. *Nec parcere*, scil. poterit, *parcet* Ed. Ven. 1472. Eadem *ductumque operi servabit amorem*, ut al. ap. Burm. Præstat vulgata, non poterit servare, non servet, Æneidi æternitatem, qua digna est?

7. *Pulcher Apollo* alii.

12. *Arbuta formavit*, alii: male.

14. Modo, hoc eloqui, non jam nefas est! Burmannus pulchre conjiciebat: « *Ipso sic judice fas est, Et.* Ed. Ven *ut perimant ipsum, si d.* » Lector judicet.

19. *Supremaque verba*, Ed. Bas. et aliæ.

20. *Amittant* pro perdant vigilias. Ed. Ven. *amittat*, et mox. *Si forte superbus E. in morte piger*, ut alii ap. Burm. f. *si forte suprema Erravit jam morte dolor.*

Erravit in morte dolor; si lingua locuta est
Nescio quid titubante animo, non sponte, sed altis
Expugnata malis, odio languoris iniqui;
Si mens cæca fuit; iterum sentire ruinas
Troja suas, iterum cogetur reddere voces?
Ardebit miseræ post vulnera vulnus Elissæ?
Hoc opus æternum ruet? et tot bella, tot enses
In cineres dabit hora nocens, et perfidus error?
Huc huc, Pierides, nemorum per lustra loquaces
Tendite; et ardentes ignes fluvialibus undis
Mergite; ne pereat tam clari Musa poetæ,
Flammaque vanescat: vivat Maro clarus in orbe,
Ingratusque sibi! sed, quod male jusserat ipse,
Sit vetuisse meum. Sacer est post tempora vitæ:
Sicque erit æternum tota resonante Camena
Carmen, et imperii divi sub nomine vivat.
Laudetur, placeat, vigeat, relegatur, ametur.

XII.

Eorumdem versuum scholastica imitatio, per Phocam Grammaticum: ex vita Virgilii Fragmentum. Possunt verius pro var. lect. ac corruptelis superioris carminis a versu inde 22 *haberi: — lingua locuta est.*

Nescio quid, fugiente anima, non sponte, sed altis

25. F. *reddere pœnas.* Cf. Georg. I, 502.

27. *Tam sacrum solvetur opus. Tot* Ed. Basil. cum al.

29. Magna in seqq. scripturæ varietas. Ed. Ven. sic. legit: « Huc, huc, Pierides, date flumina cuncta; sapores (leg. *sorores*) Expirent in (del. *in*) ignes: vivat Maro ductus (*doctus*) ubique, Ingratusque sui, studiorumque invidus orbi Et factus post fata nitens (leg. *nocens*); quod jusserat ille, Sit vetuisse meum, satis est (leg. *sacer est* sc. Maro) post tempora vitæ. Immo sit æternus tota resonante Camena! Carmen et in populo et Divi sub numine nomen Laudetur, vigeat, placeat, relegatur, ametur! » De his varietatibus viri judicent eruditi.

35. *Immo sit æternum... et in populo Divi sub numine nomen* ad ductum cod. Heins. ad Æn. VI, 739 legit Burm. quid sub *tota* lateat, non intelligo.

26.

Expugnata malis, odio languoris iniqui:
Infertur Tyriæ post vulnera vulnus Elissæ?
Sentiet applicitos turbata Sibylla vapores
Ejurata mori? nec cingula reddet Amazon?
Di meliora date, ac sensum revocate nocentem.
Pace viri liceat tanti! nec commoda linguæ
Divitis intereant, per quam Romana juventus
Æternum floret: verum, quod jusserat ille,
Sit vetuisse meum: nam post sua tempora vitæ
Non taceat: immo æternum resonante Camena,
Laudetur, placeat, vivat, relegatur, ametur.

XIII.

Georgius Fabricius, ad Martinum Pisonem avunculum, de excellentia poetarum apud Latinos.

Cui Vatum primas dem partes, Piso, rogatus,
Quos tulit Augusti florens virtutibus ætas,
Nil dixi melius, nil sacra Æneide majus,
Pondera vel rerum spectes, vel idonea rebus
Verba, quid in vita recte praveque geratur.
Non ita Pythagoras, non mens excelsa Thaletis
Perspexit, non sic docuit schola docta Platonis,
Ponit ut ante oculos vis ingeniumque poetæ.
Quid bonus et fortis princeps, quam debeat esse
Spes in promissis plane indubitata Deorum,
Egregium exemplum est Venere Anchisaque creatus.
Quid sine consiliis ætas, amor, ira, furorque,
Audacis timidique probat miserabile fatum
Ductoris Rutuli. Dirus Mezentius hic est,
Quem telis odiisque Etruria tota petebat,
Donec fuso oculos hostiles sanguine pavit.

XII. 5. De Hippolyte nihil Virgilius habet, quod huc referas. Forte Camilla designatur Æn. XI, 648, quæ equo relicto pedes pugnat v. 710, ut *cingula* inscite pro frenis dicta sint.

Sed quid amica fides possit, laudisque cupido,
Cum socio Hyrtacidæ monstravit nobile lethum.
Hos habet a primis libris extrema tumultus
Pagina : quam late regnet vitiosa voluptas,
Troja docet Paridis deperdita propter amorem.
Nec fuit Æneæ magni sapientia tanta,
Ut blandæ thalamos reginæ linqueret ultro :
Quamvis audierat divina voce Deorum
Promitti gentem Italiæ, quæ viribus olim
Subjiceret totum justis et legibus orbem.
Ille tamen captus præsentis imagine regni,
Reginæque dolis, hærebat, donec ab alto
Missus Atlantiades abitum tentare coegit.
Quod si cum sociis mansisset stultus inersque,
Imperio natum æterno, sociosque perenni
Privasset laude, et vixisset turpiter ipse.
Ergo nigros tranasse lacus, Stygiamque paludem,
Et terra atque mari subiisse pericula, multo
Illi erat utilius, quam dulcia carpere, nardo
Tingere molle caput, Tyrio splendescere in ostro.
Ista sub exemplis alienis admonet unus
Ille poetarum egregius morumque magister.
Huic tamen adjicies alium me judice recte,
Cui lyra grande sonat, cui barbitos aurea fulget,
Quique omnes vitæ pinxit ludendo colores.
Quod non audebit pater et pallescet amicus
Dicere peccatum : seu plebs sis, sive potente
Natus rege, palam tibi proferet, atque in apertum
Eruet, excutietque animos sub vulpe latentes :
Et quam sis turpis, licet auro vestis, Eois
Dextra nitet gemmis, detracta pelle, docebit.
Derogo nil aliis, quos laudat fama, poetis :
Verum hos credo magis divino nomine dignos.

ARGUMENTA
OPERUM VIRGILII.

I.

Argumentum omnium operum Virgilianorum.

PASTORUM Musam vario certamine promit.
Ruris item docilis culturam carmine monstrat;
Arboribus vitem, prolem quoque jungit olivæ,
Pastorumque Palen, et curam tradit equorum;
Tunc apium seriem, et quæ mellis dona, recenset.
Æneas profugus intrat Carthaginis oras.
Convivis series narratur Troica belli.
Tertius at complet narrantis in ordine gesta.
Ardet amans Dido fatum sortita supremum.
Quintus habet varia tumuli spectacula patris.
Infernos Ditis Manes et regna pererrat.
In Latium Æneas, Italas simul intrat in oras.
Intonat hinc bellum tecti de culmine Turnus.
Euryalum et Nisum deflet cum matre juventus.
Mezenti interitus canitur, post funera Lausi.
Ultaque dehinc fertur telo mactata Camilla.
Turni vita fugit infernas mœsta sub umbras.

II.

Asmenii Versus in Cod. Vatic. n. 1574.

Primus habet pelagique minas terræque secundus;
Tertius errores; et amores quartus Elissæ;

I. 3. Versum non satis intelligo, nisi *jungere* est præcipiendo addere post arbores, vitium et olivæ culturam.

Quintus habet ludos; sextus deducit ad umbras;
Septimus Ausonios; Æneam octavus et arma.
Nonus at Hyrtacidem; decimus Pallanta peremit.
Undecimus Tarchon damnat; pars ultima Turnum.

III.

Argumenta Monostichis expressa.

Eneas primo Libycis adpellitur oris.
Funera Dardaniæ narrat fletusque secundo.
Tertius errores canit, amissumque parentem.
Uritur in quarto Dido, flammasque fatetur.
Quintus habet ludos, et classem corripit ignis.
Quæruntur sexto Manes et Tartara Ditis.
Septimus Ænean reddit fatalibus arvis.
Præparat octavo, bellum quos mittat in hostem.
Nonus habet pugnas, nec adest dux ipse tumultus.
Occidit Æneæ decimo Mezentius ira.
Undecimo victa est non æquo Marte Camilla.
Duodecimo Turnus divinis occidit armis.

IV.

In Æneidem Monosticha Basilii; male apud alios Ovidii.

Primus habet, Libycam veniant ut Troes in urbem.
Edocet excidium Trojæ, cladem que secundus.
Tertius a Troja vectos canit æquore Teucros.
Quartus item miseræ duo vulnera narrat Elissæ.
Manibus ad tumulum quinto celebrantur honores.
Eneam memorat visentem Tartara sextus.
n Phrygas Italiam bello jam septimus armat.

II. 6. Deb. *Tarchontem undecimus.*

III. Præfixa etiam singulis libris in Edd. Basil. et in Cod. Rom. ap. Bottar.

8. *Bellum*, pro bellum utrinque gerentibus, positum; nisi potius est : « Præparat (Æneas) octavo bellum (et) quos mittat in hostem. » Nam ab Evandro auxilia arcessit. Vid. Antholog. Latin. lib. II, Epig. 191.

Dat simul Æneæ socios octavus et arma.
Daunius expugnat nono nova mœnia Trojæ.
Exponit decimus Tuscorum in litore pugnam.
Undecimus Rutuli superatur morte Camillæ.
Ultimus imponit bello Turni nece finem.

V.

Scholastici cujusdam poetæ argumenta Æneidis sub nomine Ovidii.

PRÆFATIO.

Virgilius magno quantum concessit Homero,
Tantum ego Virgilio Naso poeta meo.
Nec me prælatum cupio tibi ferre poetæ.
Ingenio tantum si loquor, hoc satis est.
Argumenta quidem librorum prima notavi,
Errorem ignarus ne quis habere queat.
Bis quinos legerent, feci, quos carmine versus,
Æneidos totum corpus ut esse putent.
Adfirmo gravitate mea, me crimine nullo
Livoris titulum præposuisse tibi.

PRIMI LIBRI (1).

Vir magnus bello, nulli pietate secundus
Æneas, odiis Junonis pressus iniquæ,
Italiam quærens Siculis erravit in undis.
Jactatus tandem Libyæ pervenit ad oras;
Ignarusque loci, fido comitatus Achate,
Indicio matris regnum cognovit Elissæ.
Quin etiam nebula septus pervenit ad urbem,
Abreptosque undis socios cum classe recepit.
Hospitioque usus Didus per cuncta benignæ,
Excidium Trojæ jussus narrare parabat.

(1) Deest in aliis præfatio; et adscripta singulis libris argumenta cum Modestini jurisconsulti nomine; sic et in Basil. edd. Fabric. Et in Cod. Rom. apud Bottar. pag. 265.

SECUNDI.

ionticuere omnes. Tunc sic fortissimus heros
'ata recensebat Trojæ, casusque suorum :
'allaces Graios : simulataque dona Minervæ :
aucontis pœnam : laxantem claustra Sinonem :
omnum, quo monitus acceperat Hectoris, atrum :
ım flammas cæli, Troum, patriæque ruinas,
t regis Priami fatum miserabile semper :
npositumque patrem collo : dextraque prehensum
scanium, frustra a tergo comitante Creusa :
reptam hanc fato : socios in monte receptos.

TERTII.

ɔst eversa Phrygum regna, ut fuga cœpta moveri :
tque sit in Thracen primo devectus, ibique
œnia condiderit, Polydori cæde piata.
ɜgis et hospitium : ut Phœbi responsa canebant,
eptum iter in Cretam : rursus nova fata reperta
ıufragus ut fuerit Strophadas compulsus ad undas.
de fugam, et diræ enarrat præcepta Celænus :
querit utque Helenum præceptis ordine fatis,
pplicem Achæmeniden Polyphemo urgente recepit,
nissumque patrem Drepani, atque hinc inde quierit.

QUARTI.

regina gravi Veneris jam carpitur igni.
ınsulitur soror Anna : placet succumbere amori :
unt sacra deis : onerantur numina donis.
ır venatum. Veneris clam fœdera jungunt.
ıcti fama volat : monitus tunc numine divum
neas classemque fugæ sociosque parabat.
nsit amans Dido, precibus conata morari.
stquam fata jubent, nec jam datur ulla facultas,

6. *Flammas cæli*, quæ cælo *flammas Ilii*; aut *flammas*, *cædes* nt, ad cælum surgebant. F. *Troum*. Non male.

Conscenditque pyram, dixitque novissima verba,
Et vitam infelix multo cum sanguine fudit.

QUINTI.

Navigat Æneas : Siculas defertur ad oras.
Hic manes celebrat patrios : una hospes Acestes.
Ludos ad tumulum faciunt : certamina ponunt.
Prodigium est cunctis ardens delapsa sagitta.
Iris anum Beroen habitu mentita senili
Incendit naves, subitus quas vindicat imber.
In somnis pater Anchises, quæ bella gerenda,
Quoque duce ad Manes possit descendere, monstrat.
Transcribit matres urbi, populumque volentem;
Et placidum Æneas Palinurum quærit in undis.

SEXTI.

Cumas deinde venit : fert hinc responsa Sibyllæ :
Misenum sepelit : mons servat nomen humati.
Ramum etiam, ante deum placato numine, portat.
At vates longæva una descendit Avernum.
Agnoscit Palinurum, et ibi solatur Elissam;
Deiphobumque videt lacerum crudeliter ora.
Umbrarum pœnas discit narrante Sibylla.
Convenit Anchisen : penitusque in valle virenti
Agnoscitque suam prolem monstrante parente.
Hæc ubi percepit, graditur, sociosque revisit.

SEPTIMI.

Hic quoque Caietam sepelit; tum deinde profectus
Laurentum venit : hanc verbis cognovit Iuli
Fatalem terram : mensis en vescimur, inquit.
Centum oratores veniam pacemque petentes
Ad regem mittit lectos tum sorte Latinum :
Qui cum pace etiam natæ connubia pactus.
Hoc forte Alecto Junonis dissipat ira.

77. F. *Hoc Furia Alecto.* Et paullo ante f. *natæ est connubia pactus.*

ɪncurrunt dictis, quamvis pia fata repugnent.
lli caussa fuit violatus vulnere cervus.
ɪm gentes socia arma parant: fremit arma juventus.

OCTAVI.

ıt belli signum Laurenti Turnus ab arce.
ittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem,
ıi petat auxilium, et doceat, quæ caussa petendi.
neas divum monitis adit Arcada regem
randrum, Arcadia profugum, nova regna petentem.
ccipit auxilium: huic natum, et socia agmina jungit
vander. Pallas fatis comes ibat iniquis.
ımque habilis bello, et maternis lætus in armis,
ataque, fortunasque ducum, casusque suorum
ɪrtitus clipeo, divina intentus in arte est.

NONI.

tque ea diversa penitus dum parte geruntur,
unonis monitu Turnus festinat in hostem.
'eucrorum naves, Rutulis jaculantibus ignem,
ympharum in speciem divino numine versæ.
uryali et Nisi cœptis fuit exitus impar.
ugnatur: castra Æneadæ vallumque tuentur.
udacem Remulum dat leto pulcher Iulus;
it via vi: Turnus Bitian et Pandaron altum
lejicit, et totis victor dat funera castris.
ımque fatigatus recipit se in castra suorum.

DECIMI.

ionsilium Divis hominum de rebus habetur.
nterea Rutuli portis circum omnibus instant.
dvenit Æneas multis cum millibus heros.

78. F. *Concurrunt ferro*, ut Me-ag, vel *C. Rutuli, q. Fata* autem on Turno, sed Æneæ Latium cum avinia assignaverant; et cf. VII, 83, 584.

90. F. *Miratur clipeo, divina intentus in arte;* casus in clipeo expressos. Hanc lectionem libentius ego prætulerim, quia sortis nulla pars in divinis operibus.

Mars vocat, et totis in pugnam viribus itur.
Interimit Pallanta potens in prælia Turnus:
Cæduntur que duces: cadit et sine nomine vulgus.
Subtrahitur pugnæ Junonis numine Turnus.
Æneas perstat Mezenti cæde piata,
Et Lausum invicta perimit per vulnera dextra.
Mox ultor nati Mezentius occidit ipse.

UNDECIMI.

Constituit Marti spoliorum ex hoste tropæum;
Exanimumque patri natum Pallanta remittit.
Jura sepulturæ tribuit tempusque Latinis.
Evander patrios affectus edit in urbe.
Corpora cæsa virum passim digesta cremantur.
Legati referunt Diomeden arma negasse.
Drances et Turnus, leges æquante Latino,
Concurrunt dictis. Æneas imminet urbi.
Pugnatur: vincunt Troes: cadit icta Camilla.
Deinde duces castris, donec cessere, minantur.

DUODECIMI.

Turnus jam fractis adverso Marte Latinis
Semet in arma parat, pacem cupiente Latino.
Fœdus percutitur passuris omnia victis.
Hoc Turni Juturna soror confundit: et ambos
In pugnam populos agit, ementita Camertem.
Æneas volucri tardatur membra sagitta.
Anxia pro nato servavit cura parentis.
Urbs capitur: vitam laqueo sibi finit Amata.
Æneas Turnum, campo congressus, utrimque
Circumfusa acie, vita spoliavit et armis.

108. *Mezenti cæde*, h. a Mezentio facta; stragem Trojanorum ab eo editam ulciscitur. Forte fuit: *piare*, perstat in eo, ut piet, expiet, ulciscatur cæsos, morte Mezentii.

VI.

Item Argumenta in Æneidem per Hexasticha ex Vossiano codice integritati restituta.

PRIMI LIBRI.

rma virumque canit vates, Junonis ob iram,
Et totum Æcliis turbatum fluctibus æquor;
Disjectas classes, submersaque corpora ponto;
Hospitium Didus, casus quo gentis, et annos
Æneas Trojæ fatumque et bella referret;
Quorum pars terræ, pelago pars, addita fama est.

SECUNDI.

Conticuere omnes, intentique ore loquentis
Ora tenent: ac tum dolus introducitur hostis;
Et fallacis equi damnosum munus in armis,
Perfidia notusque Sinon; amissaque conjunx.
Per medios ignes ablatus sævaque tela
Anchises, oneri facilis pietate ferentis.

TERTII.

Postquam res Asiæ, disjectaque mœnia Trojæ,
Dant pelago classes, Polydori funera discunt,
Atque Heleni præcepta, fidem cui fecerat usus:
Quæ non accessus via sit tentanda, Cyclopum
Et Scyllæ rabies, et ineluctabilis unda,
Erroris que maris labor in contraria versus.

QUARTI.

At Regina, gravi pectus succensa dolore,
Ardet amore viri; clausum veneratur amorem;
Dumque capit, capitur; sentit, quos præbuit, ignes
Æneas; altum sociis et classe petivit.

18. Vid. Æneid. III, 429, 430, 688 sqq.

Exstructa Regina pyra penetralibus, instat
Morte fugam præstare: moræ nec defuit hora.

QUINTI.

Interea medium Æneas tendebat in æquor,
Mœnia respiciens caussa flagrantia amoris.
Mox Siculæ tenet arva domus, Manesque parentis
Ludorum exsequiis celebrat: quibus additur Iris,
In faciem Beroes classem flammare jubentis,
Junonem mentita dolo; namque illa monebat.

SEXTI.

Sic fatur lacrimans. Cumarum allabitur oris,
Descensusque parans adiit præcepta Sibyllæ,
Qua duce non faustum mortali limen aditur.
Hic primum mœstos videt inter cetera Troas;
Tum patrem agnoscit; discit reditura sub ortus
Corpora, Romanosque duces, seriemque nepotum.

SEPTIMI.

Tu quoque litoribus nostris, Caieta, manebis;
Servat honos nomen, pietas testatur honorem.
Caussa opus insequitur: bellum namque incipit esse,
Tyrrhidæ juvenum quod tunc conflaverat ira.
Turnus adest; monet, arma sibi contraria sumat.
Tum gentes socia arma ferunt; fremit arma juventus.

OCTAVI.

Ut belli signum cecinit, sociosque vocavit

24. Obscure dictum; *præstare fugam morte* esse videtur compensare, luere: fugiente Ænea mori: solvere quasi pœnam morte. Nam *præstare* est solvere, exæquare summam pecunia redhibita; pro fuga redhibet mortem: idque illa sine mora exsequuta est.

30. An *In faciem Beroes... Junonis mutata dolo.*

32. *Adiit*, petiit.

39. Inepte; an *Caussa operum* [...]*quitur*, ut male adumbratum si[...] Æn. VII, 481, *quæ prima labor*[...] *Caussa fuit.* Nisi malis: *Caus*[...] *opus insequitur.* Caussa, occasi[...] data, pugna fit.

40. Indocte *Tyrrhidam* pro T[...]rho posuit. Alias *Tyrrhi nato*[...] dicere potuisset.

41. *Sumat*, scil. Latinus: [...] fuit *sumant.*

Turnus, et in varias turbatus pectora mentes
Æneas Evandron adit, facit hospitis usum,
Atque operum caussas, urbis cognoscit honores :
Arma rogat, Cytherea rogat, mox accipit heros,
*Tuque opere ast piget facti labor efficit artem.

NONI.

Atque ea diversa penitus dum parte geruntur,
Iris adest; monet arma sibi contraria sumat :
Cæduntur vigiles et mutua corpora fratrum,
Nisus et Euryalus, morte et pietate fideles;
Dumque petit laudem, vincunt contraria fata.
Audacem Remulum leto dat pulcher Iulus.

DECIMI.

Panditur interea cælum sedesque Tonantis.
Alternos questus Venus ac Saturnia promunt.
Illa dolos, hæc bella, movet; sed vincitur ira
Mater : at Æneas bello non segnior instat.
Vulnere Mezenti *lædæm nam fecerat iram,
Quem tetigit virtus, superat per fata periclum.

UNDECIMI.

Oceanum interea Phœbus superaverat ortu.
Exstruit Æneas dextra quæsita tropæa,
Condit humi socios, fatum quos condidit ante.
Legati responsa ferunt, veniamque petitam
Non negat, et contra pugnat secura Camilla,
Femina cæde potens, casu temeraria tanto.

47. F. *Arma deum Cytherea rogat.* Sed in inepto carmine emendando operam ponere piget. Sequentem versum sic constituit Burmannus : « Tumque opera ista stupet; factis labor addidit artem. » Non deterior versus esset : « Neque operis pigeat, facti labor efficit arte. » Nam ille, quem recepimus in textu, omnino rejiciendus est.

50. *Sumat*, scilicet Turnus : nisi est : *sumant;* ut supra, in VII, 41.

51. Discedit a Virgilio Scholastici levitas; partim verborum proprietatem deserit.

53. Sine dubio, *petunt.*

57, 58. *Sed vincitur ira Mater.* Quo spectet nescio; nec in seqq. quicquam sani est. Videtur de Lausi et Mezentii cæde agi debere.

DUODECIMI.

Turnus ut infractos vidit cessisse Latinos,
Instat atrox pugnæ, *necæs sibi percipit hostis,
Pectore secreto violatur vulnere teli,
Æneas caussa est : illi Juturna neganti
Adfuit obsequio, quum mors finiverat iram.
Sed sua fata virum traxerunt quærere mortem.

VII.

Duodecim scholasticorum poetarum argumenta in Ænei

LIBRI PRIMI.

VOMANUS. I.

Æolus immittit ventos, Junone precante,
Trojanosque vagos Libycas expellit in oras :
Solatur Venerem dictis pater ipse dolentem.
Ænean recipit pulchra Carthagine Dido;
Cui Venus Ascanii sub imagine mittit amorem.

SECUNDI.

EUPHORBUS. II.

Cogitur Æneas bellorum exponere casus,
Graiorumque dolos, et equum, fraudemque Sinonis,
Excisamque urbem, Priamique miserrima fata;
Utque patrem impositum forti cervice per ignes
Extulerit, caramque amiserit ipse Creusam.

TERTII.

JULIANUS. III.

Post casum Trojæ fabricata classe superstes
Vela dat Æneas, urbemque in litore Thracum,

68. *Pugnæque vices* jam Oudendorpius emendavit; et mox *pectore sed recto*. Quid si : « percussa intercipit hostis Fœdera : secreto violatur vulnere teli Æneas. Caussa est illi Juturna : neganti Adfuit quio. Jam Mars finiverat i sed sua fata virum traxerunt rere mortem. »

VII. 6. *Causas* alii.

liam pulsus Cretæis condidit oris.
ͽt hinc, Helenumque videt, præceptaque discit;
ım Cyclopa fugit, sepelitque parentem.

QUARTI.

HILASIUS. IV.

amore gravi Dido, soror Anna suadet
'e: junguntur, nimbo cogente, sub antro.
ıt precibùs patrem contemtus Iarbas.
at Æneas jussu Jovis: illa dolore
iens, et amore, necem sibi protinus infert.

QUINTI.

PALLADIUS. V.

ulas iterum terras Fortuna reducit
n, tumuloque patris persolvit honorem.
cogit naves incendere Troadas Iris.
ibi linquunt socios. Venus anxia placat
ınum: somnus Palinurum mergit in undis.

SEXTI.

ASCLEPIADIUS. VI.

:am Phœbo Cumarum fertur in urbem
'hrygius, vatisqne petit responsa Sibyllæ.
ıum sepelit: post hæc adit infera regna;
:essusque patri, discit genus omne suorum,
ue modo casus valeat superare futuros.

SEPTIMI.

EUSTHENIUS. VII.

em deveniunt Laurentia Troes in arva:
ce accepta læti nova mœnia condunt.
: satam Juno furiam evocat: illa Latinos
et Æneadas bellum serit, et ciet arma.
nus auxiliis terra instruit Itala Turnum.

OCTAVI.

POMPEIANUS. VIII.

Vidit ut Æneas summa vi bella parari,
Arcadas Evandrumque senem sibi fœdere jungit;
Dardanioque duci sociatur Etruria tota.
Arma petit genetrix, dat Mulciber : in clipeoque
Res pingit Latias, et fortia facta nepotum.

NONI.

MAXIMIANUS. IX.

Ad Turnum propere Junonis mittitur Iris,
Instigatque animos : acies movet ille; Phrygasque
Obsidet : in Nymphas versa est Æneia classis.
Euryalus Nisusque luunt nece prælia noctis.
Vi Turnus potitur castris; vi pellitur inde.

DECIMI.

VITALIS. X.

Placat et uxoris dictis et jurgia natæ
Juppiter. Auxiliis instructus Troius heros
Advenit. Occurrunt Rutuli, atque in litore pugnant.
Occidit a Turno Pallas : victorque superbus
Æneæ eripitur. Mezentius interit acer.

UNDECIMI.

BASILIUS. XI.

Occisis proprium pars utraque reddit honorem.
Supplicibus Calydone satus negat arma Latinis.
Cum Drance alterno jurgat certamine Turnus.
Æneas equitem præmittit, et obvia virgo
Excipit. Extincta Rutuli dant terga Camilla.

DUODECIMI.

ASMENUS. XII.

Trojanis Rutulisque placet conjungere fœdus.
Id Rutuli rumpunt. Nato Venus alma medetur

Dictamno, Rutulique luunt perjuria victi.
Cogitur Æneæ Dauni concurrere proles,
Pallantea necem misero dant cingula Turno.

VIII.

TETRASTICHA IN OMNIA VIRGILII OPERA.

In Bucolica fragmentum ex quodam Poeta.

Tityrus agresti modulatus carmen avena;
Formosum pastor Corydon ardebat Alexin;
Silenumque senem sertisque meroque ligavit;
Pastorumque melos facili deduxit avena.

In Georgica.

Sidera deinde canit, segetes et dona Lyæi,
Et pecorum cultus, Hyblæi mella saporis.
Principio breviter ventura volumina dixit;
Intercidit opus, cœpitque referre secunda.

In Æneidem.

LIBRI PRIMI.

Arma virumque canit mira virtute potentem;
Iunonis odio disjectas æquore puppes;
Hospitium Didus; classes sociosque receptos;
Atque epulas inter casus regina requirat.

SECUNDI.

Conticuere omnes. Infandos ille labores,
Deceptamque dolis Trojam, patriæque ruinam,
Et casus Priami docet, et flagrantia regna;
Ignibus e mediis raptum deque hoste parentem.

VIII. Tetrasticha hæc primum Burmanno integra edita, quum antea non nisi quatuor primi versus legerentur. — Vss. 7 et 8 inepte adjecti esse videntur. Spectant f. ad Æn. lib II et III. Vid. Donat. Vit. Virg. §. 60.

15. F. *flagrantia tecta, Ignibus...*

TERTII.

Postquam res Asiæ deceptaque Pergama dixit;
Tum, Polydore, tuos tumulos, tum Gnosia regna,
Andromachen, Helenumque, et vasta mole Cyclopas,
Amissumque patrem Siculis narravit in oris.

QUARTI.

At regina gravi Veneris jam carpitur igni,
Venatusque petit; capitur venatibus ipsis;
Et tædas, Hymenæe, tuas ad funera vertit,
Postquam Anchisiades fatorum est jussa sequutus.

QUINTI.

Interea Æneas pelagus jam classe tenebat,
Ludorumque patris tumulum celebrabat honore.
Puppibus ambustis fundavit mœnia Acestæ:
Destituitque ratem media Palinurus in unda.

SEXTI.

Sic lacrimans tandem Cumarum adlabitur oris,
Descenditque domos Ditis, comitante Sibylla;
Agnoscit Troas cæsos, agnoscit Achivos;
Et docet Anchises venturam ad sidera prolem.

SEPTIMI.

Tu quoque litoribus famam, Caieta, dedisti.
Impetrat Æneas Latium regnumque, Latinis
Fœdus agens; sævit Juno, bellumque lacessit,
Finitimosque viros Turnumque in prælia mittit.

OCTAVI.

Ut belli signum Turnus, Mezentiaque arma,
Conscivitque duces; tum mœnia Pallantea
Æneas adit, Evandri socia agmina quærens.
Arma Venus portat proprio Vulcania nato.

22. Bene Burmannus emendat, *capitur venatibus ipsa.*
38. F. *Concivitque.*

NONI.

que ea diversa dum parte, hic diva Cybebe
ppes esse suas Nympharum numina jussit:
ryali et Nisi cædes et fata canuntur:
cerit inclusus castris quæ funera Turnus.

DECIMI.

nditur interea cælum cœtusque deorum.
n redit Æneas, et Pallas cæditur acer.
ipuit Juno Turnum, Lausique parentem
ljecit comitem mortis Cythereia proles.

UNDECIMI.

:eano interea surgens Aurora videbat
ezenti ducis exuvias cæsosque sodales,
t Latium proceres Diomedis dicta referre,
um qualis pugnæ succedat Etrusca Camilla.

DUODECIMI.

'urnus ut infractos vidisset (*et*) undique cæsos,
lltro Anchisiaden bello per fœdera poscit,
luæ Juturna parat convellere; sed tamen armis
lccidit, et pactum liquit cum conjuge regnum.

IX.

Incerti Poetæ, apud nonnullos Ovidii, Tetrasticha in Georgica.

PRÆFATIO.

lualis Bucolicis, quantus tellure domanda,
'itibus, arboribusque, apibus, pecorique, satisque
Eneadum fuerit vates, Tetrasticha dicent.
'ontineat quæ quisque liber, lege carmina nostra.

47. F. *Lausoque parentem Adjecit...*
53. Bene Burmannus; *ut infractos vidit cessisse Latinos.*

PRIMI.

Quid faciat lætas segetes: quæ sidera servet
Agricola, ut facilem terram proscindat aratris,
Semina quo jacienda modo, cultusque locorum,
Et messes docuit magno olim fœnore reddi.

SECUNDI.

Hactenus arvorum cultus, et sidera cœli.
Pampineas canit inde comas, collesque virentes,
Descriptasque locis vites, et dona Lyæi,
Atque oleæ ramos pomorum ex ordine lectos.

TERTII.

Teque, Pales, et te, pastor memorande per orbem,
Et pecorum cultus, et gramine pascua læta,
Quîs habitent armenta locis, stabulentur et agni,
Omnia divino monstravit carmine vates.

QUARTI.

Protinus aerii mellis redolentia regna,
Hyblæas et apes, alvorum cerea tecta,
Quique apibus flores, examina quæque legenda,
Indicat, humentesque favos, cœlestia dona.

X.

De Virgilii Æneide, quam dentibus discerpserat asinus.

Carminis Iliaci libros consumpsit asellus.
  Hoc fatum Trojæ est, aut equus, aut asinus.

IX. 5. Vid. Burm. Ge. I, p. 170. Exstabant iidem in Cod. Rom. ap. Bottar., sed corrupti.

12. F. *Atque oleæ, et ramos pomorum.* Vide Anthol. Latin. vol. I; lib. II; Epigr. 189.

P. VIRGILII MARONIS

INTERPRETES ANTIQUI.

E antiquis Virgilii interpretibus diligentius agere quum ıstituissem, fregit impetum, quod audieram, viros doctisıos inter Belgas cum maxime eum lapidem volvere. Ne rsus exspectationem destituam, nomina saltem, quæ mihi obtulere, apponam.

Quum de temporum, quibus vixere Grammatici, rationibus rum aut nihil constet, ad alphabeticum ordinem eos merabimus; omnino illud præfati, si diligentius inquiras, ıcissimos esse, quos data opera in Virgilium commentatos e constet. Plerique in libellis suis grammaticis verba ex gilio laudarant et illustraverant, male propter hæc in nurum Commentatorum relati. Præiverat in plerisque Ge. bricius in Auctorum a Servio laudatorum Catalogo Servia- præfixo. Add. Burmann. Sec. præf. (p. 39) et Harles Notit. . Rom. p. 233.

Parum subtili judicio inter Grammaticos referuntur *Tucca Varius,* amici poetæ, quibus negotium ab Augusto datum ıe fertur, ut Æneidem emendarent. Vid. Vit. Virg. sub f. natus V. V. §. 52 sq.

Adamantius Martyrius: quo jure inter Virgilii commentato- habeatur, ignoro; nam, quæ de Orthographia apud Casdorum ex eo excerpta sunt, nihil ejusmodi produnt.

Æmilius: apud Pompon. Sab. ad Æn. XI, 696, ubi vid. rba in V. L. Nihil de eo aliunde constat.

Alexander: in Servianis ad VIII, 330, ubi Servius ipse eum qui dicitur; quod et ap. Pompon. Sab. p. 399 extr. affirmar de VI, 100. Add. ap. eund. p. 393 extr. p. 400, 401, 402, 4. Male de Alexandro Polyhistore cogitant viri docti. Probilius est, fuisse eum, quem Maro puerum amasse, et gramaticum dimisisse narratur in Donati Vita V. §. 20, 21.

L. Annæus Cornutus, aliquoties memoratur apud Serv. ad n. I, 45, 150, 488; IX, 348 et 675, et ad Ge. I, 277, ubi cte ille vetat, contra Probum, aspirationem in *Orcus* addi,

ut sit Orchus. Apud Gell. II, 6, ubi de loco Ecl. VI, 73 : « Non« nulli grammatici ætatis superioris, in quibus est Cornutus « Annæus, haud sane indocti, neque ignobiles, qui commenta« ria in Virgilium composuerunt. » Ne tamen proprie hoc dictum putes, alter locus ejusdem vetare videri potest : IX, 8, « sed Annæus Cornutus, homo sane pleraque alia non indoctus, neque imprudens, in secundo tamen librorum, quos *de figuris sententiarum* composuit, egregiam totius istius verecundiæ laudem (*Conjugis infusus gr.* Æn. VIII, 404 sq.) insulsa nimis et odiosa scrutatione violavit. Nam... *membra* tamen, inquit, paullo incautius posuit. » Potuere igitur et reliqua in hoc vel simili opere apposita esse. Add. Macrob. Sat. V, 19. Verum tamen Charis. Instit. gr. I. Putsch. pag. 100, 37 : « Ci« vitatium. Annæus Cornutus *ad Italicum de Virgilio*, lib. X. » — Et p. 102, 25 : « L. Annæus Cornutus *in Maronis commen« tariis* Æneidis X. » — Conf. Burmann. præf. (p. 40), ubi Scalig. ad Euseb. p. 197 laudatur.

Apronianus, (de quo vid. infra Virgil. Codd. §. IV) inter Grammaticos, qui in Virgilium commentati sint, pluribus locis refertur a Pomponio Sabino; quo jure, non assequor.

Arusianus Messius; nobilis Grammaticus, seu verius rhetor, sæc. V. Cf. Saxii Onomast. T. I, p. 511, ubi vid. qui laudantur, inpr. Burm. præf. in Virg. (p. 41). Sunt ejus *Elocutionum exempla* ex Virgilio, Sallustio, Terentio, Cicerone, per literas digesta.

Asconius Pedianus, qui sub Claudio et sequentibus annis vixit, an Commentarium in Virgilium scripserit, valde dubito. Fuit ejus libellus contra obtrectatores Virgilii; teste Donato in V. V. §. 64, e quo petita esse videntur, quæ in Servio et Philargyrio habentur ad Ecl. III, 105; IV, 11, et in Vita Virg. §. 21, 64, 65.

Asper; sæpius ille in partes vocatus a Servio, etiam a Philargyrio. Ad Æn. VII, 648, *Contemtor divum.* Eum laudat Macrob. III, 5. Est *alius* antiquior, a Charisio, Prisciano, et aliis laudatus; *alius* junior. De neutro quicquam ad liquidum perductum. Pomponius Sab. p. 153, in Æn. I, 88 : « *Eripiunt subito nubes cælumque diemque :* « Æmilius Asper in hoc loco ait : Hæc membra natura sic solet jungere. » Alius apud eumdem locus est p. 400 ad Æn. VI, 114; item p. 401 et 419. Forte utroque loco leg. Velius Asper, idem qui Velius Longus. Benedictini Auctores Artis Diplom. Tom. III, pag. 153, fragmenta

ɪpri in codice rescripto detexerant, et quidem siglis scripta; iis, quæ inde apposuere, vix magnum fieri potest desideɪm amissi operis. Posuerat grammatica et poetica observata, l præcepta, subjectis pro exemplo Virgilianis verbis, vel ɪrasibus.

Avienus. In Servio ad X, 272 : « Avienus,... qui iambis scrip: Virgilii fabulas » et ad v. 388 : « Avienus, qui totum Virgiɪm et Livium iambis scripsit » nullum fundum facit, cui iquid superstruas. Ingeniose Wernsdorf. ad Poet. min. Tom. ', pag. 555 sqq. conjicit, Æneidem contractam in breve caren fuisse; alio autem loco, Tom. V, pag. 673 ad Themata rgiliana Avieni operam revocat. Non magis dixeris, quo ɪro illa de Cometis tradiderit, quæ ibid. ad v. 272 memontur. Avienus est inter eos, quos Macrobius Saturnalibus is interesse voluit; diversus utique ab altero : vide Canneet. Diss. de Aviano cap. 2.

Avitus. Donat. Vit. Virg. §. 63 : « Sunt et Q. Octavii Aviti ιοιοτελεύτων octo volumina, quibus annotantur, quos et unde :rsus transtulerit. »

Bæbius Macer, laudatur a Servio ad Ecl. IX, 47, et Æn. V, i6. Ex neutro tamen loco commentatorem Maronis agnoscas.

Calvus; vid. *Titianus.*

Caper, laudatur a Servio ad Æn. VI, 545; IX, 709; X, 788; II, 120; quo ultimo loco veram lectionem prodit *Velati limo.* ullus tamen locus probat, Caprum singularem in Virgilium ɪrum scripsisse. Est autem Flavius Caper, cujus libellos ammaticos in Putschiano corpore habemus; alii periere.

Carminius. Eum in Virgilium scripsisse, loca ap. Servium l Æn. VI, 638, 862; VIII, 406, vix probant; potuerunt oma illa in libro *de elocutione* apposita esse, quem idem Servius emorat ad Æn. V, 233. At « Carminius de Italia libro seɪndo, curiosissimus et doctus scriptor », ap. Macrob. V, 19, detur Granius esse; quod Meursius conjectavit.

Carvilius Pictor; cujus liber fuit *Æneidomastix.* Donat. Vit. irg. §. 62.

Casuus Sacerdos: ejus *Paraphrasis super sex Virgilii libris;* :m, *Trium Eclogarum V enarrationes,* cum aliis libris gramaticis fuere reperti in Cod. Bobiensi; testante Raph. Volaт. Comment. Urb. IV sub f., unde hæc prodidit Fabric. B. L. ɪl. III, p. 744. Forte Cassius Sacerdos verum nomen fuit.

Celsus, s. *Aruntius Celsus,* inter veteres Grammaticos est,

quorum excerpta in Auctorib. LL. exstant. Idem Plautum, Terentium, Virgilium, scholiis illustrasse fertur. Quæ sub nomine Celsi laudantur, quum ad Georgica spectent omnia, in Cornelii Celsi libro *de re rustica* locum habere potuisse, ut nec neges, ita nec affirmes cum Bianconio Epp. de Celso: Ep. VII. Quæ in Charisio occurrunt, pag. 180 et 191, potuere in aliis libellis grammaticis occurrere.

Declamationes in Virgilium: Serv. in Æn. X, 532.

Ti. Claudius Donatus, recentior Ælio Donato, qui S. Hieronymi præceptor fuit, Prisciano tamen et Servio, qui eum laudant, antiquior, Grammaticus: de quo vid. apud Saxium. *Vita Virgilii*, quæ ad eum refertur, si modo eum auctorem habet, fœdissime a monachis est interpolata. *Commentarius in Æneidem*, ad Ti. Claudium Maximum Donatum, filium, scriptus, partim et ipse interpolatus est, partim argutiis rhetoricis ad fastidium est refertus; quo factum adeo, ut pro supposititio habitus sit: cf. Burm. præf. (p. 37). Ferebantur in antiquioribus edd. fragmenta ex eo pauca, jam inde ab edit. Ven. 1489. Pleniorem e bibliotheca Joviani Pontani eum vulgavit Scipio Capycius Neap. 1535, unde, vix magno cum fructu ad juventutem, recudi eum curavit Ge. Fabricius Basil. 1551, rep. 1561, 1575, 1586, 1613. Multo pleniora exemplaria in bibliothecis servari, a viris doctis affirmatur. Vid. Burmann. præf. pag. 38 sq.

Eros librarius et libertus Virgilii. Donat. in Vit. Virg. §. 49.

Fabius Planciades Fulgentius de *allegoria libror. Virgilii ad Chalcidium Grammaticum*; sive de *expositione Virgilianæ continentiæ*. Primum ed. a Commelin. 1589, iterum a P. Daniele 1600, auctior e Cod. MS. et recusus a Munckero et Van Staveren in auctoribus Mythographis Latinis. Vix ullum ex eo ad Virgilium fructum speret aliquis, quum insulsissime detorqueat nominum et sententiarum rationes ad virtutis morumque occultas interpretationes grammaticus ineptissimus. Quando vixerit, parum constat, nec expedire potuit Muncker. in præf. ad eum, nisi quod Afer fuit, et Vandalis Africam tenentibus sæculo forte sexto vixit.

Glossariolum Virgilianum prisco Maronis codici subjectum invenerat Casp. Barthius, unde in Advers. XXXVII, 5, specimen proposuit. Comparando poterunt forte firmari nonnulla jam aliunde nota; alia sunt depravata et interpolata.

Gnipho. M. Antonium Gniphonem, de quo Sueton. ill. Gr. 7

memorat, in Georgica scripsisse, a Charisio proditum esse (Grammat. Putsch. p. 184, 3) aiunt; nec tamen ille locus necessario hoc infert. Omnino eumdem esse negat Burmann. præf. (p. 40). Cf. Heins. ad Claudian. pag. 180, ubi Schol. ad Ge. II, 119 MS. Leid. excitat.

« *Grillius*, ad Virgilium de accentibus scribens » apud Priscian. Putsch. p. 560, 26.

Hebrus. Serv. ad Æn. VII, 6, *Quierunt:* « Hebrus *quierant* legit. » Ad e. l. Burm. « Parrhas. Quæsit. per Epist. IV, 5, legit : Acron Helenius. » Parum tamen probabile.

Herennius; vitia Virgilii contraxerat. Donat. Vita Virg. §. 62.

Hyginus. Julius Hyginus, inter Commentatores Virgilii vulgo refertur. Forte idem ejus liber fuit, qui *de agricultura* laudatur. Gell. I, 21, de loco Ge. II, 246, 247 : « Hyginus, non hercle ignobilis grammaticus, *in commentariis*, quæ in Virgilium fecit, — (invenerat *amaror*) »; et XVI, 6, « Hyginus Julius... *in quarto librorum*, quos de Virgilio fecit. » Exscripsit Macrob. VI, 9, ubi, *in quinto librorum* legitur. Est etiam locus in Æn. VII, 187, quem ille reprehenderat, Gellio teste V, 8; fieri tamen hoc potuit aliis in libellis, ut *de Urbibus Italicis, de Familiis Trojanis*, quos Servius nec minus laudat. Ex priore utique libro petitum, quod in Servio habetur ad Æn. I, 277 et 530; VII, 47. Nescio unde petitum sit, quod in Servio legitur ad XII, 120, et ap. Jul. Sabin. ad VI, 616, pag. 401.

Junii Philargyrii, vel *Philargyri*, Scholia in Bucolica et Georgica ad Valentinianum; unde colligere licet, si modo Valentinianus Augustus is est, Valentiniani Imp. ævo eum vixisse. « Illud certe constare putabat Ursinus, eum non longe a Servii ætate abfuisse, et Virgilii chirographo usum esse, ut ex ejus commentario apparet, in quo multa proferuntur ex iis scriptoribus, qui temporibus non nisi antiquissimis exstabant. » Sunt multa quæ adversus hæc disputari possint; rem tamen in medio relinquimus. Exstant ex eo excerpta, fragmento vetusto Serviano inserta et ab Ursino exscripta. Vide infra Edd. 1587, 1589. Inde in ed. P. Danielis 1600, et a P. Burmanno repetita. Notata in eum sunt nonnulla a Jano Brouckhusio Tom. I edit. Burmann. add. ejusd. præfat. (p. 34), et ante eum Janum Rutgers. Var. Lect. VI, 15.

Julius Pomponius Sabinus. De hoc satis multa satis sunt infra ad Edd. 1486, unde rep. 1519, 1544, 1561 et al. Basil.

Martius Salutaris, a Charisio Putsch. p. 181, 18; 203, 46 ad verba Virgiliana excitatur. Sed potuit hoc in opere grammatico diversi argumenti fieri.

Melissus. Fuit utique hoc nomine grammaticus: de quo vid. Sueton. ill. Gr. 21. An vero in Virgilium commentatus sit, alia quæstio est. Quod apud Donatum Vit. Virg. §. 27 ille tradidit, Virgilium sermone tardissimum fuisse, in libris *Ineptiarum* scriptum esse potuit. Ad Æn. VII, 66, in Servio est: Melissus « qui de apibus scripsit » hoc ab indocto interpolatore insertum esse arbitror.

Modicius, a Pontano et Cerda passim ad Æneidem laudatur; noli tamen inter veteres Grammaticos eum referre. Est Gulielm. Modicius sæc. XVI exeuntis poeta et grammaticus, qui *Virgilium a calumniis vindicatum* scripsit.

Nigidium Servius laudat; non vero tanquam grammaticum, qui in Virgilium commentatus sit. Ejus *Commentarius grammaticalis* indefinite memoratur ap. Serv. ad I Ge. 120.

Nisus, grammaticus passim laudatur in Opere Putsch. Quod inter Virgilii commentatores refertur, petitum est ex Vit. Virg. Pseudodonati §. 60.

Perilius Faustinus, furta Virgilii collegerat. Donat. Vita Virg. §. 62.

Pollio. In Servianis ad Æn. VI, 554, ubi de aura ac vento in locis inferis agitur (conf. ad Ge. IV, 484): « De illo enim loco multi quærunt: *quis tantus plangor ad auras?* Sed Pollio dicit Æneæ et Sibyllæ, quas illi secum traxerant; quum constet etiam illic esse auras. » Jul. Sabinus ad VI, 134, *Bis Stygios*. « Pollio admiratur, quum Æneas esset futurus deus, cur dicat *bis*. Solvitur hoc, quia apud Homerum Ulysses vidit umbram Herculis apud inferos. » Similes itaque ineptias in Maronem contulerant, quales Porphyrii aliorumque fuere in Homerum.

Probus. *Valerius Probus* Grammaticus; qui sit inter varios Probos, disputantem vid. Burmann. Sec. præf. (pag. 35) et Tom. I Anthol. pag. 739. Probum illum veterem ex Neronis temporibus bene novimus ex Suetonii Illust. Gr. c. 24; alter fuit sæculi Adrianei. Laudatur a Gellio IX, 9, ejus judicium de verss. Æn. I, 500 sq., aliud XIII, 20, ubi Georgicorum ms. autographum Virgilii habuisse narratur. Sæpe Servio in Æneidem, semel in Georgica, memoratur; etiam Donato in Comm. in Terent. et Macrob. V, 22. Commentarius ejus in Bucolica

et Georgica circumfertur, sed nomine tantum; sunt enim, uno vel altero loco forte excepto, tenuia et jejuna excerpta, eaque interpolata, quæ primus in lucem protulit Jo. Bapt. Egnatius in edit. 1507 : « quemadmodum illa ex codice vetustissimo ms. Bobii quondam a Georgio Merula invento adnotaverat. » Repetitus inde est a multis et Servii, Donati, aliorumque commentariis fere adjectus.

Servius Maurus Honoratus, sæc. V grammaticus. De eo vid. Burmann. præf. (pag. 20 seq.) Alios, de eo qui egerint, vid. apud Saxium Onomast. Tom. I, pag. 471, add. Masvic. præf. De interpolationibus cf. Justi Specim. Obss. crit. p. 35. Commentarium in Æneidem prius exaraverat, tum in Eclogas, ultimo loco in Georgica; conf. Burmann. præf. (p. 22) et ad Ge. I, 208. Ex trinis his Commentariis habemus farraginem, bonis malisque, seriis ac nugis, adeo commixtam, ut, quid ad Servii auctoritatem referre malis, interdum vix in promtu habeas. Usus saltem ejus ad interpretandum poetam esse potest exiguus, aut nullus, nisi accesseris ad poetam ita jam literarum peritia et usu instructus, ut, quæ tollenda an relinquenda sint, perspectum habeas. Sane multa inesse ex antiquioribus Interpretibus servata, dubitare vix licet; nec minus tamen innumera a serioribus attexta. Habuit enim idem fatum Servius, quod Græci grammatici, ut essent, modo qui antiqua contraherent vel omitterent, modo qui excerptis alia, plerumque deteriora, admiscerent, aut e margine insererent. Mirum hominis est studium revocandi pleraque ad veteres Romanas religiones, Pontificias et Flaminias; nec multum abest, quin Æneam Flaminis munere fungentem exhibeat. Nullus est codex, qui omnia, quæ sub ejus nomine habemus, complectatur. Quid? quod narrant adeo codices nondum inspectos exstare ampliores iis, qui expressi sunt: vid. Burmann. præf. (p. 27); adde *de Brosses Salluste*, T. III, p. 393. Primæ editiones Servii valde erant contaminatæ; itaque per superiores ætates virorum doctorum incredibile fuit studium in congerendis undique et amplificandis laciniis Servianis. De editionibus quidem diligenter actum est in edd. Virgilii recensu. Primo statim impetu a. 1471 prodiere edd. quinque. Emendarunt Servium Phil. Beroaldus, Lud. Carbo, P. Cenninus, Jo. Calpurnius, Jo. Bapt. Egnatius. Rob. Stephanus, Ge. Fabricius, Fulv. Ursinus, P. Daniel, Masvicius, Burmannus.

Terentius Scaurus, clarissimus Grammaticus, quo jure inter Commentatores Virgilii referatur, non reperio.

Titianus. « Et Titianus et Calvus, qui themata omnia de Virgilio elicuerunt, et conformaverunt ad dicendi usum » rhetores : Serv. ad Æn. X, 18. Idem ad Æn. IV, 42, ejus *Chorographiam* laudat. Conf. de eo Cannegieter ad Avian. p. 278, et Wernsdorf P. L. M. Tom. V, p. 666 sq.

Trogus. Servius ad Æn. VI, 783, *animos æquabit Olympo*... « De hoc autem loco Trogus et Probus quærunt. » Vid. ibid. var. lect. Laudatur Reines. Epp. ad Hofmann. pag. 660; nihil tamen ibi reperies præterquam libertum Trogum ex marmore.

Urbanus. Ad decem sunt loca in Ge. et Æn. ap. Servium; unde vix licet dubitare, eum in Virgilium commentarios scripsisse.

Velius Longus, nobilis grammaticus. Macrob. Sat. III, 6: « *saxo vetusto*, Æn. III, 84, Velius Longus : immutatio est, inquit, epitheti; vult enim dicere vetustatem templi : hunc multi alii commentatores sequuti sunt. » Charis. lib. II in Putsch. p. 153, 17 : « *dixere* pro dixerunt... quam figuram alii duplicem existimant, de qua etiam Velius Longus in secundum Æneidos satis commentatus est : *Conticuere omnes, intentique ora tenebant.* » In Servianis ad Æn. X, 245 : « Longus ait: deest *venerit*, unde et ipse *spectabis* legit. »

Victorinus. Unus Servii locus ad Æn. V, 373 : *In mare purpureum*... « Unde apparet Victorinum hoc loco errasse, qui *purpureum mare* rubrum esse dixit, quod est juxta Indiam. » Est is forte Fabius Marius Victorinus sæc. IV rhetor, cujus libelli in Grammat. vet. habentur.

Virgiliomastix : apud Serv. ad Ecl. II, 22, et Æn. V, 521.

CODICUM ELENCHUS

AD QUOS QUIDEM

P. VIRGILII MARONIS ADHUC RECENSUM

ESSE FACTUM CONSTAT.

Codicum recensum dabimus qualem ipsa res offert; in plerisque exilem, modo locupletiorem. Satis enim constat, eos, qui primi veteres scriptores typis expressos vulgarunt, nec magis superioris et hujus sæculi plerosque editores, de codicum, quibus usi sunt, ætate ac bonitate, aut judicium omnino nullum, aut parum subtile, aut omnino parum ex artis diplomaticæ notionibus et præceptis constitutum, tulisse. Plerumque itaque non habes, cui recte innitaris, inprimis quoties antiquitatem codicum crepant. Expeditius judicium est de bonitate: ea enim ex ipsa lectionis exploratione et comparatione cum aliis cognosci potest; atque hoc tenere præstat. Anteit omnes codd. veneranda vetustate,

I. Codex vaticanus, Ms. 3225, in quo fragmenta nonnulla Virgilii, a Georg. III, 1 inde, servata sunt, quemque cum picturis æri incisis exscriptum ad ipsam libri scripturam exprimi curavit *Jo. Caiet. Bottarius* in volumine inscripto:

« Antiquissimi Virgiliani codicis fragmenta et picturæ ex bibliotheca Vaticana ad priscas imaginum formas a Petro Sancte Bartholi incisæ. Romæ. Ex Chalcographia R. C. A. (*Romanæ Cameræ Apostolicæ*) apud Pedem Marmoreum 1741. gr. fol. »

Inscriptus liber Benedicto XIV a Jo. Dominico Compiglia Chalcographiæ C. A. Præfecto. Sed, quæ præmissa est, erudita præfatio Bottario debetur. Primum exemplum picturarum Camilli Cardinalis Maximi (de Maximis) jussu Bartolus tabb. LV ære expresserat. Pauca ab hoc ære erant exempla ducta; in quibus quum prima pagina radio exarata vacuum literis recipiendis haberet spatium, titulus cum anno ab aliis aliter est suppletus. In Bibliotheca nostra academica est exemplum s. a. Aliud vidimus a. 1725, aliud anni 1677, 4 in Memorab. Bi-

blioth. Dresd. T. II, n. 317. Quid quod iterum 1782 Venant. Monaldinus lucrum ex eo recudendo quæsivit. Tandem præclaro consilio Bottarius totum codicem vulgare instituit.

Est autem ille codex membranaceus quadrato volumine, ad nostri fere quaternionis formam, a librario imperitissimo, quo ipso fides ejus et auctoritas tanto major est, majusculo et quidem capitali Romano rustico charactere, continuis vocibus, sine interpunctione exaratus, quam tamen recentior et indocta manus passim supplevit, picturis exornatus, quibus ille multo etiam magis, quam scriptura inter viros doctos celebrari cœpit. Scriptura deflexa est ad molliorem pronuntiationem: v. c. *impositi*, *alligat*, non *inpositi*, *adligat*. Jam quæ de Codicis ætate a doctiss. Bottario et a PP. Benedictinis (1) disputata sunt, hic quidem repetere non possumus. Si tamen hos, tamquam doctiores judices, audias, et Italis, quicquid pravum ad majorem vetustatem omnia revocandi studium comminisci jussit, condones: quantum quidem in re incerta conjectando assequi licet, non ultra sæculum V assurgere ea vetustas videtur. Nam, quod præcipuum opinionis de multo majore antiquitate præsidium a picturæ artificio ac nitore petitur, id nec magis tutum ac firmum est. Potuit enim seriore quamvis ævo bonum aliquod ingenium meliora sequi, et, si ex vetustiore libro hæ ipsæ picturæ expressæ sunt, quod certe majoris in vestibus, armis, et aliis rebus antiquitatis vestigia nonnulla suadent, antiquiorem ac meliorem rationem exprimere. Nec tamen valde vetusti moris vestigia in his picturis deprehendas, nec laudis, qua picturas illas efferunt, justas et idoneas caussas esse videas. Nec enim subtilitate linearum nec formarum elegantia illæ se commendant; ratione partium, symmetria et multo magis optices lege ac fide, peccant omnes. Inveniendi vero et ordinandi artificium omnino nullum. Sed mirationem colorum claritates et varietates facere videntur; de linearum veritate et artificio judicium ex Bartolina opera parum tuto forte instituas, quum in ea, monente Stuarto (2), multum ingenio suo indulserit bonus Bartolus. Possunt tamen vel sic nonnulla cum voluptate et cum fructu ex antiquitate rerum adspectui proponi : occurrunt templorum et

(1) *Nouveau Traité de Diplomatique*, Tom. III, p. 56, 57.

(2) *Antiquities of Athens*, p. 29 (c). Ceterum picturam viri Trojani amicti, sedentis, ex hoc codice laudari video a Pignorio Origg. Patav. cap. 12, p. 68, quam in Bottarii opere non reperio.

ædicularum formæ plures nec inelegantes, ut p. 134 aræ cum sacris. Orpheus pileo, quod mireris, Phrygio caput indutus p. 21 et 177. Navis XVI remorum, alia XVIII, alia X, aliquot XXVI, XXII remorum; si modo artificis imperitia numerum curavit. Neptunus et Venus cum sceptro ad Æn. V, 779; Urna Minois ad VI, 431 miro modo expressa p. 110; tela Circes p. 129; Juno cum Alecto p. 142; Juno Janum reserans p. 148.

Fuit hic liber, quod in fronte notatum legitur, primum *Joviani Pontani*, tum *Petri Bembi* (v. inf. de Bembi codd.), mox *Fulvii Ursini*, qui eum *bibliothecæ Vaticanæ*, cui præerat, cum aliis Codd. intulit. Neminem adhuc de hoc codice inspiciendo sollicitum ante se fuisse videri, docet Bottarius p. v. Vidit et laudat eundem Mabillonius Itin. Italic. T. I, p. 63.

II. Alter Codex vaticanus antiquissimus, Bucolica, Georgica et Æneidem complexus, nec nisi in paucis locis truncatus (1), Ms. 3867, membranaceus, charactere capitali Romano rusticiore, sive incomtiore; altiore quam latiore; punctis inter verba, sed ab indocta manu illatis. Habet et is figuras nonnullas, quas Bartolus libro modo memorato (2) ære expressit.

Etiam in hujus libri vetustate celebranda doctorum virorum studia incaluerant. Vid. Mabillon. de Re Diplom. lib. V, tab. VI, p. 352. Montfauc. Diar. Ital. p. 277, et Bibliothec. Mss. p. 3 D. Bottarius in præf. laudata, p. vj et xx. Benedictini N. Tr. de Diplom. T. III, tab. XXXV, pag. 61, 62, qui quidem sæculo IV antiquiorem esse negant. Pictura deterioris notæ et barbariem plus redolet, quam illa paullo ante memorata. Eum ex Gallia in Italiam pervenisse, et in B. Dionysii aliqua æde olim servatum fuisse, Montefalconius observaverat ibid. Laudat eum Politianus, Miscell. c. 71, 77; vid. Bottar. p. xx. Codex hic intelligendus est, quoties Pierius *antiquum* vel *Romanum* memorat, quod characterem litterarum Romano propiorem esse autumabat, h. e. capitali, qualis in marmoribus visitur. Vid. Pierius Castig. in Bucol. princ. Namque Pierius codice hoc satis quidem diligenter usus est, de quo eodem dicere videtur ad Æn. IX, 20. Iterum tamen eundem codicem cum vulgari editione, Hack. L. B. 1680, sed parum docte et accurate, quod nos res et usus docuit, comparavit; lectionis varietatem enotatam exhibuit Bottarius libro supra laudato p. 187 sqq., unde nos in var. lect. transcripsimus. Neque Am-

(1) Ecl. VIII et IX; Ge. II; Æn. II, III et V.
(2) Pag. 5, 29, 41, 43.

brogius aliunde petiisse videtur, quamquam is ipsum codicem excerpsisse videri vult. Quantum quidem nobis judicare licet, a librario valde indocto et ab exemplo nullius boni critici opera emendato scriptus est; quo tamen ipso fides ei tanto major accedit; nisi quod sæpe glossematibus contaminatus est, v. c. Ge. IV, 482, 488. Expertus etiam est manum emendatricem, testante Bottario in præf. laud. p. XXI. Ad orthographiæ veteris reconditiores rationes usus ejus permagnus esse potest, et provocat aliquoties ad eum Aldus in libro de Orthographia. Omnino diversam a Mediceo rationem sequitur, v. c. in quarto casu per *es*, ut *montes, urbes*; adeoque etiam in hoc, sed multo magis in ipsa lectione, suam familiam ducit: deduxitque nos sedula observatio tandem eo, ut omnino duas codicum familias, saltem in Æneide, deprehenderemus, alteram Apronianam (de qua paullo post) Mediceo auctore; alteram ab eo diversam, in qua princeps est Romanus, s. Vaticanus.

III. Codex palatinus, Ms. 1631 biblioth. Vatic. membranaceus, scriptura continua, uncialibus, quas Bottarius vocat, seu verius, capitalibus rusticioribus literis nitide scriptus, Bucolica, Georgica, et Æneidem complexus, sed misere truncatus et fœde arrosus. De eo vid. Bottar. præf. ad fragm. Vatic. p. v et xvj, qui et specimen codicis dedit p. 3 repetitum a Benedictinis PP. T. III, p. 63, tab. XXXV. Est is merito inter antiquissimos habendus. Ad IV aut V sæc. vulgo refertur. Qui proferuntur a Bottario bini versus ex Georg. III pr. binis vitiis librarii sunt contaminati. Hunc codicem Heidelberga cum Palatina bibliotheca in Vaticanam se advexisse narrat Leo Allatius in Animadverss. in Inghirami fragm. Antiqq. Etrusc. p. 58. Ad ejus fidem Virgilii opera in bibliopolio Commeliniano a 1589, 1599 et 1603 excusa sunt, sed, eodem Allatio monente, non bona fide: et, si codex tam mutilus est, ut fertur, aliunde suppleta. Varietatem ex ea editione passim ab Heinsio notari videas, et ex ipso codice ab Ambrogio in nupera editione Romana. Sed cum hic quidem rei criticæ nimis imperitus homo sit, fide ejus parum stari posse arbitratus sum, et, quæ quidem evolvi et comparavi, cum Vaticano fere consentire vidi. Nunc in nova recensione ipsam editionem Commelin. adhibui, et inde Codicis Palatini non contemnendam esse auctoritatem deprehendi in libb. Æneidis, inprimis posterioribus.

IV. Codex mediceus. De quo multa disputata sunt a viris doctis. vid. Noris. in Cenotaph. Pis. p. 430 sq. Mabillon. de

)iplom. p. 352. Benedictini Monachi *N. Tr. de Diplom.* T. p. 51, 52. Nic. Heinsius diss. de hoc codice ap. Burm. f. T. I, p. xxxvi seqq. ex ejus Epp. ad Reinesium in Syl- Epistolar. T. V, p. 193 sqq.; ipse Burmannus Secundus, adem præf. pag. xl. *Dissertazione del Codice Aproniano, Abbate Sestini. Firenze,* 1722—4; et Fogginius in præf.: ιque hic doctiss. vir totum codicem literis majusculis ιdi curavit, hoc titulo:

P. Vergilii Maronis Codex antiquiss. a Rufio Turcio Apro- ιo V. C. distinctus et emendatus, qui nunc Florentiæ in iotheca Mediceo-Laurentiana adservatur, bono publico s descriptus Florent. 1741—4 cura P. Franc. Fogginii. »

odex ipse exaratus est in tenuissima membrana, charactere ιtali minore, admixtis tamen nonnullis minusculis; inter- is verborum nonnullis, quamquam Fogginius (vid. præf. iv) distinctis verbis et vulgari nostro charactere quadra- um repræsentari curavit. Plures correctores expertus est; Foggin. præf. p. xiij. Est et hoc inter laudes codicis, d integer est, nec nisi ab initio ad Eclogam sextam: *Præ- s implerunt,* truncatus. Specimina scripturæ multi exhibue- omnium accuratissime Fogginius in præf. p. xv; et ex eo Benedictini T. III, tab. XXXV, II, IV; subscriptionis au- ι, quam statim memorabimus, Nic. Heinsius in præf. Vir- i Burm. p. XXXVI. Codicis hujus vetustatem mirifice extu- ınt laudibus et ornarunt viri docti. Ut breviter tota dispu- one defungamur, omne de eo judicium, post literarum ıracterem, ex adscripto sub Bucolicorum finem correcto- nomine pendet. Est is Turcius Rufius Apronianus Asterius, anno Christi 494 Consulatum gessit, et e cujus recensione ιulius emendatus Rhemis servatur. Vid. de hoc viro Noris. ıotaph. Pis. pag. 446, Tillemont *Hist. des Emp.* T. IV, cap. Fontanini Hist. litt. Aquilei. pag. 234 sqq. Relandus Fast. os. ad a. C. 494. Wilthem. App. ad Diptych. Leod. Nic. ins. ad h. l. et nuper iterum Ariolus ad Sedulium copiosa putatione, prolegom. c. V, p. 71 seqq. nam præfert ejus- m Asterii nomen subscriptio antiquissimi codicis Sedulii. versus ab hoc Asterio fuit alius Flavius Astyrius, seu Astu- ıs, verius Asterius, qui a. C. 449 Consul fuit. quod docuere lem viri docti: add. doctissimus Saxius in Onamastico p. 4. Subscriptio subjectum habet carmen, quo ille ludos a se litos memorat: quod iterum editum et illustratum vides in

Burmanni Anthol. lat. Vol. I, pag. 371. Jam cum Aproniani correctoris diversa a reliqua scriptura manus sit, et codex, quem emendandum suscipiebat, jam antehac scriptus esse debuerit, ad sæc. IV, et remotiores adeo sæc. II annos ætatem ejus rejecere viri docti, Norisius l. l. et Bottarius præf. laud. p. iv. Quid tamen ii reponendum habeant, ipsi viderint, si quis cum PP. Benedictinis, non facile nisi admodum recens scriptum librum emendatori traditum fuisse, contendat; quo ipso efficitur hoc, ut non nisi circa finem sæc. V exaratum eum codicem credere fas sit. Quid? quod, nisi scripturæ character intercederet, ex subscriptione illa ne hoc quidem tuto pronuntiare possis. Solent enim hæ emendatorum subscriptiones in ipsis sequentium librariorum exemplaribus, quæ istis emendatoribus multo recentiora sunt, repeti; quo ipso omnis earum fides et auctoritas infringitur. Exempla ejus rei, ne in his hæreamus, petat aliquis v. c. ex Wilthem. ad Diptych. Leod. App. p. 4, 10, 11. Cf. Bottarius in præf. ad Fragm. Vatic. pag. xxj. Zacharias bibliotheca Pistoriens. p. 46. De his ipsis autem subscriptionis versibus eandem suspicionem jam Muratorius conceperat ex eo, quod binis locis variæ lectiones seu glossemata adjecta sunt; Nov. Thes. Inscrip. T. II, p. 662. Inter hæc alia difficultas objicitur in hoc, quod manus illa Asterii, seu Turcii Rufii Aproniani, appicta non est, nisi ad calcem Bucolicorum : quo satis patere videtur, nec ulterius ejus operam processisse; alioqui sub finem Georgicorum et Æneidis non minus subscriptio illa apposita esse debuerat. Aut si totum opus e recensione Aproniana tamquam apographum descriptum esse dixeris, ab incuria librarii in reliquis operis partibus subscriptionem omissam esse dicendum est. Ut hoc alterum mallem factum, moverat me Julius Sabinus, qui ad Æneidem passim Aponianam lectionem laudat. Et convenit una et altera harum lectionum cum emendatione in Mediceo codice priscæ scripturæ substituta, v. c. Æn. I, 636. Hoc sequutus, multis in locis ad Æneidem Apronianam lectionem ex Julio Sabino excitavi. Enimvero in aliis (1) locis Apronianam lectionem nullam vidi esse aliam, quam genuinam Medicei codicis lectionem, quæ adeo Aproniano tribui nullo modo potest, quum is tantum correxerit librum, si modo correxit, non descripserit. Quid igitur Julius Sabinus in

(1) V. c. Æn. II, 51, *ferit;* 657, *et ferre;* III, 336; IV, 9, 27, 314, 436, 464, 551; IX, 214.

ıcio suo sequutus sit, tanto difficilius est dicere, quum idem onnullis locis Apronianum mutasse dicat, vel sustulisse ea, : in Mediceo codice relicta videas. Sic Æn. II, 76 versum ıb Aproniano esse sublatum; is tamen Mediceo accessit a ıu secunda (1). Nisi itaque Julius Sabinus admodum osci:er hac in re versatus est, dicendum est, eum aliud exem· habuisse, quod Aproniani manu emendatum aut esset, putaretur. Quid? quod idem ille ad Bucolica passim non lo lectiones, verum etiam etymologias et interpretationes oniani laudat, quas unde hauserit, nondum reperi, v. c. Ecl. III, 18: I, 6.

rimus, quem hunc librum possedisse constat, fuit Rudols Pius, Cardinalis Carpensis, sub Paullo III, P. M., qui ı Achilli Statio evolvendum permisisse videtur, cujus m disticha nonnulla fronti codicis præfixa leguntur; mox n Rudolphus eum bibliothecæ Vaticanæ legavit, ut ex Al-Orthographia latina docuere viri docti (2); e qua furto, aut casu surreptus, in Mediceam pervenit.

xpressa jam dudum ex hoc codice erat editio Paulli Maii 1583. Nuper ad eandem excusa fertur editio Ambrogia- Heinsius diligenter eum Florentiæ evolverat. *Varietatem ionis* excerptam jam 1565 vulgaverat Brixiæ Paullus Ganus.

lterum volumen Fogginius promiserat priori illi subjiıdum, in quo historiam codicis ulterius persequuturus es- in quo quæ modo disputata sunt, accuratius forte et cosius tradita fuissent.

) Alia exempla vid. IV, 273, var. lect. et 298, 528. Una est lectio IV, 663, *mediam*, quam tanquam Aproniananam laudat, quæ in Fogano exemplari non occurrit. Item alia lib. XI, 696.

:) Ea ratione hæc exposuisse videmur, qua dubitationi PP. Benedicr. l. l. p. 52 (a) occurratur; etsi vulgo Achilles Statius inter posses:s codicis refertur. Ceterum male hæc narrata sunt, si Galluzium iamus (in *Storia del Gran Ducato di Toscana sul governo de' Medici*) I, cap. 12, et Ariolum prolegom. Sedulii p. 78, s. 147. Codex erat imeliis domus de Monte (de quo dubitare licet; a Rudolpho Carsi ad eam gentem perlatum eum esse probabilius fit); Julius III ex gente oriundus codicem dono dederat Cardinali Innocentio de nte, a quo 1568 muneris loco pervenit ad Cosmum.

Jo. Pierii Valeriani codd.

V. Præter *Vaticanum* codicem supra memoratum, quem *Romanum* appellat, a Pierio excussi sunt:

Codex Oblongus, quo quidem nomine a forma voluminis ducto, ab ipso Pierio designatur, minoribus literis exaratus et ipse admodum vetus, Pierio judice. *Pomponii Læti* delicias eum olim fuisse, idem Pierius memorat ad Æn. V, 143; X, 186, 345; Georg. IV, 368, fitque mihi probabile, fuisse eundem, quem Episcopus Aleriensis in Ed. principe altera emendanda adhibuerat: de qua vid. inf. Adservabatur ille in bibliotheca Vaticana, in qua tamen frustra eum quærebat Bottarius præf. ad fragm. Vatic. p. V. Mirum est de eo nil memorari a viris doctis, quoties de claris Pomponii codicibus agunt, ut Persii, Pompeii Festi, ne Apost. Zeno quidem *Diss. Vossian.* p. 243. sq. Levat tamen desiderium Pierii in eo adhibendo diligentia.

Codex Longobardicus Pierii, quem *non piget evolvisse*, ut ille de eo monet ad Bucolic. princ. A charactere nomen impositum, qui tamen qualis sit, ex nomine vix definire ausit aliquis, cum in scripturæ notione definienda valde fluctuarint superiorum sæculorum critici.

Codex Mediceus Pierii: ab eo, quem Fogginius expressit, utique diversus, quod vel hinc colligas, quia in prima statim Ecloga a Pierio laudatur; Fogginianus vero ab initio mutilus est; etsi lectiones sunt quæ cum illo conveniunt, inpr. Æn. XII, 221 *pubentes,* quod Mediceus a Fogginio excusus in litura habet. Eum inter emendatos esse, ad Bucol. pr. Pierius testatur. Num ille etiamnum in magno illo codd. Virgilianor. numero, qui in Medicea servantur, lateat, non dixerim.

Lectiones variantes ex iisdem libris modo memoratis, quibus Pierius usus fuerat, ad editionem Juntinam, forte ab ipsius Pierii manu, notatas habuit Heinsius, memorante Burm. in præf. ad Virgil.: Pierius tamen, præter istos, nonnullos alios manu versaverat. Ita Codicem *Portium,* Codicem *Bellunensem*, ad Æn. IV, 138 memorat, *Delphium* ad Æn. IX, 651, *Palatinum* ad lib. X, 51. Etiam plures *Vaticanos* versavit manu: vid. eum ad Æn. VII, 400; IX, 102.

Codicem veterem apud *Janum Parrhasium*, et alium, *in Vaticana bibliotheca*, quem *Franc. Petrarchæ* fuisse aiunt, testem producit Pierius ad Ge. III, 348. Hic quidem an in Vaticanis

:ommemoratis lateat, definire non ausim; et an alter t cum eo, qui a P. Burmanno sub *Parrhasiano* nomine ır, non minus difficile est pronuntiare.

Llius Virgilius cum Servii commentariis, membrana-ı fronte figuris pictoris non ignobilis Simonis Senensis :us, notis et glossis a *manu Petrarchæ* valde interpola-versorum virorum doctorum penu habitus, in biblio- Papiensem, eaque 1499 direpta a Gallofrancis ad Ant. inum, et ab hoc ad *Fulvium Ursinum* pervenerat, unde s a *Frid. Borromæo* Purpurato in *Bibliothecam Ambro-* advectus fuit. Docet hoc P. Burmannus in præf. Vir- præter Montfauconium Diar. Ital. pag. 20. Bibl. Mss. ıg. 530, advocat Tomasin. Petrarch. rediviv. cap. XV, (1). Apud hunc pag. 85 Virgilius *Ant. Pirrhi*, nobilis sis, laudatur.

Herc. *Ciofanus* ad Ovid. Met. VI, 117 loco a Burmanno . notato multa de vetustissimo memorat exemplari *As-randævi*, civis Sulmonensis, quem Mureto miserat. in bibliotheca Vaticana *veterem* alium *Longobardicum*, idem cum Pieriano libro sit, ex nominis ratione judi-:rre non licet, et *alium antiquum* vidisse se narrat. m loco librum valde antiquum *P. Galesii*, alium satis ı *Ludov. Lantis*, R. antiquissimum alium *Fulvii Ursini* Fuit hic forte *Colotianus*, de quo vide paullo post.

P. Bembi liber passim memoratur; nec tamen is unus

Ambrosiana Codex Virgilii in papyro Ægyptiaca scriptus, cum æ annotationibus, a. 1796 Parisios translatus, nullus alius esse quam is, quem memoravi. Est alius Virgilii codex, quem nobi-:trarchæ manus, Lauræ mortem memorans: de quo vid. *Giov. 'delli del Petrarca e delle seu Opere* (Firenze, 1797, p. 177 sq. *)

ımuscrit dont il est ici question, écrit, non sur du papyrus d'Égypte, peau de vélin, a été rendu à S. M. l'empereur d'Autriche en 1815. Il pagné des commentaires de Servius, et enrichi de notes manuscrites n de Pétrarque.
py a eu tort d'alléguer l'existence d'un second manuscrit de Virgile, e notes de la main de Pétrarque; les expressions trop concises de lui ont probablement fait commettre cette faute. Voyez *P. Virg. Maro-*, *curante Ab. J. Valpy. Londini*, 1819 et 1820, T. VII, p. 4564. (B.)

idemque. Molestiam facit res, ab iis, qui codices manibus versarunt, tam parum diserte exposita. Omnibus diligenter circumspectis et consideratis, Virgilii codices *tres* diversos in ejus supellectili libraria fuisse invenio : *unum*, nunc in Vaticana repositum, Aldo, Pierio, et Ursino haud visum, qui fragmenta complectitur, quæ Bottarius in lucem edidit : de iis supra actum ; *alterum*, qui Lusus juveniles cum Bucolicis et Georgicorum lib. I parte continebat : e quo Culicem correxit P. Bembus. Vid. præfat. nostram ad Culic.; *tertium*, quem Ursinus cum altero illo domi suæ habebat, et *quem*, ut ille ad Ecl. VIII, 44 monet, *ex Academia Pontani, grandioribus literis exaratum, habuisse Bembum dicunt*. Ex dictis his accuratius constitui poterunt ea, quæ in præfat. Anthol. Lat. T. I, p. liij de Bembi codd. disputata sunt.

Præter tres hos codd. fuere duo alii, alter Bucolica complexus, cum notis, qui primum *Bern. Bembi*, deinde *P. Bembi* Cardinalis, fuerat, alter libros Æneidos continens, itidem cum glossis, qui a *Modesto Polentone*, Sicconis f., ad P. Bembum Card. pervenerat; quorum uterque ad *Laur. Pignorium*, et ex ejus testamento ad Dominicum *Molinum*, Senatorem Venetum, transierat. Vid. Tomasinum *Biblioth. Patav.* pag. 85.

IX. *Codex Colotianus* Fulvii Ursini, qui olim Angeli Colotii fuerat, quemque *Ursinus* bibliothecæ Vaticanæ intulit, ubi nunc num. 1575 servatur. Vide de eo Ursin. ad Ecl. VIII, 44, et Bottarii præfat. ad Fragm. Vatic. p. xj. Varietatem ex eo passim notavit Ursinus in *Virgilio collat. Script. Græc. illustrato.* Consentit in multis cum Mediceo, vide v. c. Ge. III, 235, 236. Pervetustum eum appellabat Ursinus; in fine tamen sæc. XII, scriptum censet Bottarius.

Habebat *Ursinus* præterea duos libros emendatissimos, de quibus ad Ecl. VIII, 44 memorat; scilicet Codicem *literis Longobardicis exaratum*, h. e. ut suspicor, literis minusculis passim admixtis; talem enim scripturam illo tempore ita appellare solebant; tum Codicem vetustissimum, qui fuerat *Franc. Philelphi.*

X. *Codex Barthii.* Habuit vir doctissimus tres Virgilii codices, inter quos unum vetustissimum, in cujus fine subscriptum erat : *Flavius Gennadius Felix Torquatus V. C. Rc. Romæ*

D. N. Constantio P. F. C. P. P. (Patrono Faciendum Curavit Propria Pecunia), quibus literis siglisque quamvis ignotis hoc tamen constare putabat, esse codicem venerandæ antiquitatis. Nisi vero alia opinionis suæ firmamenta habuit, hoc quidem unicum fallax et inane videri potest, quoniam in codice admodum recenti antiquiorum librorum subscriptio repeti potuit, ut supra jam alio loco animadversum est. Emendationes ex hoc codice in Eclogam X proposuit Adversar. XVIII, 16; XLI, 26.

XI. Memoravimus adhuc codices Mstos primum principes, tum quorum veteres critici mentionem faciunt. Subjungemus nonnullos, ad quorum fidem auctores *editionum criticarum* et *classicarum* recensionem suam instituisse feruntur. Et primas quidem editiones ex codicibus fluxisse uti certa res est, ita dolendum est non æque liquere, e quibus codd. illæ ductæ fuerint. Principem quidem Romanam, post alios, nec tamen valde bonos, codices comparatos, ex *Pomponii Infortunati* (h. e. Julii Pomponii Læti) *codice* fuisse emendatam, tum a nobis monebitur, quum veterum editionum annales conficiemus; quo etiam ea differimus, quæ de nonnullarum aliarum sæc. XV editionum fontibus memoranda habemus. Præclari fuere codices, ad quos *Naugerius* ed. Ald. tert. 1514 emendavit. Nec minus præclari *Pieriani* 1521. Paullus Manutius *Mediceum* expressit, 1583, uti *Palatinum* Commelinus 1699. Recensionem *Jo. Henr. Bœclerus* ad Ms. biblioth. *Argentinensis* se instituisse in edit. Ulmensi 1698 profitetur: parum tamen fructus inde ad Virgilium pervenit. Ex *Ge. Fabricii* castigatione et *Theod. Pulmanni* recensione, neutra tamen ad novos codd. facta, fluxerant fere exemplaria vulgata omnia, quæ usque ad Nic. Heinsium manibus terebantur; Pulmanniana quidem lectio regnabat in Antwerpiensibus Elzevirianis, et ceteris Belgicis. In his a *Dan. Heinsio* profectæ edd. majorem adeo incuriam produnt. Bonum factum! successit *Nic. Heinsius.*

Codices Heinsiani.

XII. Triginta Nic. Heinsius annos Virgilio recensendo impendisse et fere XXX codices consuluisse narratur. Ex his a Burmanno in præf. ad Virgilium sequentes commemorantur:

Mediceus, et

Vaticanus, alter ille n. 3867, quem tamen ipse haud in-

spexisse videtur; verum laudat eum ex Pierianis Castigationibus.

Codices *Menteliani tres*, *Jo*, *Mentelii*, Medici quondam Parisini, iique in antiquioribus habendi. Sunt illi, inprimis prior, plerumque in partibus Medicei: v. c. Æn. II, 76.

Codices *Rottendorphii tres*, qui erant Bernardi Rottendorphii, Medici. Ex iis tertius plerumque cum Gudiano et Mediceo consentit. Videtur hic esse is, qui in apparatum Gudianum migravit. cf. inf. de apparatu Saxiano.

Leidensis Bibliothecæ itidem *tres*, a Jo. Fr. Gronovio suppeditati, vetustatis nomine omnes ab Heinsio laudati. Ab his diversi fuisse videntur *duo Leidenses*, quos ipse Burmannus contulit.

Codex *Montalbanius*, quem ab Ovidio Montalbanio, Philos. Prof. apud Bononienses, dono acceperat Heinsius, ante D abhinc annos (Sæc. XIII) scriptum, quod in notis ad Æn. V, 522 eum indicasse Burmannus ipse observavit.

Codices *Menagiani duo*, ab Ægidio Menagio Heinsio concessi, quorum alter recentioris fuit notæ: Heins. ad Æ. V, 620; prior optimæ notæ.

Codex *Pugetianus*, qui Æneidem complectebatur, ex bibliotheca Gul. Pugetii, in Senatu Tolosano quondam Consiliarii Regii. Cujus variantes lectiones a Bern. Medonio ad Heinsium missæ Burmannianis notis insertæ sunt, monente Burmanno jun.

Codd. *Balth. Moreti quatuor*: inter quos primus ex optimis habendus; cf. Æn. X, 861: etiam secundus melioris notæ.

Codd. *duo Vossiani*.

Codd. *duo Ecclesiæ Hamburgensis*: admodum præclari, et alter quidem ad Mediceum fere exemplar descriptus.

Codex *Sprotianus*.

Codex *Schefferianus*.

Fragmentum *Moretanum*.

Fragmentum *Vossianum*.

Codex *Venetus*, quem Venetiis redemerat, recentior quidem, sed qui optimas suggereret lectiones.

Codex *Bigotianus*
et *Hugenianus*
inspecti tantum ab Heinsio fuere. Idem etiam Pieriana excerpta ad manus habuit, ut supra observatum est.

Tandem inter præstantiores Heinsii codd. fuit,

[. *Codex Gudianus*, forma, quam nos in folio minore qua-
appellamus, membranaceus. Foliis LXXXVIII constat,
sque habet inter lineas, a variis quidem manibus, glos-
itas; inter præstantissimos tamen a Nic. Heinsio merito
bitus, quia ex optimo exemplari fuit transcriptus; quod
ediceum fuit, aut ex eodem fonte ductum, e quo Medi-
ctio fluxerat; tam mirifice utraque inter se consentit:
quemadmodum Romanum codicem suam familiam du-
iximus, sic ab eadem stirpe procedant Mediceus, Gudia-
Rottendorph. tert., Mentelianus, Moret. pr. et sec. et
urg. pr. Nobis tamen in hoc codice diversæ manus oc-
e visæ sunt. Tractavimus enim et inspeximus Codicem
otheca Guelpherbytana, in qua nunc inter Gudiana as-
ur, ad Collegam amicissimum Kulenkampum missum;
o illud etiam aliquot foliorum comparatione cognovi-
umma diligentia ab Heinsio librum hunc excussum et ex-
m esse, quem ille a Marqu. Gudio acceperat, quum is eum
mi in Galliis redemisset. Illud forte monere non vanum
tile fuerit, in Ge. I post v. 52 non esse hiatum, ut in mar-
dscriptum est, sed transpositionem versuum. Sequuntur
versus 53—104 paullo post versus 105—130 male hic in-
. Porro Ge. II post v. 52 lacuna in oculos incurrit ad
, quam explere voluit alia, sed indoctior manus, nec ta-
olii spatium plus quam a v. 52 ad 211 capiebat. At ab
a manu jam olim idem damnum sartum esse deprehen-
in folio, quod male ad calcem, inversa quidem facie,
compingebatur liber, adsutum est; quamquam nec hoc
s quam ad vers. 234 procedit; sed frons ejus altera ab-
ugas ab recente manu recipere coacta fuit. Videtur Hein-
oc sub fragmenti Gudiani nomine laudare ad Ge. II, 82;
quod ibidem pro Gudiani libri lectione venditatur, *mi-
tque*, in recentiore illo folio, quod ante memorabamus,
r.

erum infinitis in locis turbatum est in his variant. lec-
us, quod eæ ad diversas editiones enotatæ et adscriptæ
, id quod per totum hoc variæ lectionis genus, in aliis
e scriptoribus, molestias facit innumeras, inprimisque
et diligentiam exscribentis haud raro in suspicionem
it. Valde molestum et illud est, quod Heinsius non no-
quam editionem, ad suam criticen emendatam, operis
iis excudendam tradiderit, aut quam ante oculos habue-

rit, dum *vulgatam* memorat. Unam ex Elzevirianis fuisse non dubito; probabile fit, patris Danielis fuisse. Interdum tamen Pierianam lectionem, quæ erat Aldinæ primæ vel secundæ, notæ suæ præfixit.

Codices Burmanni.

XIV. *Codices*, quibus *P. Burmannus* usus est, omnes fere sunt recentes nec magni momenti; omninoque ille sordes, ab Heinsio spretas, inani opera cum pulvisculo converrisse dicendus est.

Codex *Regius*, e bibliotheca Regia Parisiensi, Heinsio concessus, qui post ejus mortem in *Rykiana* supellectili, mox apud *Masvicium*, qui editionem suam ad eum recensuisse videri volebat, hinc apud *Hulsium*, Consulem Haganum, fuit, unde sub *Codicis Hulsiani* nomine laudatur, ut apud Masvicium sub *Parisiensis*, et tandem *Bibliothecæ Leidensi* illatus est. Antiquus valde et egregius, et Servii commentario instructus est. Vid. post Masvic. præfat. Burmannum in præfat. ad Virgil. et patrui Admonitionem de Edit. Masvic. (1).

Codex *Parrhasianus* a possessore, quem olim habuit Jano Parrhasio, qui tum variantes et notas margini adscripserat, tum multa alia in Virgilium commentatus erat, quæ a Burmanno præf. (p. 13) enarrantur. Hic Codex in bibliothecam Henr. Adriani Markii pervenerat, unde a Masvicio *Markianus* appellatur, ex hac in Hulsianam, et tandem in bibliothecam Leidensem transiit. Conf. P. Burmanni Admonit. de Edit. Masvic. Interpolationes ex eo memorari vidi plurimas.

Codex *Francianus*. P. Francius *tres* Virgilii Codices possederat. Ex *uno vetustiore* membranaceo varietatem lectionis a Jano Brouckhusio excerptam et editioni Commelin. 1646, 4, adscriptam cum Burmanno communicaverat D'Orvillius, penes quem etiam *alterius* Codicis membranacei Franciani fragmentum a medio Æn. I ad medium libri VI fuit. *Tertius* satis vetustus, qui Æneidem complectitur, utrum idem sit, qui nunc in Amstelædamensi bibliotheca adservatur, dubitatur a

(1) Probabile mihi fit, hunc esse codicem, quem nuper narrabant a Gallofrancis esse vindicatum et bibliothecæ Parisiensi iterum assertum.*

* Ce manuscrit, qui n'avait été que prêté à Heinsius, a été réclamé par le ministre des affaires étrangère du roi de France. D'après cette simple demande, il est rentré dans la collection des manuscrits de la Bibliothèque du roi. (B.)

manno Secundo. Omnino ad infimi ordinis codd. viden-
Franciani esse ablegandi; quæ enim ex iis laudantur, sunt
a plerumque vitia, aberrationes et indoctæ interpolationes.
odex *Tollianus*. Sub hoc nomine laudantur var. lect. in
rgica a Jac. Tollio ex Cod. papyraceo bibliothecæ Teuto-
gensis collectæ, et editioni Commelin. 1646 adscriptæ,
m D'Orvillius Burmanno excerpendam commiserat. Nunc
ripsit codicis habitum et variam lectionem enotavit dili-
er H. A. *Grimm* in Withofii *kritischen Anmerkungen* I *Stück*,
120.
odices *Leidenses duo*, quos ipse P. Burmannus contulit.
odex *Zulichemius*.
odex *Vossianus*, an unus ex iis fuerit, quibus Heinsius usus
mihi non liquet.
odex *Grævianus*; qui admodum recens fuisse videtur.
odex *Oudartii*.
odex *Vratislaviensis*, bibliothecæ Elisabethanæ, e quo var.
editioni L. B. 1652 manu Jani Gebhardi adscriptas e
niis Heinsianis habuit Burmannus.
odex *Wittianus*, e supellectili librario Jo. de Witt, Civit.
stelæd. quondam Judicis, cum Burmanno communicatus.
odex *D'Orvillianus*, recentioris ætatis, e quo varietatem
ionis excerptam ad P. Burmannum miserat D'Orvillius.
t is ex inquinatissimis, nec dignus e quo mera librariorum
a enotarentur.
odex *Wallianus*, aut potius fragmentum codicis a libro
II, 310 ad v. 150 libri VI, ab imperito et festinante libra-
perscriptum, et glossis plurimis coinquinatum, nec tamen
nendum; quod ab Hermanno van der Wall ad D'Orvillium
sierat. Contulit illud Burmannus junior cum edit. Masvic.
odex *Claramontanus*, membranaceus, Claramontii Eccle-
Gallicanæ olim ministri, e quo lectiones diversas Jo.
tzenius enotaverat.
odex *Lubecensis* ad Æn. X, 50, laudatur. Ceterum ex his
d. multi aut non fuere integri, aut certis tantum in locis
ecti.

V. In editione Edinburgensi ex recensione Alex. *Cunin-*
mi 1743 a Viro docto nescio quo curata varietates non-
læ e *tribus* codd. adnotatæ sunt. Persuaserat sibi editor,
inghamum hos codd. inspectos contulisse. Enimvero *Wad-*

delii codex est nullus, sed sunt Ge. Waddelii conjecturæ in Animadverss. criticis ab eo propositæ. *Duo* autem codd. *Hulsiani* nulli alii sunt, quam codex *Parisiensis Regius*, et *Markianus* seu *Parrhasianus*, de quibus paullo ante dictum est, e quibus varias lectiones in edit. Masvic. excerptas ante oculos habuit Cuninghamus; quantum assequor, Codices non vidit. Neque ille edd. veteres 1472 et 1474 ipse inspexisse videri debet; prostant lectiones excerptæ in edit. Martin. Scilicet

---

XVI. *Jo. Martinus* (*Martyn*) in sua Georgicorum recensione 1741 et 1746 septem codicum a se comparatorum varietates habuit. Sed viro doctissimo, cujus alioqui laudibus nihil detractum velim, acumen fere criticum, omninoque hoc accuratioris eruditionis genus, defuit; itaque nec satis accuratam in iis libris excerpendis, neque in antiquis editionibus, quas plures, admodum raro obvias, apud se habuit, excutiendis operam locasse videtur. Ita nec minus in notis, inter plurimas egregias observationes, multa valde vulgaria operose exponi videas. Sunt autem codicum Martinianorum, e quibus tamen nihil, quod insignioris notæ esset, prolatum memini, nomina in præf. ad Georgica nude enumerata:

Codex *Regius*, e bibliotheca Regia Londinensi.
Codex *Cantabrigiensis*, e bibliotheca Regia Cantabrig.
Codex *Bodleianus*, e biblioth. Bodlei. Oxoniensi.
Duo *Arundeliani*.
Duo *Meadiani*; quos olim ab immortali viro, Rich. Meadio, sibi oblatos P. Burmannus neglexerat, ut e præf. ad Virgil. apparet.

XVII. Sunt quoque editiones, in quibus variæ lectionis apparatus apponitur non ex novo et intacto fonte ductus, verum tamquam e diversis venis in unum alveum corrivatus. Ejusmodi silvula variæ lectionis ex aliis edd. congestæ subjecta est ad calcem edit. Knapton. Aliæ in antiquioribus: ut in edd. Fabricianis et Basileensibus, tum in Henr. Stephani edit., porro in edd. Pulmann. Mox in Elzevir., ut 1622, 1636, subjectum video ad calcem animadversionum libellum, in quibus loca, perpauca tamen, constituuntur, maxime e Florentis Christiani, Josephi Scaligeri, Petri Scriverii et Dan. Heinsii critica.

XVIII. Præclara aliqua et rari exempli humanitate ac bene-
olentia b. Jul. Car. Schlægeri, usibus nostris oblati et ad nos
nissi sunt Codices e *Bibliotheca Gothana* tres,

Primus pergam. octonis cont. Bucolica, Georgica et Ænei-
em. Ad calcem Calpurnii Eclogæ septem; nitide scriptus,
teris initialibus auratis, recens tamen, et vix ante sæc. XV
riptus, ab indocto satis librario, e bono tamen libro; bonam
nim plerumque lectionem exhibet.

Alter chartaceus, fol. admodum recens, nec ex optimo exem-
lari; habet tamen lectiones interdum vix alibi obvias. A re-
entiore manu glossæ inter lineas adscriptæ; multa etiam,
odo in meliorem, modo in deteriorem lectionem, emendata.
ræmissa et in primis paginis et sub principia librorum vul-
aria in Virgilium carmina et argumenta, et sub calcem sub-
ecta sunt Moretum et alia minora, quæ sub Virgilii nomine
eruntur, carmina, etiam nonnulla aliena, quemadmodum
ecentioris alicujus poemata funebria, quorum compilator
dscriptus est: *Doctor hans Mellerstatt.* Tandem Servius sub-
ungitur, sed recentiore et horrida scriptura. Ad commentarii
n Georgica calcem subscribitur: *Per Casparem Philippi de
lressden anno dni* MCCCCLXI°. Idem nomen, sed sine anno sub
inem Commentarii in Æneidem adscriptum; quem *Fabii
Planttæ de Fulgentio* (Fabii Planciadæ Fulgentii) *Expositio
philosophica Æneidos Virgilianæ* excipit. Est is notus libellus de
continentia Virgiliana. Hunc Codicem memoratum videas in
Cypriani Catal. Codd. Bibl. Goth. p. 82, n. CCXXXVI, et al-
terum, qui sequitur, p. 106, n. LIV.

Tandem *tertius* octonis forma oblonga, continet Æneidem,
multis scripturæ compendiis, et valde vitiose exaratus, fre-
quentibusque lituris et indoctis emendationibus passim inter-
polatus. Ad XIII tamen vel XIV sæculum adsurgere ejus ætas
videri potest. Hos tres codd. comparavit et lectionis varieta-
tem ad marginem edit. Gotting. excerpsit *Jo. Ge. Meusel,* illo
tempore (1766) juvenis, Seminarii philologici sodalitio ad-
scriptus, nunc in Academia Erlangensi Historiarum Professor
de literis historicis meritissimus, Principi Marchioni Brandenb.
a Cons. aul.

XIX. Obtulerat mihi exemplo humanitatis haud vulgari,
nec appellatus, *Saxius,* conterraneus meus (nam in iisdem
Chemniciensis soli apud Misenos finibus, in quibus Ge. Fa-
bricius natus erat, lucem uterque adspeximus), Virgilium va-

rietate lectionis instructum, quam ex autographo Cortiano olim vir doctissimus adscripserat. Erat illa ex XV codicibus congesta, quos tamen *Cortius* non omnes inspexisse videri debet, præter Guelpherbytanos, quos ad se missos eum habuisse probabile fit. Cortium Virgilio recensendo animum appulisse, ex Thesauro La Croziano noram Tom. I, pag. 88. Codices autem, quorum variantem lectionem conscripserat, hi erant:

1. Vetus *Gudianus* (de quo sup. p. 443).

2. Alius *Gudianus* ejusdem ætatis et formæ, nisi quod litteræ vetustate attritæ passim evanuerunt. Incipit cum Georg. IV, 70; et deficit Æneid. lib. X, 123. Notatur inter Gudianos No. 107 (66).

3. Etiam *Gudianus* N. 131 (164) olim Rottendorfii (adeoque inter eos, quos Heinsius comparavit) in membrana scriptus manu satis vetusta, ita ut ætatem annorum quingentorum ferre videatur: habet omnia Virgilii.

4. Quartus *Gudianus* No. 109 (238) membranaceus, quaternionibus, continet tantum Georgic. libros.

Sequuntur e bibliotheca *Guelpherbytana* sex:

1. No. 82, 10 membran. 12, qui Bucolica tantum habet, sed vetustus.

2. No. 63, 5 duodenis oblongis. Bucolica et Georgica ejusdem ætatis.

3. No. 9, 11 membranac. in 4, sed recentior.

4. No. 11, 3 membr. in 4 recentior, antecedente tamen antiquior.

5. No. 8, 14 membr. in 4 recentior.

6. No. 7 fol. chartaceus; in fine adscriptum, esse eum exaratum a. 1457.

Porro duo codd. *Petri Danielis*, qui nunc *Bernæ* inter *Bongarsianos* adservantur. Alter vetustior Georgica, tum Eclogas, tandem Æneidem exhibet, sed in libro V, deficit, alter recentior est. Sunt adeo ii, quos Jo. Rud. Sinner in Catalogo Codd. Mss. biblioth. Bernens. memorat pag. 631, n. 184; pag. 633, n. 411, etsi diversa ab istis narrari hic videntur. Idem Vir. Cl. p. 626—635 codices Virgilii alios ex eadem bibliotheca commemorat; de codicum tamen bonitate judicium inde facere vix licet, nisi quod satis recentes esse videntur.

Etiam *duorum Hamburgensium*, quos cum vulgata lectione

Heinsius contulerat, varietatem adscripserat Cortius; tandem *Basileenses* veterrimas membranas in Eclogis, Georg. I et Æn. XII, 7, inspexerat. Diu hærebam animi dubius, quid his copiis facerem, cum jam in altero volumine Virgilii versarer, quando illæ ad me pervenere, neque consultum videretur, in instituto aliquid mutare; mox vero, excusso illo opiparo apparatu, intellexi, si meo consilio in recensendo Virgilio obtemperare vellem, ne quidem apponi a me posse hanc variantis lectionis silvam; meliores enim ex iis membranis jam Heinsius diligenter comparaverat; ceteræ fere recentiores sunt, et varietas hinc decerpta ad lapsus fere librariorum et errores sollennes redit, quorum enotatione Virgilium jam sic nimium oneratum videbam, nec fructum exspectare poteram, quem inde percipere liceret, si, inprimis in lectione jam dudum recte constituta, nec dubia aut obscura, vulgares librariorum allucinationes sexcenties recoquerem. Ita sæpius tædio ac pœnitentia victum me memini, quod lectionem librorum Gothanorum apponere institueram. Per totum enim Virgilium vix unum locum novi melius ex iis constitutum. Persequendum tamen erat religiose, quod semel receperam. Inspexi itaque Cortianum apparatum tantum in locis salebrosis, atque adeo sic quoque humanitatis et gratiæ meritum viri præstantissimi in me esse summum profiteor. De Cortii conatu vid. Harles. Notitia litt. Rom. p. 248.

XX. Bibliotheca *Academiæ Juliæ* apud Helmstadienses duo servat Virgilii exemplaria calamo scripta, sed et hæc recentia, nec ullo aut studio librariorum, aut doctrina insignia. Liquido hæc cognoscere licuit, quandoquidem J. C. Wernsdorfius, Professor de ea Academia præclare meritus, Principi Duci Brunsvic. a Consil. aul., utriusque codicis accuratam notitiam cum specimine perhumaniter ac benevole ad me misit.

Alter chartaceus est, pulchre exaratus, sed parum docte, Bucolica, Georgica, et Æneidem complexus, subjectis inter Georgica, et Æneidem variis poematibus minoribus et catalectis: ad hæc itaque lectionem ex eo notatam videas. Sub Georgicorum finem subnotatum: *laus deo Henricus Hopf* 1454, et ad calcem Æneidis: *h. h. ich wart der Zeit* 1454, ad finem autem Catalectorum 1450.

Alter membranaceus est in forma oblonga, Æneidem tantum continens, spatio inter lineas, et margine, scholiis, sed vulgaribus et jejunis, occupato. Membranas multo usu attritas esse

et sordidas narrabat vir doctissimus, ita ut etiam suspicaretur, ludi magistri alicujus usibus id exemplar inserviisse. Præmissa est Pseudopindari Thebani Epitome Homeri.

XXI. Pervenere ab illo inde tempore, quod in prima editione paranda consumseram, ad me nonnullorum codicum notitiæ, virorum doctorum res nostras juvandi studio. Fuit in his codex bibliothecæ Fridericianæ apud *Erlangenses* chartaceus; alius membranaceus academiæ *Giessensis*, qui olim inter Uffenbachianos fuit (v. Biblioth. Uffenbach. P. IV, p. 222), prolusione academica descriptus ab Andr. Boehmio, Prof. et Biblioth. Acad. Giess.; alius membranaceus Onoldi, in bibliotheca Marchionis Sereniss. De Codice *Koehleriano*, quem aliquoties memoravimus, nuper in bibliothecam Georgiæ Augustæ illato, narrationem habemus a viro doctiss. I. G. Guil. Koehler, Adjuncto Philos. Ord. in Univers. Ienens. (nunc sacri cœtus Curatore in Diœcesi Ansbacensi), conscriptam 1771. Est ille e recentissimis, et sub ipsa typographiæ initia scriptus Romæ sub Paullo II, cum fide quidem, sed ab indocto homine, nec ex optimo exemplo. Ex lectionibus certe excerptis paucas utilitatem criticam habere vidi (cf. *Götting. Gelehrte Anzeigen* 1771, p. 1096).

XXII. Dudum mihi innotuerat Codex *Erfurtensis* e libraria supellectili Cœnobii Portæ Cæli, misso quoque ad me lectionis specimine, unde intellexi ex eodem eum cum Gothanis fonte fluxisse. Audieram mox a viro doctiss. *Jo. Frid. Degen*, A. M. Gymnasii Ansbacensis Collegio adscripto, repertum codicem, cujus descriptionem ipse dederat Progr. 1785. Ab ejus humanitate facile impetravi lectionis varietatem, moxque animadverti, essse hunc eundem codicem cum Erfurtensi; ex claustro itaque suo pervenerat ille ad Illustrissimos Comites de Schönborn, servaturque nunc Gaybaci in tractu Franconiæ Steigerwaldensi. Criticus usus codicis aut nullus, aut exiguus est; quum indocte scriptus, nec minus indocte correctus et interpolatus sit a pluribus. Varians utique lectio e meris vitiis pravæ scripturæ constat; et, si qua est tolerabilis lectio, aut ex errore eam profectam esse facile intelligitur, aut jam ex aliis codd. illa est enotata. Inserui tamen potiora suis locis.

XXIII. Oblitus sum monere, etiam Brunckium tractasse codicem; *vetustas probæque notæ membranas* appellat ipse, Seminarii Episcopalis urbis Argentoratensis. Memorabiliorem aliquam lectionem ex eo proferri non memini.

XXIV. Codicum Virgilianorum, qui *nondum cum vulgata scriptura comparati* in bibliothecis passim latent, incredibilis numerus e bibliothecarum catalogis virorumque doctorum commentariis excitari facile possit. Maximam tamen partem vix digni sunt, in quibus conferendis bonam horam perdas. Ad pueriles enim et scholasticos usus plerique fuere scripti, inprimis Bucolicorum codices. Itaque nullus omnino fructus inde exspectandus (1). Indignum autem studiis his, quibus judicium et sensus acui debebat, stupores barbarorum monachorum religiose enotare, et non tam variantium lectionum, quam sordium monachicarum mole rem criticam onerare (2). Itaque nemini facile auctor sum, ut Virgiliani codicis varietatem enotandam sibi sumat, nisi ante omnia paucarum paginarum comparatione facta constiterit, ex bono eos exemplari transcriptos esse; etsi Virgilii lectionem nunc ita constitutam esse arbitror, ut, quæ ei vitia insident, nullius codicis auxilio tolli posse sperem; ex optimis autem codd., si qui adhuc forte supersint, si consulere eos licuerit, vix multas lectiones memorabiles nondum visas enotatum iri suspicer.

Bottarius in supra memorata præf. ad Fragm. Vatic. recensum XLII Codicum dedit Virgilii, qui in bibliotheca *Vaticana* servantur, e quibus non nisi tres aut quatuor a viris doctis inspecti sunt. Apud Montfauc. Bibliothec. MSS. p. 108, 152, 192 alii sub aliis numeris laudantur, qui an iidem sint, non constat. In bibliotheca *Medicea* ad XXXIII Codd. latere ex Montfauc. Biblioth. MSS. p. 318, 319 apparet, quorum recensum instituere, et antiquiorum specimina subjicere volebat Fogginius in altero Vol. Virgilii Medicei. Vid. præf. p. XIII. Sunt inter eos Codd. Franc. *Sarsetti*, Guidant. *Adincarii*, Ge. Ant. *Vespuccii;* sunt nonnulli scripti a Jo. *Carpense*, Cive Ferrarien-

(1) Vide v. c. var. lect. e Cod. Dantiscano ap. Lengnich. *Nachrichten zur Bücher-und Münzkunde*, II, Th. 1782.

(2) Præclarus est locus Chphori Plantini præfat. ad Jul. Cæsarem a se editum: « Quæ enim finis... quousque paginas omnes obsidebunt variæ et vanæ sæpe lectiones? — Excutiuntur profecto scriptores ipsi e manibus, dum avida juventus ad hæc diverticula abit, et *πάρεργα* ista curat velut Ἔργα. Quam multi jam qui libros tantum legunt, ut emendent? ut illos meliores faciant, non ut sese? Itaque toti in voculis, aut syllabis aliquot examinandis sunt; et segetem illam uberem rerum sententiarumque subter habent, paleis modo lectis. »

si, a P. *Pugliense*, a Fratre Jac. *de Vulterra*. *Ferrariæ* in bibliotheca PP. Carmelitarum S. Pauli servatur Codex Mstus Virgilii Æneidis scriptus a. 1198 ornatus picturis, seu miniaturis Magistri Joannis de Aligherio monachi: de quo v. Historiam Gymnasii Ferrariæ P. 446, 447 et 430. In *Ambrosiana* XXIV volumina ad Virgilium spectantia a Montfauc. Biblioth. MSS. p. 524 B; in *Regia Parisiensi* supra XL in Catalogo MSS. Bibliothecæ Reg. Paris. inprimis a n. 7925 sqq. ad 7970; in Biblioth. *Bernensi*, ut jam supra monui, a Sinnero XIV codd. memorari videas, p. 626 sqq.

Apud *L. Concannon* Esq. Londini codicem Æneidis e domo Medicea asservari audieram, nitide scriptum. E specimine tamen, misso ab amicissimo viro, G. H. *Nöhden*, intellexi usum ejus criticum vix magnum esse posse.

In bibliotheca *Palatino-Bavarica Monacensi* codices asservari noram. Eximia Ignatii Hardt, Presbyteri et bibliothecarii aulici, humanitate notitia eorum ad me allata est hæc:

« Codices, inquit, sunt numero quinque:

« Cod. LIX membranaceus in folio: membrana mollis et candida, tituli miniati, et initialis prima colore et auro ornata, character nitidissimus Sæculi XV. Constat foliis 355. Præmissæ sunt tres picturæ triplici poetæ operi adaptatæ; quarum prima pascua, altera agriculturam, tertia bella exhibet.

« Cod. CCLXI chartaceus in folio, charta candida et solida, scriptura nitida Sæc. XV cum glossis interlinearibus, et marginalibus; titulis et initialibus rubris; ex bibliotheca *Hartmanni Schedelii*, Doctoris Norimberg. qui notas marginales adjecit. Constat foliis 242.

« Cod. CCCV membranaceus, in folio, titulis et initialibus miniatis, charactere longobardico nitidissimo, usu tritus, cum glossis interl. et scholiis marginal. ætatis fere ejusdem, atramento flavescente. Constat foliis 223. Sæc. XI.

« Cod. CCCXIX membranaceus, in fol. membrana subtili, titulis et initialibus miniatis, auroque distinctis, cum notis marginalibus et interlinearibus *Hartmanni Schedelini* Norimberg. Sæc. XV scriptus a Nic. Anastasio de Bucellis de Florentia. Constat foliis 205.

« Cod. DXXIII membranaceus, membrana vetere et mucida, in quarto oblongo, charactere minuto nitido, initialibus miniatis, scriptura abbreviata, cum nonnullis brevibus notis

Sæc. XIII. Constans foliis 73, usu tritus, male conservatus, ita ut desiderentur Ecloga I, IV, V, VIII, IX.

« Omnes continent Bucolica, Georgica et Æneidem. In CCLXI et CCCV etiam Moretum, Mæcenas, Diræ, Copa, sunt adjecta. »

XXV. Duo sunt Codices omnium vetustissimi ac præstantissimi, quorum tamen non nisi exigua fragmenta supersunt. Unus est celebratissimus ille *liber Sangermanensis* n. 1287, in quo antiquioris scripturæ erasæ et inductæ, dum ei Catalogus Viror. illustr. Hieronymi sæculo VII superscriptus est; vestigia passim Commentarium Aspri in Virgilium antiquissimo ac pulcherrimo capitali plane charactere produnt. Vid. PP. Benedictinos N. Tr. de Diplom. T. III, pag. 152. Alterum est *fragmentum Pithœanum*, litteris capitalibus grandioribus, quales nullos ullo in Codice videas. Ejus specimen dedit Ruinartus in app. inserta Mabillonio de Re Dipl. p. 637, 635, unde repetitum in N. Tr. de Diplom. T. III, p. 41, tab. 34. In bibliotheca *San Gallensi* codicem esse audieram rescriptum, in quo veteri Virgilii scripturæ deletæ superscripserat alia manus Augustini nonnulla. Dederat hoc amori suo in me vir humanissimus Christophorus Girtanner, M. D., ut particulas aliquot antiquæ lectionis restitueret; unde comperi scripturam esse valde antiquam capitalem Romanam; nihil tamen occurrere, quod non dudum e codd. teneamus.

Sed satis de Codicibus scriptis: etiam de editionibus nonnulla monenda sunt. Verum antequam accedam ad eas, subjiciam Indicem eorum cod., qui in Var. Lect. passim laudantur, vocum compendiis plerumque memorati.

NOTATIO CODICUM

QUI IN VARIIS LECTIONIBUS LAUDANTUI

Edd. *Veneta* Maitt. et Burm. est 1472.
Mediolanensis eorumdem est 1474.

NOTICE RAISONNÉE
DES ÉDITIONS DE VIRGILE
PAR M. HEYNE,

AVEC DES NOTES ET DES ADDITIONS

PAR M. BARBIER,

ADMINISTRATEUR DES BIBLIOTHÈQUES PARTICULIÈRES DU ROI,
ET BIBLIOTHÉCAIRE DU CONSEIL D'ÉTAT.

AVERTISSEMENT.

La Notice raisonnée des Éditions de Virgile, composée par M. Heyne, est un des meilleurs ouvrages de ce genre ; nous avons dû la reproduire dans son entier. Nous nous sommes permis seulement d'y ajouter des notes, pour redresser quelques inexactitudes, ou compléter quelques renseignements, et un supplément pour les éditions publiées depuis la mort de ce savant.

Ce célèbre éditeur n'a pas cru devoir parler des traductions de Virgile publiées en diverses langues. Dans une édition de sa Notice faite à Paris, cette omission serait répréhensible, sur-tout quant aux traductions françaises de Virgile. Nous ajouterons donc aux détails que donne M. Heyne sur les éditions de Virgile, l'indication des traductions françaises qui en existent, soit en vers, soit en prose. Nous nous contenterons de faire connaître les principales traductions publiées en d'autres langues.

DE VIRGILII
EDITIONIBUS.

---

sUM elenchos instituere, res est tum omnino valde dif- molestiæ ac tædii plena, tum multo magis in Virgilio, pographicæ inde artis initiis nullo non anno, et inter- r quaterve, typis excusus fuit. Quod operæ genus, iam non tam morosi sumus, ut cum P. Burmanno in *tione de Masvic. edit.* plane aspernemur, ne tum qui- uum nihil feceris aliud, quam ut editionum undique unum in locum congesseris; habet enim hæc ipsa res historiam litterariam, qua nulla facile eruditionis oris pars carere potest, tum in ipsa re critica ad editio- igines et propagines indagandas utilitatis plurimum; stum studium quis neget poni in rei typographicæ in- lis et incrementis cognoscendis? nec tamen nos id con- unc quidem sequuti sumus, ut, quod nemo facile in erit, lectori omnes Virgilii editiones adnumeraremus. , quum criticam in aliquem auctorem vix satis felici- uto exercere possis, nisi lectionis vulgatæ rationes et , ortum, fata ac vicissitudines non plane ignores; ue in poetarum principe, in quo multo majorem etiam iam ac subtilitatem sive requirunt, sive excusant, quam iovis alio auctore verseris; accuratiorem talem noti- ulto minus tanquam vanam et inutilem aspernari licet. ro illud tolerandum esse non videbatur, quod contex- dem Virgiliani, ad illud usque tempus, quo ab Nic. integritati suæ, quantum quidem per libros, quos s, licet, restitutus est, tota ratio, origo ac propagatio non ignoratur. Quod itaque in nullo non vetere scrip- nodum utile et necessarium, atque etiam cognitu jucun- se arbitrabamur, primos vulgatæ lectionis seu textus eorumque rivulos, tenere et in promtu habere, unde a, quousque progressa sit, quando cursum mutaverit exerit, quove tempore nobilior aliqua editio successe- m tanquam ducem vulgares reliquæ sequerentur; idem

institutum in Virgilio si quis sequendum sibi esse credidisset, verendum ei non esse putabamus, ne inutilem et vanam operam locasse videretur. Jam quum consilii hujus exsequendi duplex ratio iniri possit, aut ut omnes omnium temporum editiones in manibus habeas, earumque comparatione cognationes et stemmata singularum editionum intelligas, aut ut aliorum fidem sequaris, et ex iis, quæ sive a criticis et editoribus, sive a viris doctis, qui veteres et rariores editiones commemorarunt, de singulis editionibus prodita sunt, ratione, judicio seu conjectura elicias atque expisceris, ad quam tanquam stirpem unaquæque editio referenda sit: prior illa via et ratio haud dubie tutior erat et melior; in Virgilio tamen nullo modo iniri poterat, quum neque ullam bibliothecam adhuc audierimus esse, quæ vel sextam editionum Virgilianarum partem contineat; neque exspectari posse existimamus, ut majorem saltem earum partem in unum locum congestam aliquis videat; altera autem satis quidem lubrica, difficultatibus impedita et erroribus obnoxia videri debebat. Quum tamen optimum et utilissimum consilium aliter perfici nequiret, ab alio autem ne tentari quidem posset, nisi qui in Virgilio interpretando versaretur, et publicæ alicujus bibliothecæ litterariis copiis instructus esset; quumque vel sic aliquotenus progressus esse tibi videri possis; modo fundum aliquem posueris, cui inædificare, et, quod tibi contingere non potuerat, rem a te inchoatam perficere, aliis in promtu sit: neque sic operam hanc defugiendam esse arbitrati sumus. Si enim semel editionum stirpes ac familias vel pinguiore, ut aiunt, Minerva descriptas habuerimus, unicuique, qui editionem nobis aut non visam et cognitam, aut non satis accurate et explorate descriptam sub manu habuerit, facile et expeditum erit, dispicere ac definire, ad quod editionum genus, ad quam classem, ea sit referenda, quodque adeo pretium ei sit statuendum, quæve ex ea sive ad rem criticam, sive ad interpretationem utilitas sit exspectanda. Ita tandem si plures ea, quæ ipsi animadverterint, diligenter et accurate tradiderint, sperare licet, alium post nos eo perventurum esse, ut accuratiorem Virgiliani carminis historiam pertexere, et pleniores editionum annales condere possit. Quo itaque usque cum per ingenium nostrum, quod alias ab hac rei litterariæ subtilitate et sollicitudine abhorret, tum per otii nostri rationem licuit, eo progressi sumus, et quandoquidem, ut fata et vicissitudines Vir-

ianæ lectionis cognoscere possemus, editionum aliquis census nobis conficiendus fuerat, quum hæc ipsa res aliantum utilitatis habere videretur, subjunximus et hunc, amquam eo consilio non pertextum, ut ita proponeretur. ique nec mirum videbitur, si *in recentioribus*, *hujusque inmis sæculi*, editionibus recensendis minus diligentes quam antiquioribus forte visi erimus; non enim ad consilium strum spectabat, omnes editiones, sed eas commemorare, ide aliquid sive ad Virgilianum contextum auxilii, sive ad is contextûs historiam præsidii exspectari posset (1).

SÆC. XV, 1467—1500.

Editio Virgilii *princeps* est *Romana*, *sub auspiciis Paulli II domo Petri de Maximo per Conradum et Arnoldum Teutonicos* ionr. Sweinsheim et Arn. Pannartz) excusa, sub annum, qui pressus tamen non est...............1467; verius 1469.
(Eadem paullo post repetita : Romæ...............1471.
: adeo sit Romana I et II.)

DL exemplaria, scilicet prioris CCLXXV, et totidem alterius, elo exiisse, e nota illa Epistola Episcopi Aleriensis ad Sixm IV 20 Mart. 1472 scripta constat. Memorarunt hanc ediinem Orlandi *Origine e Progressi della Stampa*, p. 68 et 428; aittaire, *Annal. typogr.* T. I, p. 14, sed is eam non viderat; Fontaninus, *Hist. litt. Aquilej*, p. 40. Accurate de ea egit ird. Quirinus *de opt. script. edd. ad Paulli II Gesta*, pag. 191 q., ubi ex epistola Jo. Andreæ, episcopi Aleriensis, docet, iplicem ab eo editionem fuisse adornatam; P. Franc. Xav. iire in Specim. historico Typographiæ Romanæ (Rom. 1778, , p. 147 sqq. tres adeo editiones sibi visas esse putabat; vem errorem ejus severe castigavit Jo. Bapt. Audiffredi in Calogo hist. crit. Romanarum editionum sæculi XV (Romæ, '84, 4), p. 22 sq. 79 sq. Atque in hoc judicio acquiescimus; iod facit quoque sagacissimus judex *Panzer*, qui de utraque ;it Annal. Vol. II, p. 411, 19, et p. 425, 60. Idem vir doctus riorem anno 1469, alteram 1471 assignat. Iterum copiose de

(1) Egregiis ab illo inde tempore accessionibus locupletata est histoa libraria, inprimis a Denisio et Panzero viris præstantissimis. Annoivi eum ex his, tum ex aliis scriptoribus, quæ quidem ad Virgilium pectare videbam. Add. quoque Harles. Notitia Scriptor. lat. p. 292, 'ol. II.

priore egit *de Bure* (v. *Catalogue des Livres du Duc de la Vallière*, T. II, P. I, p. 78 sq. e qua exemplar 4101 L. fr. venisse narratur). Nemo tamen ex his critico acumine instructus interiorem libri æstimationem fecit, aut facere potuit. Est autem epistola *Joannis Andreæ* ad *Pomponium Infortunatum* scripta alteri editioni præfixa, ita tamen, ut epistola prioris editionis ad Paullum II eidem ab initio præmissa sit. In eadem epistola, *quidquid*, inquit, *Maronis scriptorum indepti sumus, quantum quidem fuimus intelligendo in tanta tamque mendosa exemplariorum raritate, multorumque ejusmodi prope desuetudine, immo vero internecione, in corpus unum omne compegimus;* unde codices non admodum frequentes ac bonos ei ad manus fuisse apparet. Liquet etiam illud, *Culicem*, etsi valde vitiose, ut multa nec Aleriensis intelligere posset, et alia, quæ Virgilii nomen mentiuntur, poematia (sunt *Diræ*, *Copa*, *Est et Non*, *Vir bonus*, *Rosæ*, *Moretum*, *Priapeia*, *Epitaphia*, et alia) in ea editione exhibita esse, præter *Cirin*, quod ex Fontanino l. l. intelligas. Alteram editionem idem vir meritissimus, Episcopus Aleriensis, susceperat, cum ut commissos in priore operarum errores plurimos emendaret, tum ut e Pomponii Infortunati codice antiquissimo, majusculis characteribus scripto, quo Eclogæ, præter primam, Georgica Æneisque absoluta continebantur, poetam castigatiorem exhiberet; id quod etiam in poematiis, Ætna, Ciri et Catalectis, alio Pomponii libro adjutus, fecerat. Ceterum *Pomponius* ille *Infortunatus* nullus alius est, quam *Julius Pomponius Lætus*, etsi illud nomen apud eos, qui de ejus vita scripserunt, memorari vulgo non video; præterquam apud Angelum Zavarronium in Bibliotheca Calabra p. 59, qui eum alias *Julium Fortunatum*, et post mortem Paulli II, P. M. Mæcenatis sui, *Infortunatum*, appellatum tradit; hactenus utique perperam, quod Paullo II nominavit, quum Pium II memorare debuisset, cui carus fuit Pomponius; a Paullo contra in capitis periculum adductus. Recte itaque Apostolus Zenus (in *Dissertazioni Vossiane*, p. 231) pro fortunæ conditione Pomponium nomen subinde mutasse monuit. (Adde p. 245 s.) Primis annis nomen Julii Pomponii Sabini sibi imposuerat.

Neutra harum editionum ad Virgilium emendandum in consilium vocata est; restatque adeo hic beneficii in Maronem locus, si quis in eas incidat, ut de lectione excerpenda cogitet. Ad poetam ipsum inde magnum fructum haud exspecto:

nam repetita fuit illa editio ab editoribus insequentibus; in priore excudenda non admodum bonis codicibus editor erat instructus; in altera *Pomponii librum* adhibuerat; atqui is nullus alius fuisse videtur, quam *Oblongus Pierii*. Vid. sup. de his codd. (1).

1470.

P. V. M. Bucolica, Georgica et Æneis. Venetiis *per Vindelinum de Spira*..................................fol. 1470.

Veneta *prima*. Versus in fine subscriptos vid. apud Orlandum p. 20. Maittairium Annal. T. I, p. 290, et in Bibliotheca Smithiana p. *D*, e qua hic liber in Bibliothecam Regis Britanniarum Aug. migravit. Exemplar alterum in Biblioth. Colbertinæ supellectili, anno 1728 Parisiis vendita, ad nescio quem transiit. Vid. Burius *Bibliographie instructive*, n. 2659 (2). Nuper iterum multis de hac editione egit Crevenna (in *Catalogue raisonné de ses Livres*, Tom. III, P. I, p. 189 seq.) nullo cum fructu ad te, qui indolem libri et usum criticum volebas rescisscere. Add. Panzer. Annal. Vol. III, p. 65, 8. Si vera narrant editores Edinburgenses, Cuninghamus eam inspexit, sub principis nomine ab eo laudatam.

1471.

P. V. M. Opera ex *recognitione* Jo. Andreæ, *et cum duplici hujus præfatione;* per Conradum Sweynheim et Arnoldum Pannartz Romæ s. a. sed circa 1471.

Est hæc altera Romana Andreæ : de qua vid. sup. 1469, ubi de priore. Panzer. Annal. Vol. II, p. 425, 60.

P. V. M. Bucol. Georg. Æneis cum XIII libro Maphæi Vegii s. l. (*per Adam Rot*) (Venetiis)................fol. 1471.

(1) Ex binis his edd. duas editionum fluxisse familias censebat Reviczki; a priore eas, quæ carent vss. XXII de Helena Æn. II, 567; ex secunda eas, quæ vss. habent. Pupugit hoc animum, et inquisivi morosius; tum vero vidi, fundum idoneum invento haud subesse. A nulla enim editione antiquiore abesse vidi versus, præterquam ab Egnatiana recensione, Venetiis 1507 et inde expressa 1520, tum ad ed. Basil. Henricopetr. 1551, in quibus criticis de rationibus versus sublati sunt.

(2) Venierat illud 581 libris gallofranc. Iterum Parisiis 1779, libris 2308; et 1780, libris 2270. Fuit quoque exemplar in penu Reviczki, unde in bibliothecam Com. Spencer migravit. Adscribo hæc, quia sunt qui sibi placent in notitiis his helluationis nepotum librariorum.

Magnifica ac præstantissimi artificii editio, cujus auctorem *Adamum* fuisse, ex subscriptis ad finem versibus intelligas. Jam autem Adamum *Rot*, Clericum Metensem, circa hunc annum Romæ typographiam condidisse satis constat. Huic itaque eam attribuerunt, adeoque Romæ excusam esse tradiderunt viri docti; in his bibliologus Burius *Bibliogr. instruct.* n. 2660, qui eam Parisiis vidit, nec tamen de critico ejus usu sollicitus fuit; externam tantum speciem describit. Ab illo tamen Adamo *Rot* librum profectum esse, *Laire* spec. Typogr. Rom. p. 169, 170 dubitat; Audiffredi, p. 91, 92 omnino negat, quum Romanus typographus deteriore multum charactere usus sit. At fuisse alium *Venetiis* Adamum *Rot*, cujus opera Virgilius hic exaratus sit (1). Hæc est *editio Romana*, quam Maittairius memorabat T. I, p. 309, *Cat. des Livres de M. Boze*, n. 923, p. 179. Audiffredi Catal. Rom. Edd. p. 91. Add. Panzer Annal. T. III, p. 83, 72.

P. V. M. Opera (Bucol. Georg. Æn. cum libro illo XIII et Opusculis, quæ sunt: Culex, Diræ, Copa, Est et Non, de Rosis, Moretum et Priapeia) *sine loco et typographo Venetiis.* .... fol. 1471.

Maittair. T. I, p. 307. Editionem præstantem et nitidam appellat Burius, qui de ea agit sub n. 2661, eamque superiori Adami *Rot* simillimam ab eodem artifice, sed ex alio exemplari, descriptam esse existimat, quoniam orthographiæ ratio diversa est. Maluissemus eum lectiones poetæ comparasse. Exemplar ejus in Bibliotheca Regia Parisiensi se vidisse narrat; quod adeo aliud esse debuit, quam id, quod modo memoraturi sumus (2). Add. Panzer. Annal. Vol. IV, p. 5. 18.

Servium hoc anno 1471 primo in lucem prodiisse satis constat; et quidem plus simplici vice. In discernendis tamen editionibus his magna est difficultas, bibliographis parum docte de his plerumque disputantibus. Accuratius quam ceteri de iis

(1) Etiam huic libro insano studio pretium librarum 449, 19 s. fuit statutum in sectione publica, Parisiis apud Gaignat 1769. Exstabat liber in copiis librariis Com. Reviczki *.

(2) Veniit ejus ed. exemplar 249 l. 19 s. Parisiis 1725, apud *Du Fay*, et 1738 e bibliotheca Comitis *de Hoym* 150 l. item 1761, apud *de Selle* 120 l.

* Il n'a point existé à Venise d'imprimeur nommé *Adam Rot.* M. Van Praët, qui est si versé dans l'histoire des premiers temps de l'imprimerie, m'a assuré, que l'imprimeur dont il s'agit, se nommait seulement ADAM. (B.)

egit Abb. Baruffaldi *Tipografia Ferrarese*, pag. 14 sq. *Prima* est *Veneta Baldarferi Ratisponensis*:

Servii Mauri Honorati *Commentarii in Virgilium per Christophorum Baldarfer Ratisponensem* (Venetiis)......fol. 1471.

Vid. Maittair. T. I, p. 92, et Baruffaldi p. 17. Eadem in Biblioth. Smith. pag. CDXXXIX memoratur, sed admixtis erroribus, quos Baruffaldi refellit. Ex versibus sub finem subjectis intelligitur, Servium a *Bapt. Guarino* olim emendatum, a filio autem in lucem editum esse.

Eodem anno *altera* prodiit, ejusdem Baldarferi impensis, *Servii editio* Venetiis *a Ludovico Carbone emendata*, ut ex disticho adjecto intelligitur: vid. Maittair. p. 303, et Tom. I, p. 92. Orland. p. 23, *de Bure* n. 2671, et qui primo loco consulendus, Baruffaldi p. 119. Sunt in Panzeri Annal. Vol. III, p. 79, 59, 60. Alterutra ex his servatur in bibliotheca Spenceria ex copiis Reviczki (1).

Male passim, etiam a Fabricio, *Editio Servii hujus anni Ratisponensis* memoratur, a Typographi patria errore orto.

Tertia est Ferrariensis:

Mauri Servii Honorati Grammatici ad Virgilii Opera diligens Interpretatio, per Andream Gallum. Ferrariæ.......fol. 1471.

Orlandus *Orig. della Stampa* p. 137. Baruffaldi *della Tipografia Ferrarese* p. 9. Soli Orlando visa; itaque de ea dubitatur: Panzer. Annal. Vol. I, p. 393, 3.

Quarta est Romana Udalrici Han.

Mauri Servii Honorati Grammatici in tria Virgilii opera expositio incipit, et primo in Bucolica. Romæ *per Udalricum Gallum* (Panzer. Vol. II, p. 422, 52)......................fol. s. a.

Nulla poetæ carmina adjecta sunt, quod perperam viri docti tradidere; in errorem abrepti a *de Bure* n. 810. Est liber in

(1) Alterutra intelligenda quoque erit in Catalogo Bibl. Reg. Paris. (*Catalogue des Livres imprimés de la Bibliothèque du Roi. Belles-Lettres*, n. 808, 809) ubi legitur: *P. V. M. Opera, Venetiis*, f. 1471, *Servius in Virgilium*, f. 1471. Probabile fit, Servium solum in eo volumine haberi, et temere creditum esse, comprehendi quoque eo volumine ipsum poetam *.

* M. Heyne devait savoir, que des cinq éditions qui existent des Commentaires de Servius, imprimées en 1471 et 1472, aucune ne renferme les Œuvres de Virgile. Les rédacteurs du catalogue de la Bibliothèque du roi n'ont rien inséré sous les n°s 808 et 809 (*Belles-Lettres*) qui donnât lieu aux doutes dont parle M. Heyne. (B.)

Biblioth. Reg. Par. item in Bibliotheca Spenceria. Idem *de Bure* n. 2970 cum Maittairio, eum librum circa annum 1470 excusum esse conjectabat; *de Laire* a. 1469. Servium solum memorat Maittair. To. I, p. 292. Etiam Masvicius, qui ea editione usus est, solum Servium habuit. Rem omnem diserte exposuit Audiffredi pag. 71. A Jo. Ant. Campano an emendatum fuerit exemplar, quod *Laire* affirmavit, non satis constat.

Alium Servium antiquum s. a. l. et typographo laudat Maittairius, T. I, p. 752.

Restat *quinta* Servii editio Florentina; male vulgo pro editione ipsius Virgilii vendiiata; accurate nunc descripta ab Audiffredi p. 258 Specim. et inde repetita a Panzero Annal. IV, p. 298, 1, quum ex vulgari ratione, quam et ipse olim sequutus eram, memorata esset Vol. I, p. 404, 1.

M. Servii Honorati Commentarii in tria Virgilii Opera, Bucolica, Georgica et Æneidem. In fine Æneidis ejusdem Servii libellus de natura syllabarum ad Aquilinum. Florentiæ *per Bernardum et Dominicum Cennini Florentinos*.........1471 et 1472.

Egerant de hac, tamquam poetæ ipsius editione, Orlandi *Orig. et Progr. della Stampa* p. 130, 131, et 428. Maittair. T. I, p. 320. Abb. Mehus præf. ad Vitam Ambrosii Camald. p. 55. Fuit is primus liber Florentiæ a Cenninis expressus, et hac ipsa de caussa satis clarus. P. Cenninus, Bernardi f., emendaverat, *cum antiquissimis multis exemplaribus contulerat;* inprimisque illi curæ fuerat, *ne quid alienum Servio adscriberetur; neu quid recideretur, aut deesset, quod Honorati esse pervetusta exemplaria demonstrarent.* Initium excudendi factum VII Nov. 1471, et finis V octob. 1472. Burius n. 2672 de hac editione Maittairii fidem sequitur; ipse Parisiis eam invenire non poterat. Eandem P. Burmannus Sec. præf. Virg. memorat et ex Ms. Mediceo maximam partem expressam aut restitutam ait.

1472.

P. V. M. Opera (Bucolica, Georgica, Æneis). Venetiis *per Leonardum Achaten* (Basileensem)...............fol. 1472.

De ea Orland. p. 25. Maittair. T. I, p. 314, unde *de Bure* n. 2662. Idem eandem, quantum intelligo, cum anno 1473 laudat in *Catalogue de M. le duc de La Vallière* P. I, Tom. II, p. 83, venditam 1784 libris Franc. 166. Varietatem lectionis ex ea exhibuit Maittair. in fronte edit. Virgilii Tonson. 1715, un-

de in var. lect. sub nomine parum concinne a Burmanno imposito venit *ed. Ven.* Hac eadem lectionis varietate usus Cuningham. Add. Panzer. Annal. Vol. III, p. 91, 101.

P. V. M. Opera (Bucolica, Georg. et Æneis cum reliquis opusculis et cum Priapeiis et lib. XIII Æn.) Venetiis, *per Bartholomæum Cremonensem*........................fol. 1472.

De ea Orland. p. 25. Maitt. p. 314. Burius n. 2663, qui eam in Bibliotheca Regia Paris. servari testatur, ut sit forte illa, quæ in Catalogo sub n. 811 memoratur. Panzer. Annal. Vol. III, p. 91, 99. In XIX foliis, quæ in fronte præfixa sunt, tabula librorum, Vita Virgilii cum versibus in ejus laudem præmittitur. Quæ omnia, olim sigillatim exprimi solita, nunc collecta in hac editione primum memorari meminimus.

P. V. M. Opera (cum opusculis et Priapeiis) *sine loco et artifice impressionis*, nisi quod B. H. subnotatum sub finem est. *Benedictus Hercules* in iis latere creditur, typographus Ferrariensis. Vulgo tamen ab *Ant. Zaroto Mediolani* esse confecta creditur. *Laire Philippo Lavagnia* assignat; et convenit inscriptio alterius editionis infra a. 1474................fol. 1472.

De ea Orland. p. 428. Maitt. p. 320, et Biblioth. Smith. p. D., secundum quos de ea egit *de Bure* n. 2664. *Laire* Ind. I, p. 291. Panzer. Annal. Vol. II, p. 13, 9. Hanc editionem, sed rarissimam, in primis cum vulgatis comparari vellem, quoniam *post Romanam Venetamque ab ipsis propriis Maronis exemplaribus, quæ Romæ in æde Divi Paulli reposita sunt, integrum, purum nitidumque opus hoc effluxisse* in subscriptione dicitur. Exstat hæc editio in copiis Com. de Reviczki, ad Comitem Spencer emtionis jure perlatis.

P. V. M. Opera... cum supplemento Maphæi Vegii... per Jacobum, Baptistam et Alexandrum Fivizani........fol. 1472.

Adduxerat hanc editionem in hominum notitiam *Laire* Ind. I, p. 292 tamquam Venetiis a Fivizanis curatam; sed in oppido Fivizani, ditionis Toscanæ, haud longe a Lunæ finibus, exaratam esse docuit *Fossi* Catal. Codd. biblioth. Magliab. Tom. II, p. 797 et inde Panzer. Vol. IV, p. 296, 1.

Servium in Bucolica hoc anno laudat Burius *Bibl. du duc de La Vallière* P. I, T. II, p. 87, sed videtur esse fragmentum editionis integrioris.

1473.

P. V. M. Opera. Subjunguntur Æneidi opuscula: Moretum.

Priapeia. Copa... Culex. Diræ. Ætna. Ciris. Catalecton. Romæ *per Udalricum Gallum, et Simonem de Luca.*

Hæc jam paullo frequentior superioribus illis editio, nota etiam Fabricio. Memorat eam post Orlandum Maittair. T. I, pag. 326, Burius *Bibliogr. instr.* n. 2665, apud quos subscriptam notam editoris vide; inprimis vero Audiffredi p. 137, qui eam *tertiam Romanam* appellat post primam et secundam 1469 et 1471. Præmittitur Vita Virgilii cum versibus etc., ut in Veneta 1472 factum memorabamus. V. Panzer. Vol. II, p. 440, 22.

Aliam *Venetam*, per *Leonardum Achaten* a. 1473 vid. ad a. 1472. Nam videntur diversæ esse, et altera repetitis operis esse expressa. Sic quoque statuere video virum sagacissimum, qui in hoc genere regnat Panzer. Vol. III, p. 97, 128.

P. V. M. Bucolica. Georgica. Æneis... Brixiæ *expressa Presbytero Petro Villa jubente d. XXI. Apr.* 1473..........fol. 1473.

Erat ap. Com. Reviczki, nunc ap. Com. Spencer. Vid. *Denis* Supplem. p. 32. Harles. brevior Notitia litt. Rom. p. 235. Panzer. Annal. Vol. I, p. 243, 1. Est primus liber Brixiæ prelo excusus.

1474.

P. V. M. Opera (cum Maphei suppl., Copa, Moretum, Diræ, Epigrammata, Culex, Priapeia), Mediolani *per Philippum de Lavagnia*..................................fol. 1474.

Eam memorant Orlandus p. 102. Maittairius Tom. I, p. 335. *De Bure* n. 2666. *Boninus Monbritius* eam curaverat. Fontanini *Hist. litt. Aquilei.* p. 40, qui Cirin abesse monet. Variantes lectiones ex ea excerptas præfixit editioni Lond. 1715 *Maittaire,* hinc eæ translatæ sunt in apparatum a Burmanno sub nomine *Edit. Mediol.* Panzer. Vol. II, p. 15, 21.

1475.

P. V. M. Opera. Præcedunt vita poetæ, variaque illi supposita opuscula. Venetiis *per Nic. Jenson*............fol. 1475.

Memorat eam Orlandus p. 428 et 18, Maitt. T. I, p. 349, et ex eodem forte *de Bure* n. 2667. In hac edit. Cirin primum prodiisse Fontaninus *Hist. litt. Aquilei.* p. 40 memorat; non viderat adeo Romanam alteram; et ignorabat in hac Cirin jam esse vulgatam. Panzer. Vol. III, pag. 106, 182.

P. V. M. Opera cum Commentariis Servii. Venetiis *per Jac. Rubeum Gallicum*..........................fol. 1475.

Maitt. Tom. I, p. 349, post Orlandum p. 27. Panzer. III, p. 110, 203. Pro prima Servii editione falso olim, etiam a Fabricio, habebatur. Dicendum erat, esse primam Servii Maronis carminibus subjuncti. Est hæc ea, quam nonnullis in locis excitavit *Martyn* ad Georgica, ut III, 25, 26. De Jo. Rubeo (*de' Rossi*) vid. *Supplément à l'Histoire de l'Imprimerie de Prosper Marchand* 1775, 4, p. 185.

P. V. M. Opera... accedunt *Copa. Moretum. Diræ. Est et non est. Vir bonus. De Rosis. Culex. Priapeia.* Mediolani. *Diligenter impressa ab Antonio Zarotho Parmensi* 1475 octavo Kalen. Sextilibus....................................fol. 1475.

Denis Suppl. p. 700, et Panzer. Vol. II, p. 20, 45.

Diversa a *Virgilii* editione Mediolanensi h. a. per Zarottum est editio *Servii* per eundem etiam *Mediolanensis* h. a.

Mauri Servii Honorati Commentarii in Bucolica, Georgica et Æneidem Virgilii. Præcedit vita Virgilii... Anton. Zaroti Mediolani...fol. 1475.

Est hæc ea, de qua Maittairius memorat T. I, p. 349, *Denis* Suppl. p. 57, et alii; vid. Panzer. Annal. Vol. II, p. 21, 48. Eadem occurrit in Biblioth. Smith. p. 439 sine nomine impressoris et in Biblioth. Harlej. Vol. I, p. 177. Nec alia est, quam Reviczki possidebat, etsi Virgilii opera cum Servio memorat p. 42.

Hanc quoque necesse est esse eam, quam *de Bure* notavit in *Catalogue du duc de La Vallière* P. I, T. II, p. 84, unde illa veniit 230 libr. gall. a. 1784, et aliud exemplar libr. 192, male prodita sub tit. Virgilii Opera cum Servii Commentariis. Adeo literatores hi cupedinarii ne quidem primas saltem libri paginas inspicere solent!

Nuper innotuit per Morellium et per Fossium in Catal. codd. Sæc. XV impress. in biblioth. Magliabech. T. II, p. 800, ed. Virgilii Mutinensis; unde repetiit notitiam Panzer. Vol. II, p. 146, 1, et Vol. IV, p. 366, 1, cum notatione anni 1474.

P. V. M. Opera... Subjiciuntur *Copa. Moretum. Diræ. Est et non est. Vir bonus. De Rosis. Culex. Priapeia.* Mutinæ *impressum per Magistrum Joannem Vurster de Campidona*...fol. 1475.

P. V. M. Bucolica et Georgica per Joannem *de Paderborne* in Westfalia. Lovanii......................min. fol. 1475.

Subscriptio in fine hæc habetur : *Bucolicorum, Georgicorum et quorumdam tractatulorum opus insigne Virgilii, poetarum principis, Joannes de Paderborne in Westfalia, alma in universitate Lo-*

vaniensi residens, suo proprio signo consignando feliciter consummavit anno incarnationis dominicæ 1475, *mensis novembris die vicesima nona.* Vid. ad a. sequ. (Nunc Panzer. Vol. I, p. 512, 8).

1476.

P. V. M. Opera omnia et opuscula... diligenter emendata et accurate impressa sunt Mediolani *ab Ant. Zaroto Parmensi* XIII Kal. Octobr.................................fol. 1476.

Maitt. T. I, pag. 366. Saxe p. 566. Est repetita anni superioris editio. Videtur et hæc et illa ad exemplum Lavagnianæ 1474 expressa esse. In utraque certe Ciris omissa. Fontanin. *Hist. litt. Aquilei.* pag. 40. Non diversam ab hac esse puto Mediolanensem a. 1475 cum Servio, quam *de Bure* notavit in *Catalogue du duc de La Vallière* P. I, T. II, p. 84.

P. V. M. Opera cum Catalectis et Priapeiis... *per Joannem de Vienna.* Vincentiæ..........................fol. 1476.

Maitt. ibid. post Orlandum p. 174, qui charactere nitidissimo expressam esse eam editionem testatur. Add. Panzer. Vol. III, p. 510, 19.

Venetam hujus anni laudat Martinus ad Georg. III, 468, quæ forte eadem est cum Veneta superioris anni, aut repetita est hoc anno editio per Nic. Jenson. quod colligo e catalogo Constantiensi. Editionem ejusdem anni consuluisse fertur Cuninghamus, teste Edit. Edinburg. præf. Nec Panzero plura innotuere: Vol. III, p. 121, 163.

Virgilii Opera, (verius tantum *Æneis* h. a.) Lovanii *per Joan. de Paderborne in Westfalia*......................fol. 1476.

Hanc nusquam alibi laudari videram præterquam in Biblioth. Harleiana T. I, pag. 176. Ab eo tempore notitia ejus editionis plenior data est Programmate Academiæ Kiloniensis 1785, unde discere licet anno superiore, 1475, prodiisse Bucolica et Georgica, (vid. paullo ante) hoc anno Æneidem per Joannem *de Paderborne* in Westfalia *mensis Aprilis die octava:* fol. min. Exemplar utriusque codicis est in copiis librariis Christiani Professoris et Regi Daniæ a Consil. Justitiæ. Audieram in bibliotheca Comitis *de Tott* Hauniæ eandem editionem servari; ex eodem tamen Programmate didici haud vera mihi esse nuntiata: Vidi tamen postea in Catalogo biblioth. Tott. Tom. VII, p. 87, eam memoratam esse in recensu. Ceterum Georgicis subjecta sunt: *Copa. Est et non est. De institutione boni viri. De rosis nascentibus. Moretum,* et in pag. extr. variantes

lectiones nonnullæ, de quibus editor adhuc ipse ambigebat. Similis pagina Æneidi adjecta. In subscriptione ad calcem Æneidis typographus narrat se inter versus spatium reliquisse glossulis inserendis... *non parva data opera ut eum* (poetam) *aliis emendatiorem et melius punctis distinctum redderem* (Panzer. Vol. I, p. 512, 10 et Vol. IV, p. 347, 10).

P. V. M. Æneis cum Commento Italico. Vicenzia 1476. *Denis* Supplem. Maitt. p. 70.

1478.

P. V. M. Opera cum epistola Phil. Beroaldi nec non vita poetæ. Parisiis, *Udalricus Gering*................fol. min. 1478.

Diligentissime castigata esse in subscriptione dicitur. *De Bure* n. 2669 et ante eum præter Orlandum Maittair. hanc editionem memoraverat T. I, p. 387 add. *Laire* Ind. I, p. 452. Panzer. Vol. II, 280, 55. Operam in emendando locaverat *Paullus Malleolus Prof. Eloqu. Paris.*, sed ob characteris deformitatem et immensam erratorum copiam ipse eam reprobaverat. Itaque mox a. 1498 nova editio Parisiis fuit adornata, de qua vid. inf. h. a.

P. V. M. Opera. Mediolani. *Impensis Magistrorum Leonardi Pachel de Engelstadt et Ulrici Scinzenzeler*..........fol. 1478.

Saxe p. 569. *Denis* Suppl. p. 99. Panzer. Vol. II, p. 33, 124.

1479.

P. V. M. Opera... Sequuntur Copa. Moretum. Diræ. Est et non est. De Rosis. Culex. Priapeia. De Herculis laboribus. De litera *y*. De Fortuna. De Orpheo. *Opera et impensis Andreæ Portiliæ.* Parmæ...............................fol. 1479.

Orlandus p. 147. Maitt. T. I, p. 398. Affo p. 68. Panzer. Vol. II, p. 352, 13.

P. V. M. cum Servii Commentariis. Sub finem præfat. Servii. « *Hoc opus exactissime cura et eruditione Joannis Calphurnii viri doctissimi recognitum*, Leonardus de Basilea *Vincentiæ diligentissime impressit.* » Vicentiæ......................fol. 1479.

Est ea quam Maitt. T. I, p. 398 excitat. Certiora de ea tradere licuit, quum ea in bibliotheca præclara Kulenkampi, Collegæ, servaretur, unde nunc in bibliothecam academicam est translata. Adhibita ea est a Burmanno in Catalectorum recensione; convenit ad verbum et paginam cum ed. Ven. 1486, nisi quod minora carmina de alio exemplo

sunt descripta. Præfixa est Jo. Calphurnii epistola ad Hieronymum Portensem, ex qua patet, operam ejus fuisse inprimis in Servio collocatam, quem *valde mendose factum, et a quodam ejus temporis homine erudito ineptiis additis coinquinatum purgasse.* Videtur Venetam 1475 respicere. Erant ei duo exemplaria miræ vetustatis. Add. Panzer. Annal. Vol. III, p. 522, 33.

1480.

P. V. M. cum Comment. Servii. Venetiis *arte P. Piasii Cremonensis, Barthol. Blavii de Alexandria et Andreæ Toresani de Asula die prima Augusti*............................fol. 1480.

Maitt. T. I, p. 407. Orland. p. 32. Add. Panzer. Vol. III, p. 157, 453. Adhibita a Burmanno Sec. in Anthologia; ut adeo minora carmina eam complecti necesse sit.

P. V. M. Opera cum Comment. Servii. Adest etiam Vita poetæ, et l. XIII Maphæi Vegii... Per Jac. Rubeum, natione Gallicum, 1480 m. Januario..............................fol. 1480.

Denis Supplem. p. 125. Panzer. Vol. III, p. 154, 437.

1481.

P. V. M. Volumina diligenter emendata. Mediolani. *Per Antonium Zarotthum, opera et impendio Johannis Legnani. Anno Domini MCDLXXXI, die XX Januarii Finis*........fol. 1481.

Maitt. T. I, P. II, p. 422. Panzer. Vol. II, p. 41, 182 repetita forte ex edit. 1475 aut 1476.

P. V. M. Opera et Opuscula cum Priapeiis... Volumina hæc summa cum cura emendata Leonardus Pachel una cum Udalricho Scinczenceller, ejus socio, impressit anno Domini MCDLXXXI, IX Kal. Sept. Mediolani.........................fol. 1481.

Maitt. T. I, P. II, p. 422. Panzer. Vol. II, p. 43, 193. Venibat illa ap. Osborn. anno 1764. Martinus eam ad Georgica bis terve excitat; etiam Burmann. Sec. Anthol. Lat. T. I, pag. 99. sed anno 1480 præscripto. Est hæc secunda editio; prior erat 1478 et aliæ erunt inf. 1487, 1490.

P. V. M. Bucolica, Georgica, Æneis, Catalecta, Priapeia. Georgica et Æneis cum argumentis. In fine, *impressum Parme, anno D. MCDLXXXI, tertio Kal. Martias*..............fol. 1481.

Sanzer. tom. IX, p. 269.

1482.

P. V. M. Opera cum Servii Honorati Commentariis. Præcedit

ejusdem poetæ vita: Venetiis impressa per *Magistrum Renaldum Noviomagio Theotonicum* 1482, *die XXVII Septembris.* Venetiis ....fol. 1482.

Orland. p. 31 Maitt. T. I, P. II, p. 432, et jam Fabric. B. L. pag. 208. Servatur in bibliotheca Soc. Lat. Jenens. Subjecta habet Catalecta et Maphei lib. XIII. Sequi eam lectionem vulgatam superiorum editionum deprehendi in iis, quæ inspexi et comparavi. Vid. Panzer. Vol. III, p. 179, 595.

P. V. M. Opera et Opuscula... Volumina hæc summa cum diligentia emendata Mediolani *Anthonius Zarothus imprimi curavit impensis Johannis Legnani anno D. MCDLXXXII, VII Kal. Maias*...fol. 1482.

Maitt. ibid. p. 435. *Saxe* p. 577. Panzer. Vol. II, p. 44, 205. Est tertia Zarotti. Nil in ea factum videtur, quam ut editionis superioris anni exemplar exscriberetur. Vix assequi licet, quo emtorum studio in eadem urbe intra duo annos ter flagitari potuerit Virgilius.

P. V. M. Bucolicon liber ad C. Asinium Pollionem... Ge. Æn... Adhærent et Opuscula. Regii Lepidi *cura et impensis Alberti de Mazalibus Regiensis*...............................4. 1482.

Denis Suppl. p. 160. Reviczki Suppl. p. 11. Panzer. Vol. II, p. 393, 5.

P. V. M. Opera c. comment. Servii..............fol. 1482.

Sine loci nota. Panzer. Vol. IV, p. 28, 206.

1483.

P. V. M. Bucolica, Georgica, Æneis, cum Comment. Servii, et ejusdem Opuscula; cum enarrationibus Domitii Calderini; *P. V. Maronis ad Priapum, et Priapeia cum aliis: impress. die XV Decembris, per Baptistam de Tortis.* Venetiis.....fol. 1483.

Maitt. ibid. p. 445. Typographum adscripsi e Catalogo Jo. de *Neaulme.* In hac editione Domitii enarratio primo occurrit, in Opusc. min. scilicet: ad Culicem, Cirin et alia (Panzer. Annal. III, p. 197, 714.)

1484.

P. V. M. cum Servii Commentariis. Impressum Venetiis *per Tomam de Alexandria MCDLXXXIV, die XXIV Dec.* fol 1484.

Maitt. ibid. pag. 459. Servatur in Biblioth. Gotting. ex biblioth. Thomasiana. Nihil eam a vulgari ceterarum editionum cum Servio lectione recedere vidi. Subjecta sunt carmina minora. (Panzer. III, p. 206, 769, IV, p. 436, 76.)

P. V. M. Opera cum Servii commentariis, Brixiæ *per Boninum de Boninis de Raguxia Octobris die VII*........fol. 1484.

Panzer. Vol. I, p. 245, 19.

1485.

P. V. M. Opera (etiam Carmina minora) *cum Commentar. Servii.* Brixiæ *per Jac. Britannicum Brixianum die XXII Augusti*..fol. 1485.

Denis Suppl. p. 206. Panzer. Vol. I, p. 247, 31; qui me docuit duas esse hujus anni Brixianas. B. G. Eandem Burmannus Sec. præf. ad Virgil. laudat, ex cujus bibliotheca in nostram academicam migravit. Convenit cum ceteris, inprimis Venetis, quæ Servium habent. Hæc est illa, quam ex *le Long* Maittairius memorabat T. I, p. 459.

An editio Florentina 1485 prodierit, vid. ad a. 1487.

1486.

P. V. M. Opera (cum lib. XIII Æn. et Opusculis, inter quæ et *Ciris*) *cum Comment. Servii et Vita Virgilii, per Antonium Bartholomæi, impressorum discipulum, mense Octobris.* Venetiis. ....fol. 1486.

Maitt. pag. 474. Orland. p. 25. Fontanini *Hist. litt. Aquilei.* p. 40. Gozius in *Memorab. Bibl. Dresd.* T. II, n. 228. Museum Britannic. et Biblioth. Gotting. add. Panzer. Vol. III, p. 236, 959. Fossi p. 805. Annum 1476 Martinus ad Georg. III, 288, ubi lectionem ejus auctoritate confirmat, memorat, sed vitiose, ut apparet. Descripsit eam copiose Eckhardus Gymnasii Isenacensis director (*Nachrichten von seltnem Büchern der Bibliothek des Gymnasii* p. 144). Est ea sane ex nitidissimis; verum ad verbum et ad paginam expressa est ex editione Vicentina 1479.

Hoc a. 1486 primo prodiisse asserueram

Pomponii Sabini opus in Virgilium, editum per Dan. Gaitanum Cremonæ:

Nunc video me præfationis subscriptioni temere nimium tribuisse. Vide a. sequ.

1487.

Pomponii, doctissimi viri, interpretatio *in Æneide* Virgilii... Brixiæ *per Boninum de Boninis de Ragusia anno X. M. CCCC. XLXXX* (sic) *die V. mensis Februarii.*

Pomponii grammatici eruditissimi in Culiçem Commentarium:

iod sequuntur Commentaria in alia ejusmodi poematia Virlio tributa; cum Comment. in opus *Bucolicorum*, ac postreo in opus *Georgicorum*... Brixiæ *per Boninum de Boninis de igusia* 1487, *die XVIII m. Febr*.................fol. 1487.

Audiffredi Specim. edd. Ital. p. 157. Fossi Catal. biblioth. agliabech. T. III, p. 95. Panzer. Vol. IV, p. 257, 46.

Iidem commentarii repetiti a Junta a. 1519, 1536, et ap. porinum 1544, inserti quoque editioni Basil. Henricop. 1561. ıcii 1613. Mediarum ætatum Grammaticum perperam eum se habitum, bene docuit P. Burmannus Secundus in præf. l Virgil.; esse autem eum eundem cum Pomponio Læto (de ıo supra egimus p. 441.) Vossius subodoratus est de Histor. at. p. 191, ex præfatione Gaitani ad Petrum Mannam datam : urbe Cremona, pridie Kal. Jan. 1486, repetita in edit. Opona; eique debent judicium suum in hac caussa alii viri docti, iceronius, et Auctor Obss. in Vossium (in *Giornale de' Letteti d' Italia* T. XXII, p. 366, recoctæ hinc adjecto auctoris postoli Zeni nomine in *Dissertationi Vossiane*) etiam Fabric. ı Biblioth. medii ævi. Accedit, quod Pomponius Lætus in pistola ad Augustinum Maffæum (in ejus Opp. sub fin.) conıeritur de Glossulis in Virgilium sibi suppositis; *si glossulas*, ıquit, *in Virgilium legeris sub titulo meo, oro ne fidem præstes*; *ıque temerarius sum, neque audax, neque eam expositionem unıam tentavi; ille quisquis est, qui falsum epigramma posuit, senet quid profuerit, me tanto mendacio provocasse*. Est itaque staıendum, has glossulas esse eadem commentaria Sabini; miım vero, Gaitanum illum tantum audaciæ habuisse, ut viente Læto, qui 1498 decessit, ejus opus e suis schedis ederet: ıisi ex Læti prælectione illa fuere excepta. Si tamen hoc ita se ıabet: ex ipsa Læti professione intelligitur, eum auctorem comıentariorum horum nec fuisse nec haberi voluisse. Neque ipsum :ommentandi genus a Pomponio Læto alias frequentatum vilimus. Occurrunt præterea nonnulla, quæ in eum vix cadere ridentur, ut Iter in Scythiam, quod aliquoties commemoratur n Commentariis, v. c. in Ge. pag. 51 ed. Oporin. pag. 59 de ibris: *Hæc*, inquit, *antiqui scribunt, et nos in Scythia animal ridimus, et Itinerario nostro descripsimus;* et in Culic. p. 582 ıpud Sarmathas et Scythas e viscinis fieri vinum narrat adnixto melle: *quod ego in Scythia sæpissime bibi;* paullo ante in Germania *se vidisse* ait *platanos aerias et opacas*. Add. p. 75, 76, 176, 184, ubi Ugros memorat, 197, 198, 236. Scripsisse se in

Tacitum, Livium, Silium Italicum aliosque passim memorat: Sallustii non meminit, cujus tamen recensio a Læto facta inprimis celebritatem habuit. Ceterum tota interpretatio, in Æneidem saltem, maximam partem ex Servio concinnata est, quem auctor interdum locupletiorem habuisse videtur, uti etiam Probum in Bucolica. Inserta quoque passim loca ex Dionysio Halic., Diodoro et Strabone, latine versa; haud raro nullo auctoris nomine apposito, uti et e Plinio multa intulit; et omnino multa doctrinæ pro iis temporibus reconditæ vestigia animadvertere licet. Atqui Lætum nec græca calluisse, nec, præter latinas, alias litteras tenuisse satis constat: ut adeo is pro commentariorum horum auctore nullo modo haberi posse videatur. Manet itaque res multis adhuc difficultatibus implicita, quas bene vidit doctiss. Saxius Onomast. litt. T. II, p. 491. Laudari in iis Commentariis lectionem Apronianam atque etiam Apronianum, supra vidimus pag. 436 et seq. Interea mirari licet, non sæpius eos in sequioribus Virgilii editionibus esse repetitos; in iis quidem, qui variorum operas recoxerunt, melius suum locum tuitus esset Pomponius, quam viceni alii Commentatores.

P. V. M. Opera cum Commentariis Servii Mauri Honorati et Christophori Landini. (Adjuncta quoque sunt carmina minora, ultimo loco Moretum. In Æneide quoque epitome Donati est inserta de qua vid. mox sub 1489.) *impress. XV Kal. April.* Florentiæ.................................fol. 1487.

Maitt. p. 486. Orlandus p. 136. Burius *Bibl. du duc de La Vallière* T. II, p. 85, 2439, omnes parum accurate. Melius Audiffredi Specim. p. 304. Fossi p. 806. Panzer. Vol. I, p. 414, 89. Fontaninus *Hist. litt. Aquilei.* p. 40, 1485 Florentiæ *per Chph. Landinum* curatam Virgilii editionem memorat, cui Ciris esset inserta. Errorem numeri notati esse mihi nunc probabile fit. Hujus editionis suspicor repetitionem esse editionem per Ligam Boariam s. a. de qua vid. inf. inter edd. s. a.

P. V. M. cum Servii commentariis. Carmina minora, Venetiis *per Baptistam de Tortis* 1487, *die XXIII Maii*.......fol. 1487.

(Biblioth. Acad. Gotting.) repetitio, ut probabile fit, editionis 1483, sine Domitii tamen commento. (Panzer. Vol. III, p. 242, 996).

P. V. M. Opera cum Servii commentario Venetiis *per Bernardinum Benalium*...............................fol. 1487.

Ex bibl. Roloff. p. 65. Panzer. Annal. V. III, p. 243, 1005.

P. V. M. Opera c. Comment. Servii. Mediolani *per Leonardum* ıchel *et Uldericum Scinzenzeller*................fol. 1487. Post Sax. p. 583. *Denis* Supplem. p. 237. Mittarell. Biblioth. Michaelis p. 476. Panzer. Annal. Vol. II, p. 55, 282. Vid. ıte ad 1481.

1488.

P. V. M. Bucolica: Daventriæ..................4. 1488. Fabric. B. Lat. Vol. II, p. 231. Notiores sunt edd. cum Com. ›rrentini 1492, 1494, 96, 98. Videtur ad eandem officinam ectare: *Moretum. Vir bonus. De Rosa. De Vino et Venere. Da*ntriæ in officina Alberti Pafraet.................fol. a. 4. Crevenna *Catalogue* Vol. III, P. I, p. 199.

Et *Bucolica cum Georgicis* per Richardum Pafraet *Daventriæ* 89 habet Bibliotheca Academica nostra. Eadem aliquoties petita, ut a. 1496, 1498, 1500.

Virgilii opera (et Carmina minora) *cum Servii Commentariis;* l cujus calcem legitur: *Impr. hoc opus* Venetiis *per Magis*um *Andream de Palthascichis Catharensem* 1488, *Kal. Sept.* ....fol. 1488. Biblioth. Acad. Gotting., item Biblioth. Elect. Dresd. Est ıdem, de qua Maitt. p. 781, et Indicis App. p. 560 nullo ty- ographi nomine addito. Convenit illa cum Veneta 1487. Subcta quoque Carmina minora. Add. Panzer. Annal. Vol. III, . 251, 1068.

1489.

P. V. M. Bucolica, Georgica, Æneis, cum Comment. Servii, onati, Landini *et* Calderini : *Vegii* lib. XIII *Æn. Catalecta,* ım *Comment. Calderini,* Venetiis *per Georgium Arrivabenum* lantuanum. *V. Cal. Quintil*.....................fol. 1489. Maitt. ibid. p. 508. Orland. p. 47. Panzer. Vol. III, p. 274, 215. Credideram in hac editione Donati commentarios, ıepti hominis opus, quum totus in eo sit, ut poetam ad rheorica præcepta exigat, primum in lucem exiisse, sed, ut ex psius Landini professione intelligitur, in epitomen ab ipso ontractos; Nam et hujus viri docti commentum in hac ediione reperio. Nunc autem video præcessisse jam editionem Florentinam 1487 ad quam vide. Plenior Donatus prodiit 1535 et 1551. Ceterum ab hoc inde tempore *genus editionum* procedere videas *cum Landini commentariis,* adjectis mox *Man*cinelli *in Bucolica et Georgica commentariis,* qui 1490 *primum*

prodiere; tandem etiam *annotationes Beroaldi* et copiosiores *Badii Ascensii* accessere. In his adeo semper idem fere contextum poetæ repetitum est.

P. V. M. Opera; a paulo adolocen: exactissime emendat. Parisiisque in vico sorbonico impress. MCDLXXXIX, XII, Cal. Decemb. Parisiis.................................4. 1489.

Maitt. ibid. p. 509. Panzer. Vol. II, p. 292, 171, cf. ad 1494.

Phil. Beroaldi Bononiensis. *Annotationes in Comment Servii, Virgiliani Commentatoris*, Florentiæ *impr. Ant. Mischominus.* ....4. 1489.

Ad an. 1488 retulit Maittairius. Sed vid. Audiffredi Specimen p. 313 et Panzer. Vol. I, p. 415, 104.

1490.

P. V. M. Opera cum Comment. Servii, Donati, Landini et Calderini. *per Uldericum Scinzenzeller.* Mediolani...fol. 1490.

Orland. p. 105. Maitt. ibid. p. 521. Panzer. Vol. II, p. 62, 335. Vide sup. ad. a. 1481.

P. V. M. Bucolica et Georgica cum Commentariis Ant. Mancinelli Veliterni... per Eucharium Silber, alias Franck... Romæ. ....fol. 1490.

Maitt. ibid. p. 524. Audiffredi Catal. Edd. Rom. pag. 297. Quantopere literarum studia apud Romanos per sequentes ætates refrixerint, discas vel ex hoc, quod, cum antea non nisi tres edd. Romæ prodierint, 1469, 1471, 1473, ab hac inde editione, anni 1490, per sæc. XVI et XVII vix una facta est alia Romæ Virgilii editio. Panzer. Annal. II, p. 499, 459.

1491.

P. V. M. cum Comment. Servii, Donati, Landini et Calderini. Impensis et diligentiori cura Lazari de Saviliano. Venetiis. f. 1491.

Maitt. ibid. p. 533. Orland. p. 50. Biblioth. Schwarz. P. II, n. 530. Schnitzer *Neustadt an der Asch Kirchenbibl.* III, p. 45. Panzer. Vol. III, p. 307, 1430.

Alia hujus anni *cum Comment. Servii et in minora poemata Domitii Calderini: præmissa est præfatio Chph. Landini, Venetiis per Bartholomæum de Zanis de Portesio:* Catal. Biblioth. Reg. Paris. p. 1, n. 817, add. *Denis* supplem. p. 318. Panzer. Vol. III, p. 303, 1404. Repetita est hæc editio 1493, 94, 95, 1505.

Est *tertia* a. 1491. *Virgilius cum quinque Commentis...* Venetiis *per Philippum Pintium.* De hac v. laudd. a Panzer. Annal.

, p. 307, 1425. Quinque illa Commenta, sæpius hinc
, sunt *Servii, Donati, Landini, Mancinelli, Domitii,*
i. Atque hæc est illa, non ed. 1492 ut putabam, quæ
ı ducit editionum cum quinque Commentis; cf. ad

1492.

M. cum Comment. Donati, Landini et Servii, impensis
:i de Gerardenghis de Papia, labore et industria Ant. Lam-
Non. Nov. Venet........................fol. 1492.
ıd. p. 51. Maitt. ibid. p. 545. Panzer. III, p. 325, 1568.
'eneta 1492 cum quinque Commentis extat, cujus exem-
bibliotheca Erlangensi Academica servari narrat Har-
., typographi nomine non memorato; Esse eandem
it. 1491 probabile facit Panzer. III, p. 307, 1415 et p.
93, utraque repetita, quantum intelligo, ex Veneta

onem *Venetam* hujus anni et alteram 1497 *in secundam*
editionem memorat Fabricius B. L. p. 208, sed in eo
vir doctiss., dum hæc ad Virgilium refert: sunt enim
ntaria, quæ sub Servii nomine feruntur, in secundam
artem seu editionem, quæ etiam in Putschii vett. Gram-
habentur.
M. (et Carmina minora) *cum comment. Servii, Donati,*
et Calderini. Impensis Antonii Koberger. Noribergæ.
....................................fol. 1492.
frequens Editio, de qua vid. Maitt. ib. p. 546. Orland.
et Eckhard. loco sup. laud. p. 158. Panzer. Annal. II,
o, 208, et in *Ælteste Buchdruckergeschichte Nürnbergs,*
Servatur eadem in Biblioth. Acad. Gotting. Est mera
o Venetæ 1489, cum Landini commento.
. *M. cum variorum Commentariis,* Lipsiæ.....fol. 1492.
. Annal. Vol. II, p. 478, 46.
. *M. Bucolica.* Daventriæ...................4. 1492.
sup. ad a. 1488). Orlandi, p. 429. Maitt. T. I, p. 786,
App. p. 560. Panzer. I, p. 360, 64.

1493.

M. Opera cum Commentariis quinque; Venetiis *per Bar-*
num de Zanis de Portesio..................fol. 1493.
laudd. Panzer. Annal. Vol. III, p. 339, 1670, et Fossi,
. 9. Est repetitio a. 1491.

1494.

P. V. M. cum Comment. Servii; per Damianum de Mediolano. Venetiis.................................fol. 1494.

Maitt. T. I, p. 575. Orland. p. 54. Panzer. III, p. 361, 1843.

P. V. M. Opera cum commentariis P. Servii, Landini, Ant. Mancinelli, Donati et Domitii, cum Catalectis. Venetiis, 1494 die ultimo Septembris (s. n. typogr.)................fol. 1494.

Laudatur a Burio *Biblioth. du duc de La Vallière*, P. I, T. II, p. 85, typographi nomine non apposito; alios vid. in Panzer. Annal. III, p. 365, 1881.

Ab hac editione diversa est alia h. a. similis apparatus:

Virgilius cum commentariis quinque; Catalecta c. Domitii Calderini Comment. Venetiis *per Bartholomæum de Zanis de Portesio sub a. Domini MDXIV* (leg. XCIV) *die octavo Octobris.* ....fol. 1494.

Panzer. Annal. Vol. III, p. 355, 1803. Exstat. in biblioth. Gotting. ex bibliotheca Daviana in eam illata. Est ed. rep. anni 1491 et 1492.

Parisinam in 4° editionem hujus anni laudat aliquoties Martinus ad Georgica III, 256, 435; IV, 391. Est ea sine dubio *Georgicorum* tantum; uti alia 1495 octonis (f. quaternis minoris formæ) laudatur a Martino ad Ge. III, 468. *Bucolica cum commento familiari*, Paris. 1495 memorari video in Bibl. Harleiana, T. I, p. 177. Scilicet ab hoc inde tempore sæpius repetita carmina Virgiliana modo seorsum, modo conjunctim, Parisiis; nullum ad criticum usum.

P. V. M. Bucolica cum Comment. per Jacobum de Breda. Daventriæ.....................................fol. 1494.

Orland. p. 150. Maitt. ibid. vide ad a. 1488. Commentum hoc *Herm. Torrentini* est; quod, quamvis jejunum et ineptum, sæpius ab hoc inde tempore repetitum per Arnoldum de Colonia et alios. Etiam *Georgica* c. commentario *Hermanni Torrentini* paullo post prodiere *Daventriæ*, 1496, 4. Sæpius repetitum utrumque opus. Nihil tamen valde fructuosum ex his edd. exspectare licet.

P. V. M. libri Georgicorum. Lipsiæ per Arnoldum de Colonia..4. 1494.

Annal. Typogr. Lips. et jam Fabric. B. L. T. II, p. 234. Panzer. Annal. I, p. 481, 75. Est *Æneis* ibid. eod. a. (Panzer. ibid. n. 76) et *Bucolica* 1495 (Panzer. ibid. p. 484, 100).

1495.

'. *Opera cum commentariis quinque, vid. Servii, Lan-*
cinelli, Donati, Domitii: impress. per Bartholomæum
de Portesio. Venetiis....................fol. 1495.
. 595. Rossi, p. 72. Panzer. Vol. III, p. 374, 1939.

m hujus anni Editio Pinciana: *Virgilius cum com-*
quinque: videlicet Servii, Landini, Ant. Mancinelli,
omitii. Servii item errores suis locis castigati. Acc. Car-
ora. Venetiis *a Philippo Pincio Mantuano anno do-*
XCV die octavo Augusti, cum privilegio ne quis audeat
: usque ad annos decem sub pœna in eo contenta.
...................................fol. 1495.
G.) Sane et hæc et illa prior Veneta repetitiones
t duarum Venetarum 1491. Pinciana autem mox ali-
petita: 1499, 1505. (Panzer. III, p. 376, 1952.)
i *Parisiis* anno 1495 octonis expressa; unde Panzer.
, 363. Alia ibid. Vol. IV, p. 287, 106. Vid. sup. ad

1496.

M. Georgica cum commentario Hermanni Torrentini.
, per Richard. Pafraet....................4. 1496.
Vol. I, p. 364, 106. Vid. ad a. 1494. Cf. *Denis* suppl.

1497.

s cum commentariis quinque, vid. Servii, Landini,
i, Donati, Domitii. Venetiis *per Simonem Papiensem*
ilaqua, 1497, die XX Febr.............fol. 1497.
uppl. pag. 436, et jam Maitt. pag. 655. Panzer. III,
2198.
ii Commentariis juxta secundam Donati editionem,
. Simonem Papiam f. 1497 expressis, atque Fabricio
98, et ex Maittairio, T. I, p. 655 memoratis, supra
. diximus.

1498.

f. Opus per Paulum Malleolum *Andelacensem iterata*
plane recognitum; per Udalr. Gering. et Berthold.
ocios in vico Sorbon. quam tersissime impressum, g Ca-
. Parisiis.........................fol. min. 1498.

Maitt. p. 662. Orland. p. 87. Panzer. Vol. II, p. 319, 447. Ex Paris. 1478 et 1489 expressum, sed emendatius. In Epistola præfixa P. Malleolus quum de aliis typographorum multorum fraudibus queritur, tum de nonnullis prævaricatoribus chalcographis.... qui *ut numerum augerent interpretum, nec tamen plus assumerent papyri, Ant. Mancinellum in Bucolica Georgicaque adjicientes, et Servium, et Donatum, et Landinum, probatissimos interpretes, per universum opus laceros, mancos et exanimes, reddiderunt*, ap. Maitt. T. I, p. 60, 61. Hæc quorsum pertineant, non facile est dicere; forte tamen ad Venetam 1495 referenda.

Georgica et Bucolica cum novo commento Hermanni Torrentini (Daventriæ per Rich. Pafraet).........4. 1498. 1499.

Biblioth. Gott. Acad. Vid. Panzer. Annal. I, pag. 365, 120, 121; IV, p. 288, 121 *bis*. Vid. ad a. 1488, 1494.

P. V. M. Georgica Lyptzk *per Baccalarium Wolfgangum Monacensem*....................................4. 1498.

Denis Suppl. p. 457. Panzer. Vol. I, p. 490, 166.

1499.

P. V. M. cum comment. quinque Servii, Landini, Ant. Mancinelli, Donati, Domitii. Servii item errores suis locis annotati a Philippo Pincio Mantuano. Venetiis..............fol. 1499.

Orland. p. 50. Maitt. p. 688. Alii ap. Panzer. Vol. III, p. 457, 2500. Multi passim hanc edit. Pincianam memorant, et satis obvia ea est; ducta illa ex edit. Pincii 1495. Est eadem porro recusa 1505.

P. V. M. Opera cum Commentar. Servii, Donati et Chph. Landini. Venetiis *Jacobus Zacchius*...............fol. 1499.

Tantum ex Maittairio p. 688 innotuit, nec aliam norat fidem Panzer. Vol. I, p. 556, 224.

P. V. M. aliquot opuscula. In Colonia 1499. *Denis* Suppl. p. 477. Panzer. Vol. I, p. 320, 328............v. ad a. 1501.

Ibid. *Bucolica et Georgica:* vid. laudd.

1500.

V. cum Commentariis quinque. Venetiis *a Lucantonio Florentino anno domini MD, die XXVII Augusti cum privilegio*.. ....fol. 1500.

(Panzer. Vol. III, p. 478, 2654. Totus liber ad verbum, et cum ipso titulo, expressus ex Pinciana 1495. Servatur exem-

plum in re libraria Gymnasii Arnstadiensis, unde descriptionem diligentiorem mecum communicavit Lindnerus, vir doctiss. Gymnasii Rector. Lucantonius debet esse Lucas Antonius Junta, a quo editiones cum variorum commentariis 1519 et seqq. annis aliquot Venetiis sunt excusæ.)

P. V. M. Bucolica et Georgica cum Comment. Servii et Jod. Badii Ascensii. Lutetiæ, *Johann. Petit*.............fol. 1500.

(Hinc Panzer. Vol. II, 335, 613.)

P. V. M. Æneis cum Servii Comment. Phil. Beroaldi annotat. Donati enodat. Jod. Badii Ascensii elucidatione atque ordinis contextu; a Thielmanno Kerver compressa. Venundantur Parisiis *a Joanne Parvo*...............................fol. 1500.

Vid. Maitt. p. 713, ubi inscriptio libri verbosissima expressa est. Bucolicorum editionem non memorat, quam Æneis sequuta est. Anno sequenti etiam *Culex cum reliquis Poematiis* prelo eodem exiit, atque hæc est *prima Ascensiana*, quam tot aliæ sequutæ sunt. *Universa Virgilii carmina hujus anni cum Comment. Servii apud Jo. Parvum et Jo. de Confluentia*, Orlandus p. 96 memorat. (Panzer. Vol. II, p. 333, 595.)

P. V. M. Opera Nic. Erythræi opera restituta additis ejusdem scholiis. 8. 1500. *per Franc. Rampazetum.* Memoratur in Cat. Biblioth. R. Paris. n. 818 (1). Esset hæc itaque *prima Erythræana* sæpius deinceps repetita, sed non nisi medio sæc. XVI (1539, 1555 al.) Erythræi industria, etiam Henr. Stephano in præf. damnata, fere intra subtilitates grammaticas et rhetoricas substitit. Index nullo plane consilio ac judicio confectus est.

Hoc anno *Herm. Torrentini Commentarium Coloniæ* typis excusum fuisse, apud Fabricium B. L. T. I, p. 213 memorari video (in Bucolica et Georgica. *Denis* Supplem. p. 477). Cf. ad 1494, et *Georgica* cum ejus Commentario Daventriæ vid. sup. ad e. a. etiam Opuscula (*Denis* Supplem. ibid.)

(1) Une méprise des rédacteurs du Catalogue de la Bibliothèque du Roi est cause que M. Heyne a placé sous cette année la première édition des Remarques de Nic. Érythrée sur Virgile.

Ces Remarques ont été publiées pour la première fois à Venise, en 1539; elles ont été réimprimées dans la même ville en 1565. Dans l'exemplaire de la Bibliothèque du Roi de cette réimpression, les chiffres 65 ont été effacés à l'aide d'un grattoir, de manière à faire lire 1500 au lieu de 1565. Les rédacteurs du Catalogue, trompés par cette opération frauduleuse, ont placé l'année 1500 au lieu de 1565. (B.)

Subjiciemus nonnullas edd. hujus sæculi sine temporis aut loci notatione excusas: de quibus tamen non sine cautione pronuntiare licet; quandoquidem plerumque extrema pagina et indicibus destituta exemplaria in hunc censum veniunt.

P. V. M. Opera......................... fol. s. l. et a.

Memorata et descripta secundum externam formam a *de Bure* in *Catalogue des Livres du Duc de la Vallière*, P. I, T. II, p. 80, proposito quoque literarum specimine, quæ neogothicæ et barbaræ sunt. Veniit libris gall. 756, 19 s. et est nunc ap. Com. de Spencer. Ad annum 1471 eam refert *de Bure* Esse eamdem excusam opera *Joannis Schüssler*, Augustæ Vindelicorum, intra a. 1470 et 1472 (nam intra hos annos ille officinam exercuit; vid. Zapff *Augspurg. Buchdrucker-Geschichte*, T. I, p. XI) deprehendisse nuper sibi visus erat, comparato Terentio sine a. et l. Dom. *Maugerard* (*Journal encyclop.* 1787, *Décembre*, p. 327). Terentii exemplar servatur in bibliotheca nostra Academica. Mox tamen alius vir doctus, comparata versione latina homiliarum Jo. Chrysostomi et libri IV Augustini de doctrina Christiana, librum vindicavit prelo *Mentelii* Argentoratensis (ibid. a. 1788, Apr. p. 155 sq.) atque in hoc nunc acquiescunt *Denis* Supplem. p. 699 et Panzer. Annal. typograph. T. I, p. 73, 74, 407. Ceterum tanto libentius hoc accepi ad liquidum perductum, quum antea de una tantum in Germania hoc sæculo excusa editione Virgilii constaret, Kobergeriana scilicet; nunc est illa Argentina altera. Successit tertio loco Argentina 1502.

In Bibliotheca Smithiana p. D, Editio *Virgilianorum Operum* memoratur, *Eclogæ, Georgica et Æneis*, fol. s. l. a. et typographi nomine; esse tamen perpulchram et characteris literarum ad Vindelinianam accedentis.

P. V. M. cum comment. Servii, Donati et Landini. Ad calcem: *Impressum Venetiis per Ligam Boariam, X Kal. Jun.* fol. s. a.

B. G. memoratur ab Orland. 62, 428. Maitt. T. I, P. II, p. 748. Ind. App. pag. 560, et in Catal. Biblioth. Barberinæ p. 529. Panzer. Vol. III, p. 498, 2813. Descriptionem ejus dedit vir doctiss. Sam. Beni. Reichel, Prodirector Gymnasii Altenburgensis in Progr. 1774. Exstat quoque nunc eadem editio in Biblioth. Acad. Gotting. quo tanto certius mihi nunc constat, esse eam repetitionem, non tam Venetæ, quam Florentinæ 1483 vel 1485, adjectis quoque inde *carminibus minoribus*.

Præfixum est, ex eadem utique editione, Chphori Landini Florentini procemium ad Petrum Medicem, Magni Laurentii filium. Memoratur in eo inter alia conjuratio in Mediceam familiam et Laurentii reditus in urbem: quo ipso patet non nisi post a. 1478 et 1479 et ante 1492 illud scriptum a Landino esse.

P. V. M. Opera una cum Servii Honorati Grammatici commentariis, Venetiis..............................s. l. et a.

Maittairius, p. 749, et Ind. App. p. 560. Biblioth. Harl. T. I, p. 176. Accurate descripsit Helmschrot. *Drucke des Stiffts Fuessen*, II Th. p. 82 (181) cf. Meusel *hist. u. litter. Magazin* 7 Stück p. 154. Add. Panzer. Vol. III, p. 498, 2815. Est hæc eadem quam descripsit Fossi p. 803—5, unde etiam disco subjecta esse carmina minora.

P. V. M. Opera... lib. XIII Maphei Vegii... diversa carmina. Priapeia. Copa. Est et non est. Vir bonus. Rosæ. Culex. Diræ. Ætna. Ciris. Catalecton.............s. l. et a. char. Rom. fol.

Maittairius p. 766. Braun Biblioth. ad SS. Udalr. et Afram T. I, p. 108. Morellus in Biblioth. Pinell. II, p. 386, et Panzer. Vol. IV, p. 208, 1277.

P. V. M. Opera... adhærent: Copa. Moretum. Diræ. Est et non est. Rosæ. Culex. Priapeia... char. lat. circa 1480, fol. forte Venetiis.

Gemeiner *Nachrichten v. Regensburg. Stadtbiblioth.* pag. 65. Rossi p. 72, et Panzer. Vol. IV, p. 208, 1278.

Mauri Servii Honorati Commentarius in Virgilii Opera char. lat..fol.

Maittairius p. 752, *de La Vallière*, Helmschrot. et Panzer. quem vid. Vol. I, p. 76, 415, inter libros Argentoratenses.

P. V. M. Bucolica char. Goth. rudi..............s. a. et l.

Ex Pinelli et *Denis* Panzer. Vol. IV, p. 208, 1279.

P. V. M. Eclogæ. Brixiæ *per Thomam Ferrandum*......s. a.

Vid. Panzer. Vol. IV, p. 263, 147.

Veterem *Londinensem* editionem Martinus aliquoties memorat: forte respexit *Bucolica s. a. per Rich. Pynsonum*, qui intra 1493 et 1528 typographiam *Londini* exercuit. Titulum libri vid. apud Amesium *Old English Printers* p. 130. At nunc video a viro doct. Lud. Guil. Bruggemann (in *View of the English Editions of the Greek and Latin Authors* p. 535 ex *Hebert's typographical antiquities*), laudari *P. V. M. Opera cum Commentar. Ferrandi*, Londini, *Rich. Pynson*..................8. s. a.

Ex tanto editionum sæculo XV vulgatarum numero antea vix tres aut quatuor, nunc aliquanto plures, a viris doctis critica cum cura et subtilitate excussæ sunt; unde fit, ut nec satis exploratum sit, sitne aliquid ex nonnullis earum utilitatis et fructus ad Virgilium exspectandum, utque nec accurate definiri possit, quænam ex iis inter principes et ex membranis descriptas habendæ sint, aut quæ aliarum familias duxerint. Etsi, si quidem ex iis licet judicare, quas ipse inspexi, justa ominandi caussa subest, ut nunc habemus Virgilium ad codd. constitutum, parum aut nihil bonæ frugis inde ad nos rediturum esse; quæ ipsa res revocavit me, quo minus in iis, quæ ad manum erant, excutiendis essem nimis sedulus. Quantum tamen adhuc curatiore opera ac studio perspicere potui, *a Venetis cum Servii commentario* exaratis primo Virgiliana lectio fuit constituta, ut per plures editiones continuaretur. Nam conveniunt fere inter se ad eandem lectionem propagandam Venetæ cum Servii, tum cum Landini aliorumque Commentariis vulgatæ. Cum iisdem consentire visæ sunt edd. *Kobergeriana* 1492, *Argentina* 1502, utraque inter meliores referenda. *Daventrienses* et *Parisienses* in scholarum usum paratæ esse videntur. *Priorem Romanam* ex parum emendato codice profectam esse supra vidimus; *alteram* emendatam ex Codice Pomponii, qui, ut probabile fit, idem erat cum Oblongo Pierii. Inde quæ *cum Servio* prodiere, fieri non potuit quin ex hoc ipso constituerentur aut interpolarentur. Ad *Mediceum* codicem emendavit poetam Cenninus Florentiæ. Codices *Vaticanos* adhibitos esse in Mediolanensi Zarotti 1472 testatur subscriptio. Si tamen altera Mediolanensis 1474 inde fuit expressa, lectionem ejus excerptam habemus in Var. Lect. apparatu. *P. Malleolus* bis ad emendandum Maronem accesserat 1478 et 1498. Non tam in poeta, quam *in Servio* emaculando operam collocarant plerique, in his Jo. Calphurnius in edit. Vicent. 1479. Prorsus inde a critica opera deflexum ad *interpretandi studium*. Primo video Domitium Calderinum enarrasse Opuscula 1483. Prodiit 1486 Pomponii Sabini Commentarius e Servio et Probo potissimum collectus. Inde Donati excerpta, et Landini Comment. 1487, 1489. Ant. Mancinelli 1490. Paullo post quinque Commentarii junctim prodi cœpere; inque hoc fere substitit virorum doctorum studium.

Dicendum nunc est de *Aldinis editionibus*, quas in prima editione nondum ad manus habebam. *Prima Aldina* 1501 mera est superioris alicujus editionis repetitio, etsi in præfatione promittitur Virgilius emendatus, atque etiam ad calcem orthographiæ suæ defensionem cum quinque locorum correctione subjicit Aldus (exigui profecto momenti illa correctio: *Lavinia* pro, Lavinaque Æn. I, 2; VI, 33, *protinus omnia* pro, omnem; VI, 464 *aquai* pro, aquæ vis; VIII, 402 *potest electro* pro, potestur electro; IX, 9 *petit Evandri*, pro petivit E.). *Altera* est repetita ex priore. Successit *tertia* ex *A. Naugerii emendatione*, præclara et inter præstantissimas facile editio: quam qui factum sit ut sequentes editores non sequerentur, sed plerumque ad priores Aldinas redirent, non assequor. Pleraque enim, ab Heinsio e melioribus codd. constituta, leguntur jam in Ald. tertia. Habuere tamen eam in manibus viri docti, saltem Pierius, qui nihilominus priores sequitur. Heinsius et Burm. laudant Ald. et Junt. in Var. Lect.; sed spectat hoc ad priores. Repetiere quidem editionem tertiam Aldinæ 1527, 1540, 1545; nec tamen satis fideliter; in multis ad priorem rediere. *Paullus* autem *Manutius*, qui adnotationibus ad marginem appositis instruxit Virgilium, ad suum judicium ex aliis edd. multa in textu novavit in edd. 1555, 1558, 1560. Ad *P. Bembi et A. Naugerii exemplarium* fidem emendationem factam præferunt alia exempla, Venetum 1525, Juntinum 1552; fluxere adeo illa ex Ald. tert. Aliæ præferunt eandem professionem tantum in Culice, ut Lugd. 1537, Paris. 1538. Multo tamen major numerus est eorum editorum, qui tertiam deseruere, et ad priores Aldinas rediere, ut Gryphianæ, Rob. Stephani al.

Novam recensionem adornasse videri voluit *Jo. Bapt. Egnatius* in ed. Ven. 1507. Verum substitit ejus opera maxime intra *Servium*, quem ex dimidiato integrum se fecisse profitetur; adjecit et *Probi* commentariolum, seu fragmenta. E codd. quos jactat pauca vidi mutata, bonam tamen interdum lectionem repositam; versus de Helena Æn. II, 567 sq. sustulit. In ratione scribendi multa se ad veteris consuetudinis normam direxisse ait; in plerisque antiquioribus potius auctoribus, quam recentibus grammaticis, adstipulatus.

Juntina prima, a *Philippo Junta* expressa, est a. 1510, post-

quam jam Eclogas, forte et alia, separatim prelo subjecerat, repetita 1529, quam diligenter inspexi. Est in his, saltem in altera, fundus editio Aldina prior, verum emendata illa est a *Nic. Angelio*: quod tamen non ita accipiendum, ac si novos codd. adhibuerit. Præfixæ sunt *Benedicti* in Virgilium annotationes, a quo codices inspecti sunt: vid. inf. ad a. 1520; hanc tamen editionem cum Egnatiana a viris doctis neglectam esse video, nisi quod 1534 ex Egnatio Basileensis Jo. Walderi repetita est. Diversæ ab his sunt edd. Lucæ Ant. Juntæ, de quibus statim dicemus, cum de Ascensianis pauca monuerimus.

Prima Ascensiana, h. e. Jod. Badii Ascensii commentariis instructa, quantum quidem constat, 1500 prodiit. Nihil equidem de re non inspecta affirmare ausim; eam tamen cum reliquis editionibus Ascensianis a Venetis supra memoratis, uti 1495, 1499, a quibus vulgatam lectionem deductam suspicor, nihil discedere vidi, ut adeo ipse Badius in textu nihil emendationis attulisse videatur. Criticæ adeo opis ex iis omnibus nihil est exspectandum. Sunt autem Ascensianæ notabiliores Paris. fol. 1505, 1507, 1512, 1514, 1515. Lugdun. fol. 1517, 1528, 1529. Inter hæc per familiare Commentum Herm. Torrentini, subinde repetitum, depressa est Virgilii lectio ad puerile verborum et phrasium studium.

Mature Ascensianum commentum in *Venetas* edd. migravit, interdum ad verba diversi contextus; unde nec dubito lectionis varietatem et interpolationem ab eo tempore promiscue per vulgatas esse grassatam. Post editionem a. 1500 ex Pinciana ductam, *Lucas Ant. Junta*, Ascensianarum edd. exemplo, onerare ac variorum commentariorum tamquam eluvie aliqua inducta, submergere poetam cœpit: fol. 1519, 1533, 1537, 1542. Idem institutum tenuere alii librarii Veneti, et in edit. 1522. Harum editionum omnium nulla esse potest dignatio. Etiam Juntinas modo dictas sequuntur aliæ Venetæ: ut ap. de Tortis 1541: ap. Hieron. Scotum 1544, et ap. Bonellum 1558; et ipsa Velutelli 1534.

Inter hæc *Pierius* præstantissimis codicibus adhibitis (de quibus vid. supra pag. 438), castigavit Virgilium, et quidem Castigationibus seorsum editis 1521: acceptæ ac repositæ sunt in edit. 1529 Paris. et 1532 Rob. Stephani. Usus est Pierius Aldina prima et secunda; etsi tertiam semel memorat ad Æn. III, 43. Adoptavit et breviter excerpsit Pierii castigationes sub nomine *lectionum varietatis* appositæ, *Alex. Velutellus* in Ven-

1534, 8. Item Hieron. *Scotus* Ven. 1544, quam excipit alia Veneta ap. Jo. Mar. *Bonellum* 1558, f. nitidissima editio, et, quod viri docti fidem faciunt, quum ipsi titulo libri forte fidem haberent, emendatissima. Sed typographica peccata ipsi animadvertimus, et indocto homini concinnandæ editionis curam mandatam fuisse, ex eo suspicati sumus, quoniam varietas lectionis in margine omissa est.

Unde factum sit, ut editio *Veneta* 1583, 8 *e MS. Carpensi*, h. Mediceo Codice, expressa a posterioribus editoribus plane negligeretur, difficile est dicere. Ita nec *Commelinianæ*, similiter e Cod. *Palatino* expressæ 8, 1603, ulla ab editoribus ratio est habita. Sed, quod sæpe et alias vidimus, casu hæc potius et fortuna, quam consilio, geruntur.

Jam a. 1500 Virgilius *Nic. Erythræi*, h. e. Jo. Victorii Rossii (vid. *Anti-Baillet* T. I, c. 8) (1), opera restitutus cum ejus scholiis et indice prodierat apud Franc. Rampazetum; hinc iterum per Sabium recusus 8, 1539 et 1555, unde transcriptæ editiones Francof. 1583. Hanov. 1603, 1608 et castigata per Jo. Obsopœum et Fr. Sylburgium 1613, 8. Indicem Erythræi Ant. Mar. Bassus aliquis ad versuum et librorum numeros instruxerat Venet. 1586. Sed tota fere Erythræana opera nec consilium nec fructum habet. Interea nulla est Virgilii editio, quæ frequentius repetita a librariis fuerit.

Similem fortunam invidere licet editionibus cum *Joannis a Meyen* scholiis Ven. apud Aldum: 1576, 1580, 1587 etc. Nihil enim illis est jejunius. Repetita tamen illa a Francofurtens. 1599, 1616, 1629, tum in Parisiis et in Venet. edd.

Unde *Rob. Stephanus* editionem suam 1532 duxerit, curiose inquisivimus. Satis nunc nobis constat, Aldinam priorem seu Juntinam ab eo fuisse expressam. Robertus ipse ex Servio laudis summam aucupatus esse videtur; eum enim, antiquorum exemplarium ope, inter quæ unum Fr. Sylvii memorat, inte-

(1) Ainsi que je l'ai fait voir ci-devant, c'est par erreur que le Catalogue imprimé de la Bibliothèque du Roi de France a fait remonter à l'année 1500 la publication des Remarques de Nic. Érythrée sur Virgile. Ici, M. Heyne tombe dans une méprise qui a bien lieu d'étonner de la part d'un savant aussi versé dans l'histoire littéraire; il confond Nicolas Érythrée avec Jean Vittorio Rossi, qui lui est postérieur de près d'un siècle, et il s'appuie mal-à-propos de l'autorité de Ménage dans son *Anti-Baillet*, T. I, ch. 8. Notre compatriote n'a pas fait la même faute. (B)

gritati restituisse gloriatur; de ipso Virgilio silet. Successere editioni Rob. Stephani majori reliquæ *minores*, in quibus Aldinæ tertiæ præfationem præmisit; attamen poetæ lectio ad alias, etiam Aldd. priores, edd. est mutata. Sunt eæ 1533, 1537, 1540, 1549, jam a Maittairio in Hist. Stephanor. commemoratæ; nec dubito *Henrici Stephani* tres editiones 1577, 1583 et 1599, 8, ex iisdem ductas esse.

Editio *Parisina* 1600, cum tota sua familia Genevensi, Servii commentariis a *P. Daniel* emendatis, non ullis in ipsum poetam meritis commendatur.

Quæ *P. H. Susannæi* diligentia in Virgilio emendando, 1539, 1540, 1541 Parisiis fuerit, mihi non constat; nec tamen tam criticam, quam typographicam eam industriam fuisse suspicor.

De fonte editionum *Sim. Colinæi* 1526, 1531, 1540, 1542 forma minore, et *Gryphianarum* mihi hactenus liquet, quod edd. Aldinis prioribus, et Juntinæ inde ductæ respondent. Jam inde ab a. 1538, 1545 Franc. Gryphius Parisiis Virgilium excudendum curaverat; tum e Franc. Goveani, clari ICti, et vel ex magni Cujacii laude satis nobilis, castigatione, falso tamen jactata, eum vulgavit Lugduni Seb. Gryphius forma minore 1542, 1544, 1546, 1547, 1550, 1555, 1556, 1560.

Ab anno inde 1530 et hinc 1537, 1538 Virgilius *cum Phil. Melanchthonis scholiis* Parisiis vulgatus, et Lugduni 1537, deinceps autem Tiguri 1564, 1570, 1581, 1585, Basileæ 1546 et al., Moguntiæ 1554, Coloniæ 1597 repetitus est. Habent neque hæ editiones usum criticum; mirum tamen illud, qui factum sit, ut Parisiis primum Melanchthonis scholia frequentarentur. Etiam Melanchthonis prælectiones in Georgica, Basileæ 1544 vulgatæ, statim 1548 iterum fuere recusæ.

Lipsiæ ab initio inde sæculi XVI modo Bucolica, modo Georgica, etiam Æneis, fuerant excusa; ista fere cum *Herm. Torrentini* Comment. Nec tamen ex iis edd. quicquam beneficii aut fructus in Virgilium exspectari posse videtur, ne ad interpretationem quidem. Est enim hujus Torrentini familiaris, ut vocat, expositio, jam sub finem sæculi XV vulgata, illis quidem temporibus condonanda, non tamen digna, quæ toties Lipsiæ, Argentorati, Daventriæ, Londini et alibi repeteretur. Si tales edd. non plane negligimus, historiæ typographicæ forte prodest opera nostra, Virgilio nihil.

Postquam *Ge. Fabricius*, Chemniciensis, accuratioris doctri-

næ vir, quam nunc vulgo ad viri docti nomen consequendum in hoc literarum genere requiri solet, ex Italia Neapolitanum exemplar Commentariorum *Donati* in Æneidem reportaverat, inque iis, et *Servii* Commentariis emendandis operam per multos annos adsiduam collocaverat : ejus fructus in publicum produxit primum *editio Henricopetrina* fol. 1551, repetita illa mox, et variorum interpretum Commentariis locupletata, seu onerata et obruta; fol. 1561, 1575, 1586 et Lud. Lucii studio 1613. Quod exemplum Henricopetri operis librariis exprimendum tradiderit, nusquam memoratur. Mihi cum Juntinis fere et aliis Venetis convenire ea editio visa est. Postquam Fabricius exemplar suum prelo paraverat, et, tametsi nullo codice usus esset tamen illud operarum erroribus purgaverat: *Joach. Camerarius* illud descriptum Lipsiam secum attulit. Hinc Virgilius excusus 1546, 1548, 1551, 1556. Tum Fabricius *lectionis varietatem* adjecit; noscio an primum in edit. Argent. an. 1557. Hinc *ex Fabriciana recensione* sæpius repetitus Virgilius 1568, 1591, 1598 et forte alias.

Interea Lipsiæ prima *Greg. Bersmanni* 8, 1581 prodiit, bona editio, sed quæ criticis usibus non admodum inserviat. Sæpius ea sub prelum revocata est.

Taubmanniana editio Viteb. 1618, 4. Henr. Stephani editionem secundam sequitur, ut in præfat. diserte memoratur.

Cerdanæ editiones in textus ratione vix quidquam immutarunt, nec multum præsidii ad eam rem in iis est; tanto major earum utilitas est ad interpretationem; modo quis litteras, judicium et usum afferat. Unde tamen expressæ sint, nondum assequi potui.

Antwerpienses ex officina *Plantiniana* editiones non unius sunt generis. Prima fuit e *Theod. Pulmanni* recensione et emendatione 8, 1546, repetita deinceps 1564, 1571, 1580, 1582, 1589, 1592, 1596, 1604, 1625, 1634. Doceri cuperem, de prioribus saltem, an inter se diversæ sint; ipse in præfatione ed. 1564 ex collatione exemplarium cum manuscriptorum tum typis impressorum poetam se restituisse profitetur. Idem Chph. Plantinus fol. 1575 Virgilium nitide exprimendum curavit cum *Germani Valentis Guellii* Commentationibus pereruditis, quarum tamen tantum in interpretatione ratio haberi potest. Tandem etiam Aldinæ editiones 1558 aut 1560 cum Paulli Manutii adnotationibus admarginalibus ab eodem Plantino sub prelum a. 1566 revocatæ sunt.

Vulgares editiones, quarum ingens numerus commemorari posset, hic non curamus. Inde ab a. 1622 procedunt *Elzevirianæ* L. B. e doct. viror. castigatione. Acc. Animadverss. liber. Ex eodem genere est illa, cui præfatus est *Dan. Heinsius*, 1636 *P. V. M. Opera nunc emendatiora*. Non tamen apparet, quidnam operæ vir doctus adhibuerit. Est enim hæc cum aliis hinc repetitis inquinatissima et sine lectionis dilectu. Ad tergum præfationis appictus est numus cum Virgilii capite, quo sibi fraudem fieri passus est vir doctus.

Tandem *Nic. Heinsius*, divino quodam beneficio poetis Romanis sospitator datus, ad Virgilium constituendum accessit: cujus editiones ap. Elzevirios 1664, 12. 1671, 1676, 1688 sæpius repetitæ et ab sequentibus editoribus fere omnibus, etiam a Ruæo in edit. secunda, tamquam regula acceptæ sunt, ad quam Virgiliana lectio exigeretur. Postquam tamen P. Burmannus scrinia Heinsiana recuperaverat, ejus diligentia nova saltem variæ lectionis silva, et critica in nonnulla loca strictura subnata est.

Inter hæc commentandi et illustrandi ratio et ipsa inter varias vicissitudines fluctuavit. Post *quinque Commenta*, quæ sub sæculi XV exitum prodierant, sæpius repetita in edd. sæculi XVI, regnavit *Ascensiana elucidatio*, grammatica fere ac rhetorica, et ad Servii exemplum instituta. Ipse *Servius* non modo assidue legebatur, verum et commentatores suos erat nactus; ipse tamen vitiis coinquinatus, donec recentioribus virorum doctorum studiis emendaretur. *Probi* commentariolus, 1507 ab Egnatio vulgatus, non magni usus esse poterat. *Donati* non nisi fragmenta habebantur inde a 1489, donec plenior Donatus prodiret Neap. 1535, repetitus a Fabricio 1551 Basileæ, poetam ad rhetorica præcepta exigens. *Julii Sabini* Commentarios 1486 editos minus frequentatos esse ex paucitate repetitorum exemplarium colligo. Servius accessit Philargyrius 1587 et 1600. In Scholiis *Torrentini* familiaris expositio ingenia puerorum corrupit, singulis fere annis inde a 1496 repetita. Substituta iis inde a 1539 *Erythræi* scholia cum indice sexcenties excusa; tum *van Meyen* scholia inde a 1576. Ex his triumviris plerumque doctrina scholastica pependit, e qua adeo divinæ poetices omnisque venustatis et pulchritudinis sensus et ex lectione voluptas sublata esse debuit. Ad puerilia depressa fuit *Rami* opera in *Buc. et Ge.* 1551, ad quæ duo carmina omnino plus studii attulere homines, quia puerilis in-

utio in iis maxime occupata erat. Hinc subnatæ *Philippi lanchthonis* adnotatiunculæ 1531; *Willichii* scholia 1535 et 9; *Lucii Vivis* in Buc. interpretatio 1537, qui et allegoriis ulsit; *Camerarii* 1556, tum *Nicod. Frischlini* paraphrasis o, 1602. Serius ad *Æneidem* perventum, primum in *Hargi* Annotat. 1551, tum *Nannii* et *Hortensii* 1559, et *Nascimi* 1596. Non carent illi docta subtilitate; verum judicium et sus elegantia ab illis abest. Cumulantur quoque partim garia, partim rhetorica a genio et indole poetices aliena. ımmatica ratio intra verba et formulas subsistens, melior ıen et castigatior, fuit in nonnullis ex his, tum in *Paulli nutii* adnotationibus marginalibus 1558, (quæ etiam in ntinianis sunt receptæ 1566, mox meliores ipsis substituıb Henr. Stephano 1577), et selectis virorum doctorum noa *Ge. Fabricio* 1546, 1551, 1557, tum a *Bersmanno* 1581. ıdatur *Pontani* opera 1599. Ad *Græca* revocaverat animum ı olim Eobanus Hessus 1529, et Theocriti Hesiodique loca ıparaverat. Majore cum apparatu hoc exsequutus est Fuls Ursinus 1568, cujus vestigiis insistens 1575 Germanus ellius Valens Virgilium e Græcis illustravit; nimium sane, natura humana fert, in invento sibi indulgens, ut tamen ;eret animos ad meliora. Inde disertissimos, eruditissimos, uculentissimos commentarios condidit *La Cerda* Madriti, num in singula Carmina 1608, 1612, 1617, tum vero hoc ɔ anno 1617 junctim editos. Si subtilitatem et judicium in ectu desideres, ætatis vitium forte illud est, non viri. Quod ɛvideri potuit, ut ex largissimo fluvio rivulos sibi aperit alii, evenit, et exorti sunt plures, qui selectas ex superioıs interpretibus notas Virgilianis carminibus adderent: fere omnes peccarunt in hoc, quod non ipsi judicium m adverterunt, videruntque, quæ illustrationem sibi posırent; verum id unice sequuti sunt, ut ex aliorum judiciis penderent, apponerentque ea, quæ invenirent notata ab s, prouti casus, aut studium, aut stomachus offerret. Non at his vitiis *Taubmanni* commentarius 1618, multo minus *nabii* opera 1634, et *Minellii* 1674. Intellectum sane est a is doctis, desiderari in Virgilio interpretando genus aliɔd scholiorum, seu commentationis perpetuæ; nam, ut ım alterumve locum egregie illustratum videas, id ad perui carminis lectionem doctiorem non satis facit; peccatum ıen est in eo, quod, excerptis ac selectis aliorum notis, id

effici posse putarunt. *Schrevelii* opera inde a 1657 in edd. grassata per notas selectas oscitantiam et levitatem judicii ubique prodit; nec magis probanda *Emmenessii* opera 1680. Interea studium excudendi auctores classicos cum integris virorum doctorum commentariis per *Batavos* revixerat; quo sane sublata est molesta illa ratio indiligenter et indocte excerpendi ac mutilandi aliorum diligentiam; altera tamen ex parte non minus ignaviæ editorum consultum fuit in hoc, quod sine ullo animi judicio et acumine cumularunt ea, quæ ab aliis erant prodita; itaque vulgaria quæque bis terve enuntiata apposuere, relicta lectori molestia, ut, si quid vellet, id ipse erueret. Inter hæc vulgata est *Burmanni* editio 1746, in qua vix intelligas, quodnam certum animi judicium ille sibi proposuerit. Si Heinsiana in lucem edere, et critica curare voluit, non videas, quorsum Serviana et alia interpretationi inservientia addiderit. Sin interpretationem consilii partem constituerat, tum nulla opera jejunior et magis manca adhiberi potuit; Servius enim in paucissimis locis satis facit; admixta habet innumera aliena, falsa, indocta; quæ vero ipse, aut Heinsius affert, singularum interdum vocum illustrationes per congesta loca et exempla, possunt ea forte uni et alteri loco lucem afferre, ad summam lectionis et interpretationis parum inde proficias.

De summa carminis et de summa operæ, quam illud postulat, acutius judicarunt viri docti a Criticis improbati, *Ruæus*, *Catrœus*, *Trappius*, *Martinus*. Viderunt hi, partim se in poeta versari, adeoque grammaticam operam nihil aliud quam fundum melioris interpretationis et veri e lectione fructus esse habendam, partim carmina esse opera singula, quorum cuique argumentum ingeniose descriptum et pertractatum subjectum est; non posse poetam cum voluptate legi, si tantum in criticis hæseris, aut si philologicas observationes ad singulas voces et phrases cumulaveris: itaque de sententiis, de poetica vi, de oratione poetæ sollicitii fuere. Latus præbuere adversariorum ictibus in hoc, quod ipsi nec critica nec grammatica subtilitate imbuta satis ingenia habuerunt.

Et hæc quidem hactenus. Juvat nunc editionum annales subjungere, ut de iis, quæ universe dicta sunt, ex singulatim facta enumeratione melius constet (1).

(1) Digesserunt hæc in certas editionum ætates Bipontini : I. natales

1501—1601.

1501.

Virgilius cum commentariis quinque, videlicet Servii, Landini, Ant. Mancinelli, Donati, Domitii. Venetiis *sub anno Domini* 1501 *die* 9 *Junii.* Venetiis..........................fol. 1501.

Vid. Goezii Memorabil. Biblioth. Dresd. T. II, n. 291. Sequitur autem sine dubio edd. Venetas 1495, 1499.

Virgilius. Venetiis *ex aedibus Aldi. Romani mense Aprili MDI.* Venetiis..................................8. 1501.

De hac jam ante dictum est. Typis minoribus, quos *italicos, currentes*, et *Aldinos* vocant, primus omnium librorum expressus. Adjecta est ad calcem epistola de orthographiae ratione. Est etiam hujus edit. repetitio sine anno.

P. V. M. aliquot opusculorum cum familiarissima elucidatione pro tyrunculorum in arte poetices institutione insigni ut vides charactere in sancta Colonia *exaratorum opera atque impensis providi viri Henr. Quentell. anno post jubileum primo.* Coloniae. ....4. 1501.

Vix memoratu dignum judicassem, nisi viderem in fraudem titulum inducere posse. Continentur: Vir bonus: Est et non. De y littera Pythagorea. De rosa. Elegia de obitu Maecenatis. Habemus opusculum in manu, et idem ipsum ex ed. priore, e Biblioth. Acad. Gotting., ubi post *Quentell* subjicitur: *civis ejusdem. Faustus adest finis. In ejus celebritate, qui deo dicatis conjugium interdixit anno virginei partus ante jubileum centesimum.* Unde hoc unum assequor, 1499 id esse exaratum. Idem esse videtur quod sine anni nota expressum memoratur in Biblioth. Schwarz P. II, n. 878. Est alia editio antiqua literis neogothicis s. a. et l. in 4to inscripta: *P. V. M. poetarum Achillis minutiora opuscula seu mavis lusus et lectione et imitatione dignissimi.*

Interea ex Harlesio disco eod. a. apud eundem *Quentell* Coloniae expressa Bucolica et Georgica c. Comm. Herm. Torrentini esse. Vid. Panzer. Vol. VI, p. 348, 7 et ibid. p. 351, 28 et 38 iterum 1506 ibid. p. 359, 110 item 1510 ibid. p. 369, 198.

1502.

P. V. M. Opera (et Carmina minora) *cum quinque Commentariis, expolitissimisque figuris atque imaginibus per Sebast. Brant superadditis. Impress. Argentor. ordinatione, elimatione ac relectione* Sebast. Brant, *operaque et impensa non mediocri Magistri Jo. Grieninger. anno milles. quingentes. secundo quinta Cal. Septembres die.* Argentorati.........................fol. 1502.

Commentarii sunt iidem, qui in Venetis edd. 1495, 1499, 1501, ut non dubitem, quin ipse poeta ex iis expressus sit. Ceterum ex hac Argentina figuras, quæ Ascensianas fere, Juntinas, et alias Venetas ornant, dicam an ornatui officiunt, ductas esse apparet. Est hæc editio in Biblioth. Acad. Gotting. ex penu Duviano.

P. V. M. Georgicorum liber cum novo commentario Hermanni Torrentini. Daventriæ industria Jacobi de Breda.......4. 1502.

De his Comment. Vid. ad 1494. Successere *Bucolica* 1503, *Georgica* rep. 1514.

1503.

P. V. M. Georgicorum liber, cum novo commentario Herm. Torrentini. Impressum Lyptzk per Melch. Lotter......4. 1503. Biblioth. Acad. Gotting.

P. V. M. Bucolica. Lipsiæ per Martin. Herbipol...fol. 1503. Ejusdem *divina Æneis in XII libros discreta, quibus singulis hypothesis sive argumentum a Phil. Beroaldo, Rhapsodorum principe nostra ætate, conscriptum præmittitur:* per eundem fol. 1503. *Georgica acri cura emendata cum argumentis Beroaldi ad singulos libros appositis:* per eundem; Ge. Schiltel curante. Lipsiæ. ....fol. 1503.

Annal. Typograph. Lips. pag. 80. Beroaldi epistolam supra in edit. Paris. 1478 appositam esse vidimus. Per eundem Martinum Herbipolensem *Culex* separatim fuit excusus 4. s. a. vide ibid. p. 101.

1504.

Mediolanensem hujus anni apud *Alex. Minutianum* impressam primi in notitiam adduxere Socii Bipontini e Biblioth. Heideggeri Reip. Turicensis tribuni. Aliamque per *Bartholomæum de Zannis de Portesio* Venetiis repetitam nunc et 1507, 1510 ex 1495.

Eclogæ Virgilii, Calphurnii, Nemesiani, Franc. Petrarchæ, Jo. Boccaccii, Jo. Bapt. Mantuani, Pomponii Gaurici. Impres-

m hoc opus Florentiæ opera et impensa Philippi de Giun-
, bibliopolæ Florentini. Florent.................8. 1504.
Apud Maitt. Annal. Ind. pag. 329. Typograph. Juntin. II,
11.

1505.

P. V. M. omnia Opera (cum Carminibus minoribus) *cum*
ıuris nuper additis (ex edit. Argentina) *et expositoribus Servio,*
ındino, Donato, Ant. Mancinello, Domitio. Annotationes item
Servium suis locis positæ (Philipp. Beroaldi.) Venetiis a Phil.
ncio Mantuano.............................fol. 1505.
B. G. Ex Pinciana 1499 expressa, ut res ipsa testatur; ha-
ıimus enim utramque in manibus.
Virgilius. Venetiis. M. D. V. Mense Decembri (ex ædibus
di.).......................................8. 1505.
Est repetitio prioris minus emendate facta. Accedunt ta-
en in hac edit. secunda Carmina minora. Apud Crevennam
ɔo flor. veniit: tam intelligentes habemus bibliophilos!
Ascensiana Editio. Parisiis.....................fol. 1505.
Secundum ed. a. 1500 haud dubie. Memorat eam Masvic.
ræf. ad Virgil.
P. V. M. Opera iterum Augustini Camynadi *exactissima cura*
ıstigata argumentis et annotamentis paullo frequentioribus illus-
ata, ac Magistri Jo. Philippi Alemanni diligentissimi formula-
ris impendio atque industria nuperrime nitidissimis excusa cha-
ıcteribus Parrhisiis..........................8. 1505.
(B. A. G.) Inscripta est Nic. Benserado.
P. V. M. Bucolicum decem æglogarum opus: tersum ac extre-
ıa opera castigatum ab Herm. Torrentino familiariter expositum.
ıipsiæ per Melch. Lotter........................4. 1505.
Biblioth. Acad. Gotting. vid. inf. 1508, 1516 et jam sup. ad
500 et 1494.
P. V. M. Æneis. Lipsiæ per Jac. Thanner.........4. 1505.

1506.

P. V. M. Georgica per Jac. Thanner. Acc. Est et Non est.
Lipsiæ.......................................4. 1506.
Biblioth. Acad. Gotting. Sæpius repetita sunt hæc exempla-
ıia in scholarum usum per Thanner. et Melchiorem Lotter.

1507.

P. V. M. Opera cum Comment. varior. ex offic. Ascensiana
mpedio Jo. Parvi...........................fol. 1507.

Ap. Maittair. T. II, p. 184, et accuratius in Memorab. Biblioth. Dresd. T. II, p. 292. Expressa ex edit. 1505, unde præfatio Badii præfixa.

Buc. Ge. Æneis cum Servii Commentariis accuratissime emendatis, in quibus multa, quæ deerant, sunt addita. Græcæ dictiones et versus ubique restituti. Sequ. Probi, *celebris Grammatici, in Buc. et Ge. Commentariolus non antea impressus. Ad hos Donati fragmenta, Chph. Landini et Ant. Mancinelli Commentarii.* Venetiis *Jo. Bapt. Egnatius Venetus emendavit* (*cum figg.*) In fine: *Venetiis excusi M. D. VII die ultimo Junii... Bernardinus Stagninus impensam fecit*, 4. (quaternis duplicatis). 1507.

Nimis magnifice de hac editione senseram, antequam illa mihi inspecta esset; meliora apposui supra p. 486, sq. Servatur in Biblioth. Gotting. Acad. e supellectili libraria Duvii. Fragmenta *Probi* hic primum prodeunt e codice vetustissimo Bobii quondam a Georgio Merula invento. Repetita est 1520. Add. 1527. Est quoque h. a. repetita editio Veneta per Bartholomæum de Zannis fol. haud dubie ex edit. 1494 et 95.

1508.

P. V. M. Bucolica cum commentario Hermanni Torrentini. Argentinæ per Jo. Knoblauch....................4. 1508.

Sic quoque *Georgica* eod. a. Porro

1509.

P. V. M. Æneis cum familiari expositione. Joh. Knoblauch, civis Argentinensis impressit V. Kal. Aprilis anno salutis Christianæ MDIX Argentinæ.....................4. 1509.

Jo. Schottus Argentinensis præfatur, quem adeo suspicor, ad Torrentini modum, de quo vid. ad 1494, 1500, simili jejuna commentatione Æneidem interpretari voluisse. Eodem anno 1509 *Georgica* iterata prelo sunt, et hinc 1516. In nostro Æneidis exemplari *Bucolica* a. 1512, et *Georgica* 1513 expressa præmissa sunt. *P. V. M. Opuscula cum familiari expositione* a. 1509 ab eodem Knoblauch excusa sunt. *Æneis* autem iterum 1515, 1525, et Opera 1520; cf. Panzer. Vol. VI, sub his annis.

1510.

Opera et Opuscula. Copa. Priapeia... prævio monito Mariani Tuccii. *Impensa Philippi de Giunta Florentini. MDX, VI Cal. Decembris* (Florentiæ)........................8. 1510.

tt. Annal. Ind. p. 327. Eam non inspexi; esse tamen ε Aldina prima vel secunda expressam non dubito: quum lem mihi de altera, ex ea repetita 1520, constet: vid. . a. Et hoc ita se habere, didici ex Junt. Typograph. I, p. 37.

ra cum Comment. Servii, etc. Impress. Venetiis per Bar- æum de Zannis de Portesio MDX, die XX Junii. Venetiis. ....fol. 1510.

ttair. Annal. Ind. pag. 328. Repetita sine dubio ex edit.

'. M. Opuscula cum familiari expositione. Porcæ. 4. 1510. 3iblioth. Hulsiana T. II, p. 501. Vide ad a. 1509.

ıotationes Phil. Beroaldi Bononiensis, *in Commentarios* Phorce sine typographo....................4. 1510.

lioth. Bunav. p. 305. Biblioth. Acad. Gotting. Vulgatæ :ant jam 1489, ut supra vidimus h. a.

1511.

'. M... et minora: cum Servio, Probo, Sulpicii Verulani ıtionibus in sex priores Æneidis libros. Tum Phil. Beroaldi , ut ipse inscripsit, errores, cum Domitii Calderini in Juve- ıujus poetæ commentariis. Mediolani *per Leonardum Ve-* M. D. XI, die XXV Augusti............fol. min. 1511.

otuit mihi beneficio Martini, Rect. Lycæi ad S. Nicol. Lipsienses. Est repetita ex aliqua editione Veneta. « Vegii *Alexander Minutianus*, socer, Probi Grammatici in Buc. interpretamenta eruditissima addidit, apposuit quoque ı locis *Sulpicii Verulani annotationes in sex priores Ænei- os.* » Primo itaque nunc illæ editæ? et « tres celeberrimos maticos excussit, Priscianum, Nonium, Macrobium Gellio... »

'. M. Georgica cum Comment. Herm. Torrentini. Antwer- ....4. 1511.

iblioth. Tott. Panzer. Vol. VI, p. 5, 13.

1512.

V. M. Opera. Ex officina *Ascensiana* prodiere hoc anno iis fol. Extat ea in Biblioth. Duc. Sax. Gothana. Memo- in Biblioth. Schwarz. Est alia Ascensiana Parisiis: de lim dubitavi: nunc a viro docto, qui eam manu versa- doctus sum, eam prorsus convenire cum ceteris Ascen- , esse quoque iisdem Commentariis instructam.

Bucolica cum commento familiari (Herm. Torrentini) Londini per Wynandum de Worde....................4. 1512.

Ames's *Old English Printers*, p. 92, qui *Wyncken* appellat, Palmer's *Hist. of Printing*, p. 346. Maittair. Annal. Ind. p. 330. Eadem editio repetita 1514, 1516, 1533.

Bucolica cum verborum contextu in poetices tyrunculorum sublevamen per Herm. Torrentinum *triviali stylo familiariter discussa. Impr.* Argentinæ *per Jo. Knoblauch*...........4. 1512.

Vide ad a. 1509.

P. V. M. Æneis. Lipsiæ *per Jo. Thanner*..........4. 1512.

Recusa ed. 1505. Annales tamen Typogr. Lips. de ea tacent. Alia impensis *Melch. Lotter*, 1513. 4. adest in B. G.

1513.

P. V. M. Georgicorum liber cum novo absolutissimoque comm. Herm. Torrentini *multo accuratiori opera nuper recogniti, Argentinæ per Jo. Knoblauch, quo potuit, exactiori studio elaboratum. MDXIII.* Argentinæ.........................4. 1513.

Vide ad. a. 1509.

Bucolicum, sine nomine typogr. Viennæ..........4. 1513.

Denis Nachtrag zu seiner Buchdruckergesch. Wiens, p. 39.

1514.

Virgilius. Venetiis in ædibus Aldi et Andreæ soceri anno MDXIII Mense Octobri. Venetiis..................8. 1514.

Est hæc classica editio, ut supra jam dictum pag. 487 post Aldd. priores 1501 et 1505, auxilio Naugerii emendata. » Hujus, ut et primæ Aldinæ, usum benevolentiæ Kulenkampi Collegæ debeo (migravit ea inde in B. G. A.); ex ea de lectione Virgiliana multo melius mihi constitit quam antea divinare licuerat. Promittit Aldus in præfat. ad Bembum, « se lusus Virgilii, quos ille (Bembus) habeat correctissimos, tum editurum esse, si eos acceperit. » Quod tamen ipse non præstitit morte præventus; perfecit tamen Franc. Asulanus socer 1517. De Andrea Naugerio ejusque in Cicerone et Ovidio collocata opera leguntur nonnulla in ejus Vita a Vulpio præfixa editioni Operum 1718, de Virgilio nihil; tam jejuna est illa narratio!

P. V. M. Opera omnia ornata figuris, cum Servii, Donati, Probi, Domitii, Landini et Ant. Mancinelli Comment. Venetiis. ....fol. 1514.

(Vide Ven. 1507.)

Bucolica cum Comment. familiari. (Hermanni Torrentini) ›ndini per Wynandum de Worde................4. 1514.

Herbert's *typograph. Antiqu.* et ex iis Bruggemann View of e English Edd. of G. and R. Auth. p. 536 (vide sup. a. 1512.).

Georgica cum Comm. Herm. Torrentini. Daventriæ. 4, 1514.

1515.

P. V. M. Opera quæcunque exstant, et in hæc Annotationes ›mmentariaquė complurium doctissimorum virorum. In Buc. et :. Servius, Donatus, Mancinellus, Beroaldus; In Æn. Servius, ›mit. Calderinus, Aug. Dathus, Beroaldus, Ascensius. Venetiis, ædibus Alex. Paganini.......................fol. 1515.

Biblioth. Bunav. T. I, p. 300. Ascensianis in auxilium voca-, nunc Venetis anterioribus 1507 et 1514 nova classis edi-›num succedit, tantum commentariorum ratione habita.

Opera et Opuscula Virgiliana diligenter ab Ascensio *exposita impressa,* ad Kal. Novembr. MDXV, in Parrhisiorum Aca-mia.......................................8. 1515.

Maittair. Annal. Ind. p. 327.

Opera Vergiliana cum Comm. Servii, Donati, Mancinelli, ›obi, Aug. Dathi et Domitii Calderini, itemque Jodoci Badii :censii. Parisiis per Franc. *Regnault*.............fol. 1515.

Catal. Bibl. Reg. Paris. *Poetes,* n. 822. Ducta sine dubio ex it. Ascens. 1507.

Georgicorum libri quatuor et Rosæ. Argent. ex ædibus Schurianis.......................................8. 1515.

Ex iisdem ædibus *Æneis* eod. a. prodiit: v. Panzer. Vol. VI, 74, 398; ubi et de altero, p. 75, 406. Repetita *Æneis* 1520.

Æneis...................................4. 1515.

Maittair. Tom. II, pag. 270; et disertius Panzer. Vol. VI, 70, 363.

1516.

Bucolica; repetita edit. Londin. per Wynandum de Worde. ....4. 1516.

Ex edit. 1512, 1514.

P. V. M. Mantuani Bucolicum decem æglogarum opus tersum extrema opera castigatum: ab Herm. Torrentino familiariter ›positum. Venundatur Lypsi apud Melchiorem Lottherum ›regione fœni...............................4. 1516.

Biblioth. Acad. Gotting. repetitum ex edit. 1505.

Georgica cum Comm. Hermanni Torrentini. Argent..4. 1516. Vid. ad 1508.

P. V. M. Æneis cum aliis carminibus. Daventriæ...4. 1516. Beroaldi epistola præfixa. Esse tamen Æneidos libros ex Aldino exemplari castigatos et recognitos, Carmina autem minora ex antiquissimo exemplari multorum sæculorum recognita, ipsa præfatio docet inserta Maittair. Annal. Tom. II, p. 288. (Nec plura compererat Panzer. Vol. VI, p. 487, 33.) Jac. Faber aliquis recognitioni horum carminum præfuisse memoratur ibid. in Epistola ad Murmellium.

1517.

Opera Virgiliana a Servio, Donato, Mancinello et Probo; cum adnotat. Beroaldi, Aug. Dathi, Calderini, Badii. Opuscula ante Æneidem... Excusit in officina sua litteraria Jac. Sacon; *impensas autem protulit Bibliopolarum optimus, Ciriacus Hochperg.* Lugduni, 2 vol..............................fol. 1517.

Duobus Tomis... cum expolitissimis figuris et imaginibus: ait Maittair. T. II, p. 303, quæ nullæ aliæ sunt quam a Sebastiano *Brant* profectæ ed. 1502. Est autem repetitio Ascensianæ: id quod comparatione facta intellexi (Biblioth. Acad. Gotting.). Solet et Æneis separatim circumferri.

Hoc anno 1517 *Venetam cum Commentariis fol.* memorari vidi, sed suspecta fide.

Diversorum veterum poetarum in Priapum lusus. P. V. M. Catalecta. Copa. Rosæ. Culex. Diræ. Moretum. Ciris. Ætna. Elegia in Mæcenatis obitum et alia nonnulla, quæ falso Virgilii creduntur. Argumenta in Virgilii libros et alia diversorum complura. Venetiis in ædib. Aldi et Andreæ soceri. Mense Decembri. ....8. 1517.

Hæc classica est editio minorum carminum, e P. Bembi codice constituta. Vid. præf. ad Culicem et Cirin.

1519.

Opera, cum Comm. Badii Ascensii, Julii Pomponii Sabini, Domitii Calderini. Venetiis apud Luc. Anton. Juntam..fol. 1519.

Cœpit nunc Junta, Paganini exemplo 1515, Ascensianarum edd. commentarios e Parisinis inferre: cf. supra pag. 488. De Pomponio Sabino vid. supra pag. 462.

Vulgata quoque hoc anno sunt minora carmina, ut ex Breitkopf. Catal. p. 388 intellexi.

1520.

s. (cum minoribus Opusculis) Florentiæ *per hære-*
ɔi Juntæ nono Kal. Aug..................8. 1520.
eam *Antonius Francinus Varchicensis* (est is *Antonio*
! Vecchio. Vid. Negri *Istoria... de' Fiorentini Scrittori,*
us judicio *Nicolai Angelii Bucinensis* (de hoc vid.
20 et Juntin. Typogr. I pag. 50 sq.). Comparatione
ntellexi, cum Aldina prima et secunda eam conve-
. autem expressa sit ex edit. Juntæ Florent. 1510
id. supra h. a.), videtur exemplum hujus ab Angelio
m, nec tamen in multis locis, esse librariis operis
Præfixæ porro sunt: *Benedicti philologi (Benedetto il*
·id. Negri ibid. pag. 92 et Junt. Typogr. p. 60) *viri*
, *in Virgilium annotationes.* Sunt eæ paucæ numero,
cæ fere subtilitatis, sed pro illis temporibus non
ıdæ, et a me singulis locis memoratæ in Var. Lect.
t eas aliquoties viri docti, et receptas ex iis lectiones
t, ut Ecl. VIII, 77, *Necte, Amarylli, nodos.* Pervenit
ad Biblioth. Acad. ex auct. Askewiana. De Francino
:to adde socios Bipontin. p. 356. Junt. typograph.
p. 154.
cum Servii Comment. accuratissime emendatis... Probi
riolus, etc. — Venetiis in ædibus Ge. de Rusconibus
ısis excusi et per Bapt. Egnatium Venetum emendati.
.....................................4. 1520.
ione Venet. 1507, iisdem typis literarum et eodem
numero. Memoratur etiam Maittairio T. II, p. 600
Acad. Gotting.).
s, typis Michaelis Leschanger. Paris......4. 1520.
ınn. Typ. T. II, p. 599.
r. Opera, Opuscula et Priapeia. Argentinæ in ædibus
lauchii, ære communi Paulli Goez mense Octobri
.....................................8. 1520.
n Indice, p. 327. Conf. a. 1509.
r. Æneis. Ex ædibus Schurerianis. Argent...4 1520.
th. Acad. Gotting. e copiis Duvianis) vide supra 1515

1521.

s; in chalcographia Guilelmi Huyon Impressoris seduli.
.....................................8. 1521.

Maitt. Ann. T. II, pag. 617.

P. V. M. Andini bucolicum decem æglogarum Opus nulli non utile ab Herm. Torrentino scholiis illustratum, cui et index vocum in fine accessit. Exc. Lipsiæ in off. Melchioris Lottheri, 4. 1521.

Georgicorum liber cum Comment. Herm. Torrentini. Lipsiæ ap. eund. .... 4. 1521.

Biblioth. Acad. Gotting.

Castigationes et Varietates Virgilianæ lectionis per Jo. Pierium Valerianum. Impressit Romæ Ant. Bladus Asulanus. MDXXI: Mense Junio.................................. fol. 1521.

(B. A. G.) De Jo. Pierio, præclare de Virgilio merito, cf. Burmann. præf. Virgil. sub. f. Habuit ante oculos lectionem Aldinæ, et quidem secundæ ex prima expressæ : vid. ad Ecl. VIII, 34. Cf. Æn. VI, 233. XI, 507. Cf. sup. pag. 489. Receptæ hæ castigationes in edd. inde a Paris. 1529.

1522.

Virgilius cum Comment. var. et figuris. Adjecta sunt Priapeia —Venetiis. Gregorius de Gregoriis............... fol. 1522.

In Catal. Bibl. Reg. Paris. n. 823 memoratur; referenda sine dubio inter Venetas ex Ascensianis ductas.

Virgilius — ad exemplar Aldinum denuo recognitus a P. Vidovæo.. 12. 1522.

Memoratur ab Harles. p. 238. Cf. mox 1529.

1523.

Virgilius Basileæ apud Jo. Bebelium.............. 8. 1523.

E biblioth. Tott. Panzer. Vol. VI, p. 241, 510. Iterum 1528; ibid. p. 265, 607.

Cæsaris Delphini, *civis Parmensis, in carmina sexti Æneidos libri digressio.* Venetiis. Bernandinus de Vianis de Laxona. .... 4. 1523.

Foscarilegia, in quibus multa Virgilii loca emendantur a Nic. Scelsio Michaele Baroltano. Venetiis. Paullus Danza... 4. 1523.

Catal. Biblioth. Reg. Paris. *Poetes* n. 909.

1525.

P. V. M. Opera ad veterum P. Bembi et A. Naugerii exemplarium fidem castigata. Venetiis..................... fol. 1525.

Ex Aldina 1514. Eod. a. repetita Argentina ap. Knoblauch. v. sup. 1508.

1526.

Virgilius. per Sim. Colinæum Paris..............8. 1526.
Prima, si bene memini, Colinæana, ex Aldina aliqua priore expressa.

Virgiliana Quæstio per Franciscum Campanum Collemem. Bononiæ in ædibus Jo. Baptistæ et Benedicti Hectoris de Faellis. ....4. 1526.
Ex *Clement* VI, p. 196. Panzer Vol. VI, p. 335, 140. Dubito tamen an 1536 legendum sit. v. inf. ad a. 1540.

1527.

Virgilius. Venetiis *in ædibus Aldi et Andreæ soceri anno MDXXVII Mense Junio*..........................8. 1527.
Vide an. 1501, 1505, 1517. Est ex Aldd. pr. et tert. conflata lectio.

Virgilius per Bernardum Stagninum; Venetiis....12. 1527.
In bibliotheca Huberi Basil. Expressa sine dubio ex 1507.

Bucolica cum Commento Paris...................4. 1527.
Memoratur in Biblioth. Harlei. T. I. p. 177.

1528.

Opera Virgiliana cum decem Commentis docte et familiariter exposita. In fine : diligenti emendatione per Jacobum Mareschal. al. Roland. excusa Lugduni 1527 d. XIX Aug. c. figg. ....fol. 1528.
Alter annus in fronte expressus. Nonnulla exemplaria annum 1529 præ se ferunt. Editio ad Ascensianas instructa, proxime tamen ad Lugdun. 1517. Minora carmina Vol. priore Georgicis adjecta sunt (Biblioth. Acad. Gotting). Decem illa Commenta sunt Servius, Donatus, Mancinellus, Probus, Beroaldus, Augustinus Dathus, Domitius Galderinus, Jodocus Bodius Ascensius, Pierius Valerianus. Acc. Landini Enarrationes.
Eod. a. rep. Bebeliana edit. Vide ad 1523.

1529.

P. V. M. Opera cum decem Commentis (Servii, Donati et aliorum) *docte et familiariter exposita... Addit.* (post Georgica) *præter. opuscul. aliud, in Priapi lusum, quod antea impress. minime reperit.* Lugduni in typographaria officina Jo. Crespini, cum figg...................................fol. 1529.

Apud Mait. Annal. Ind. p. 329. Dubito, an prior illa superioris anni ab hac diversa sit.

Buc. Ge. Æneis cum Servii Comment. Add. Probi et Mancinelli Comment. et Donati... cum Pierii Castigat. et Jod. Badii Ascensii explanatione... Opuscula Virgilii (post Georgica)... Parisiis per Petrum Vidovæum *(Gaudoul)* cum figg...........fol. 1529.

Biblioth. Bunav. T. I, p. 300; descripta ex Ascensiana 1515. (Biblioth. Acad. Gotting.) Cf. modo 1522.

In P. V. M. Bucolica et Georgica adnotationes, ac loci omnes maxime Theocriti, tum etiam Hesiodi quidam, quibus usus est Virgilius, latine redditi per Eobanum Hessum. *E schola Norica.* Haganoæ, per Jo. Secerium......................8. 1529.

Eobani adnotationes, sæpe deinceps recusæ, hic primum vulgatæ esse videntur. Præfixa ejus epistola ad Fridericum Norimb. apud D. Ægidii Abbatem data est Norimbergæ mense Augusto 1528. (Biblioth. Acad. Gotting.).

1531.

P. V. M. Opera cum Philipp. Melanchthonis *adnotatiunculis. Et Virgilii alia opuscula cum Priapeiis.* Parisiis.......8. 1531.

Vid. Maittair. T. II, p. 759. Primo hic exarata esse video Philippi scholia; idque Parisiis factum miror. Cui otii tantum superest, caussam facile expedire poterit, si ea, quæ de eo viro scripta sunt, evolverit. Sæpissime hinc scholia illa in edd. repetita.

P. V. M. Opera. per Sim. Colinæum. Paris.......12. 1531.

Vid. ad 1526.

— Venetiis per Bern. Stagninum................12. 1531.

Non dubito, ductam eam esse ex altera 1507.

1532.

P. V. M. Opera. Mauri Servii Honorati in eadem Commentarii ex ant. exemplaribus integritati restituti. Castigationes et Varietates Virgilianæ lectionis per Jo. Pierium Valerianum. Ex off. Roberti Stephani. Parisiis........................fol. 1532.

De ea supra dictum pag. 488. (Bibl. Acad. Gotting.) Castigationes Pierianæ (de quibus v. ad 1521) jam 1529 sunt excusæ et alterum Tomum constituunt, quo exemplaria nonnulla destituuntur.

Juntina hujus anni 1532 est eadem cum ea, quæ anno sequenti commemorabitur.

1533.

V. M. Opera (cum carminibus minoribus), *accuratissime*
ata, et in pristinam formam restituta, cum acerrimi judicii
m commentariis, Servii, Donati, Mancinelli, Probi, Do-
Calderini. Quibus add. adnotationes Chph. Landini, Aug.
, Phil. Beroaldi. Acc. Castigationes... per Jo. Pierium...
iterum ab eodem recognitæ... Græca in veram lectionem re-
ta. In fine: Venetiis in ædibus Lucantonii Juntæ Flo-
ıi. A. D. MDXXXII, mense Septembri (at in fronte 1533
ɜ Januario); cum figg....................fol. 1533.
:e a. 1519. (Biblioth. Acad. Gotting.)
ʒilius cum Comment. Servii et expositionibus multorum
m doctorum. Impress. Mediolani per Vincentium da
ad instantiam D. Nicolai de Gorgonzola anno MDXXXIII.
mo Idus Junii. Quint. XXXIII. Car. IV. Mediolani.
....................................fol. 1533.
ıoratur a Maittairio Annal. Ind. p. 329. Ducta videtur ex
is.
V. M. Opera (cum minor. Opusc. ex 1517). Ex off. Rob.
ani. Parisiis...............................8. 1533.
:fixam habet ex edit. Ald. tert. præfationem. Poetæ tamen
passim ad alias edd., v. c. Ecl. X, 19 *bubulci*, mutata.
G.)
V. M. Bucolica Commento familiari. (Herm. Torrentini)
ni in ædibus Wynandi de Worde............4. 1533.
ıd Maittair. T. II, p. 790. vide supra 1512, 1516.
ɔlia ex Græcis et Latinis auctoribus in Bucolica... Lycobatis
ecii (Wolfgang Windheim?) Aug. Vind........8. 1533.
dantur ab Heusing. ad Offic. Cic. præf. p. 34. Nec plura,
: potuit Panzer. Vol. VI.

1534.

V. M. Opera cum Servii Probique Comment. ac omnibus
um variationibus in ant. codd. repertis, cura et studio Alex.
elli *emendata et propriis impensis in ædibus Petri de Nico-*
Sabbio impressa, sub principe Andrea Gritti MDXXXIII,
Septembri.............................8. 1534.
ıorant hanc parum frequentem editionem Fabric. B. L.
ag. 209. Maitt. Annal. Ind. pag. 328. Burius *Bibliogr. in-*
n. 2676. B. A. G. Ea inspecta, patuit spem me olim de

ea suscepisse vanam; nam sequitur ea Juntinas; lectionum autem varietas est e Pierian. Castigat. excerpta.

P. V. M. Opera ex recensione J. B. Egnatii cum Servii Comment. Basileæ per Jo. Walder. P. I. II...............4. 1534.

Maittair. T. II. p. 810 et ante eum Fabric. B. L. T. I, p. 208, ubi subjicitur; *qui* (Walder) *vetusto exemplari se usum esse ait.* Quod verebar, ne de Egnatio verba ista accipienda essent, ipsa res me docuit; est enim mera repetitio Egnatianæ a. 1507. Add. Panzer. Vol. VI, p. 303, 991.

Repetita quoque *hoc anno* Catalectorum editio apud Aldum ex editione 1517. (Biblioth. Gotting. Acad.) cf. Burmann. Sec. præf. Anthol. Lat. p. 58.

1535.

Virgilius. Phil. Melanchthonis adnotatiunculis illustratus. Parisiis apud Jo. Parvum..........................12. 1535.

(Vide 1531.)

Virgilius cum scholiis Phil. Melanchthonis. Acc. *diversorum lusus in Priapum.* Basileæ..........................8. 1535.

Biblioth. Huberi Basil. et B. Gott.

P. V. M. Bucolica. Tiguri. apud Chph. Froschouerum. ....8. 1535.

Maittair. T. II, p. 829. Cf. infra 1547, 1561.

Donati *in libros XII Æneidos quæ antea desiderabatur, absoluta interpretatio.* Impr. Neapoli per Jo. Sulzbachium et Matthiam Cancer., quarto Idus Novembres...........fol. 1535.

Scipionis Capycii, ICti, ad quem e Bibliotheca Joviani Pontani pervenerant, studio, Paullo Flavio curante, primum hoc anno Commentarii, *Donati* nomine insigniti, excusi sunt; quorum antea tantum excerpta in edd. erant prolata. v. sup. ad 1487 et 1489. Utriusque præfationes v. in Leonardi Nicodemi *Addiz. alla Biblioteca Neapolit. da Nic. Toppi* p. 127, 128. Donatum emendatiorem quatuordecim annis post in Germania vulgavit Ge. Fabricius.

Erudita Scholia in Bucolica Vergilii... per *Jodocum Willichium.* Argentinæ apud Jo. Albertum. In fine : M. Sept. MDXXXV. *primum* nunc prodiere; sæpe hinc aliis commentariis inserta. (B. A. G.)

1536.

P. V. M. Opera. cum Comment. Servii et Pierii. Brixiæ apud Ludovicum Britannicum.......................fol. 1536.

Maittair. Annal. Ind. pag. 329. Videtur Stephanianam a. 1532 aut Venetas ex iis interpolatas sequi. Cf. inf. a. 1546.

P. V. M. Opera cum undecim Commentariis; Chph. Landini, Ant. Mancinelli, Jo. Badii Ascensii, Servii, Donati, Probi, Dathi, Julii Pomponii Sabini, Beroaldi, Domitii Calderini. Venetiis apud Luc. Ant. Juntam. II. Voll. c. fig.....fol. 1536 et 1537.

Maittair. T. III, p. 273. Junt. Typogr. Annal. p. 16. Vide 1519, 1533. Recusæ hoc anno Eobani Hessi annotationes ex 1529. Coloniæ. (B. A. G.) et a 1525. ap. Panzer. Vol. VI, p. 433, 785.

1537.

P. V. M. apud Rob. Stephanum................12. 1537. Vide 1533.

P. V. M. cum scholiis Melanchthonis et Culice ex P. Bembi recognitione. Lugduni............................8. 1537.

Fabric. B. L. T. I, p. 212. Recognitionem, Culicis puta, ad P. Bembi librum petiit ex Aldd. Diversor. vet. poetar. lus. 1517 vel ex Dialogo Bembi de Culice 1530.

Lud. Vivis *in Bucolica Virgilii interpretatio.* Basil...8. 1537.

1538.

Buc. Ge. et Æneis. Parisiis apud Franc. Gryphium. 4. 1538.

Bucolica quidem 1538, at Georgica 1535, et Æneis 1537. Vid. Maittair. Annal. Ind. p. 326. Videtur operis proposita fuisse editio Lugdunensis superioris anni. Est autem hæc prima, quæ Gryphianum nomen præ se fert. Quæ quidem inspexi Gryphiana exemplaria, conveniunt cum Ald. pr.

P. V. M. Opera, Phil. Melanchthonis illustrata scholiis. Ejusdem Opuscula, Culex insuper, a P. Bembo recognita. Parisiis excudebat Jo. Lodoicus..........................8. 1538.

Maittair. Annal. Ind. p. 329. Vide modo Lugd. 1537.

Paraphrasis in XVI. Orationes Vergilii, quæ quidem primo Æneidos libro continentur. Per Gasparem Heldelinum, Ludimagistrum Lindaviensem. Argentorati ap. Cratonem Mylium. ....8. 1538.

(B. A. G.)

1539.

P. V. M. Opera nunc demum Nic. Erythræi opera in pristinam lectionem restituta, additis ejusdem scholiis, nec non observatione diligenti cum licentiæ omnis, tum diligentiæ Maronianæ in metri,

et indice copiosissimo. Venetiis per Jo. Ant. Sabium, II Voll. ....8. 1538, 1539.

Inani jactatione, quam Henr. Stephanus quoque subsannat in præf. suæ edit., in lucem edit Sabius ineptam Erythræi opellam; de qua jam vidimus a. 1500. Memorant eam Maittair. T. III, p. 306. Catal. Bibl. R. Paris. n. 226. Burius n. 2678.

P. V. M. Opera omnia diligentia P. H. Sussannæi *quam emendatissime excusa.* Parisiis apud Jo. Macæum...4. 1539, 1540.

Maittairius T. III, p. 306. Catal. B. R. Paris. n. 829.

P. V. M. Bucolica, cum Jo. Vivis Valentini in easdam allegoriis. Mediolani. per Minicium Calvum.............8. 1539.

Maittairius T. III, p. 306. Vide modo a. 1537; hinc sæpe et alias Bucolica cum Vivis inutili commentario sunt repetita, ut Antwerpiæ 1544, 8. et al.

P. V. M. Eclogæ decem, Calphurnii septem, Nemesiani quatuor, Sannasarii quinque. Francof. apud Christ. Egenolfum. ....8. 1539.

Maitt. T. III, p. 306. Cf. supra a. 1504.

Repetita quoque Georgica c. Willichii illustratione Basil. 8.

1540.

P. V. Maro. Ex off. Rob. Stephani; Paris.........8. 1540.

Vide sup. 1533, 1537.

— Per Sim. Colinæum. Paris..................12. 1540.

Vide 1526, 1531.

P. V. Maro. Apud Franc. Gryphium. Excudebat Jo. Lodoicus Tiletanus. Paris...........................4. 1540.

Maitt. Annal. Ind. p. 326, 330. Bucolica quidem annum exhibent 1542, Georgica et Æneis 1541, sex tamen posteriores Æneidos libri 1543.

Virgilius. Apud Aldi filios. Venetiis..............8. 1540.

Memorab. Bibl. Dresd. T. II, n. 309. Est, puto, eadem cum edit. 1541.

Franc. Campani *Quæstio Virgiliana s. Elucidationes in aliquot Virgilii loca.* Mediolani. Calvus. 4. 1540.

Catal. Bibl. Reg. Paris. *Poetes*, n. 910. Eundem libellum in manibus habemus inscriptum: *Franc. Campani Quæstio Virgiliana, per quam diligentissimus poeta negligentiæ, quam Tucca et Varus ac ceteri hactenus objecerunt, absolvitur, et sine qua multa in divina Æneide ad hunc diem obscurissima loca, sed in secundo præsertim et sexto, intelligi non possunt*, etc. Parisiis apud Jo.

Foucher. 1541, 8. Totus libellus versatur circa XXII illos versus, quos Tucca ac Varus Æn. II sustulisse feruntur. Præfixa Campani epistola data X Kal. Mart. 1536 satis docere videtur, jam ante Bononiæ eundem libellum prodiisse. v. sup. ad 1526.

In Bucolica Helii Eobani Hessi et Leonardi Kulmanni annotationes. Argent .... 8. 1540.

1541.

Virgilius. Venetiis apud Aldi filios 1541; m. Januario. 4. 1541. Repetita ex superioribus Aldd.

P. V. M. Buc. Ge. et Æneis curis P. H. Sussannæi emendata. Parisiis apud Mich. Fezendat..................... 8. 1541.

Maitt. T. III, p. 329. Alta exemplaria nomen *Oudini Parvi* gerunt. Adde Burium n. 2679. Ducta ex Edit. 1539.

P. V. M. universum poema, una cum emendatissimis Comment. Servii et Donati multo quam antea castigatissimum (et Carmina minora). *Addita sunt præterea, quæ in hoc ab Ascensio, viro non illiterato, scripta sunt.* Venetiis ap. Aloysium de Tortis. fol. 1541.

Secundum Juntinas expressa, ut supra observatum est. (Biblioth. Acad. Gotting.)

Bucolica, Georgica, Æneis. Venetiis, in offic. Erasmiana .... 16. 1541.

1542.

P. V. M. Opera cum Servii, Donati et Ascensii Comment. Venetiis apud Juntas............................. fol. 1542.

Pleniora dant Junt. Typogr. Annal. II, p. 271 (Vide 1519).

P. V. M. Buc. Ge. et Æneis. Apud Seb. Colinæum. Paris. .... 12. 1542.

Maitt. T. III, p. 340 (Vide 1540).

Apud eundem *in Virgilii Moretum scholia* Jo. Ruellii *per* Hub. Sussannæum *collecta* Paris. 12. 1542 prodierunt, Maittairio memorante T. III, p. 340. Ind. p. 331. Catal. B. R. Paris. n. 901. et eodem auctore, in Ind. p. 330.

Virgilii Tityrus, Ecloga, allegorica interpretatione illustrata per Jo. Bellofilium 8. 1543 excusus est, quo equidem æquo animo careo.

P. V. M. Buc. Ge. Æneis. Parisiis apud Petrum Gromorsum. .... 1542.

Bucolica quidem cum Georgicis 1542. Æneis autem 1545. Vid. Maittair. Ind. p. 326. Videntur recusa esse ex editione per P. H. Sussannæum emendata 1540 et 1541.

P. V. M. Opera ex castigatione Ant. Goveani. Lugduni ap. Seb. Gryphium..............................8. 1542.

Etiam a. 1541 nonnulla exempla exhibent. Habet præfixam Goveani epistolam : jactat tamen falso doctissimi viri castigationem. *Fœdissimorum mendorum sentinam* appellat eam Henr. Stephanus in præf. suæ edit.

Ad Virgilii opera Loci aliquot... a Ge. Leonberger. Ingolstadt. ....8. 1542.

Opera pro illo tempore non indocta, et cujus adhuc usus esse potest. Enotata sunt loca, cum veterum, Gellii, Macrobii, et Grammaticorum, tum philologorum, in quibus aliquid in Virgilium est observatum. (B. A. G.)

1543.

P. V. M. per Juntas Florentiæ....................8. 1543.

V. Junt. Typogr. Annal. p. 236.

Bucolica cum scholiis Phil. Melanchthonis, Willichii, Eobani Hessi, Leon. Kulmanni. Antwerpiæ ap. Jo. Loe.......8. 1543.

Maitt. Ind. p. 330. Etiam a Martino eam laudari memini. Eobani Hessi et Kulmanni annotat. Vide a. 1540.

1544.

P. V. M. universum poema, exactissime castigatam. Servii integra expositio : Probi... Joannisque Vivis Allegoriæ, Jodoci Willichii super Ge. expl. etc... Etiam varietates lectionum cum a Jo. Pierio, tum ab aliis doctiss. viris hactenus observatæ. Venetiis apud Hieron. Scotum..............................fol. 1544.

Expressa juxta Ven. 1541 et 1542. In nostro exemplari Æneis non desideratur. Subjecta sunt Carmina minora. Repetita 1558, 1562, 1585.

P. V. M. Opera cum opusculis... Omnia accuratius emendata. Lugduni. Seb. Gryphius........................16. 1544.

Editionem *Basileensem* a. 1544 cum Servii et alior. Commentariis, Jo. Bapt. Egnatii cura recensitis, memorat Burmannus Sec. in præf. ad Virgil. Similem esse video editioni 1534. Basileæ per Hieronym. Curionem exaratam e Sociis Bipontinis didici.

Scholia in Georgicorum P. V. M. libros IIII. doctissima, D. Phil. Melanchthonis, *nunc primum in lucem edita. Adj. Eobani Hessi Adnotationes ; ad hæc brevis explicatio vocabulorum de agricolarum instrumentis per* Jodoc. Willichium *Resellianum.* Basi-

apud Bartholom. Westhemerum; anno MDXLIIII; mense
;usto..8. 1544.
B. A. G.) v. Harles. notitia Script. Lat. T. II, p. 282. 3. Non
t hæc confundenda cum Scholiis Philippi in edd. Paris.
Gastius Brisacensis, qui præfatur, esse ea ex Melanchtho-
ore ab auditore quodam excepta, diserte narrat. De Wil-
iio v. 1535.
ulii Pomponii Sabini, *Grammatici, in omnia Virgilii opera*
imentarii. Basileæ. Jo. Oporin..................8. 1544.
7ide sup. ad. a. 1486.
Adriani Barlandi *Annotationes in IV priores Æneidos libros.*
twerp.................................. 1544.

1545.

P. V. M. Poemata. Parisiis apud Fr. Gryphium. . . 8. 1545.
Vide 1538.
Virgilius. Venet. apud Aldi filios.................8. 1545.
Vide 1540.
Virgilius Philippi Melanchthonis scholiis illustratus. Coloniæ.
.... 8. 1545.
De his v. 1531.

1546.

P. V. M. Opera cum Maphei Suppl. et Phil Melanchthonis an-
tat. Basileæ per Nic. Brylinger. . . . . 12. 1546.
Alia exemplaria a. 1545 præ se ferre videntur.
P. V. M. Opera cum Comment. Servii et annotat. ex Doleti
mment. LL. apud Lodovicum Britannicum. Brixiæ. f. 1546.
Maittair. Annal. Ind. pag. 329. Similem edit. v. sup. a. 1536.
P. V. M. Parthenicæ Mantuani Opera, post omnes omnium edd.
nc demum revisa et emaculatiora reddita. Ælii Antonii Nebris-
usis... ecphrases admodum familiares. — Apud Inclytam Gra-
tam.................................... 4. 1546.
Vide specimen Biblioth. Majans. p. 37. De fonte (1) editionis
ihi non liquet.
P. V. M. Opera Theod. Pulmanni Annotat. illustrata. Antwer-
æ per Plantinum. . . . . 16. 1546.
Memoratur tum aliis, tum Burio *bibliogr. instr.* n. 2680. Pro-
ibile tamen mihi est, per errorem eam laudari : anno male
tarato pro 1564, ad quem a. vide.

(1) Forsitan de fronte editionis. *Ed.*

P. V. M. Opera cum Opusculis. — Lugd. per Seb. Gryphium. .... 16. 1546.

Biblioth. Smith. p. D. Repetitur edit. 1542.

P. V. M. Buc. Ge. et Æneis cum adnotationibus. Lipsiæ per Valentinum Papam.............................8. 1546.

A *Phil. Becchio*, tum adolescente, posthæc Professore Basileensi, conscriptæ sunt adnotationes hæ, quæ fere *sub Ge. Fabricii nomine* venire solent; vid. Gesneri Biblioth. per Frisium p. 689. Easdem commendat Joach. Camerarius in Epistola ad Ge. Fabricium, VII Kal. Octobr. sed nullo anno adscripto data, et huic ipsi, si recte auguramur, editioni primum, deinceps et aliis, præfixa. In eadem epistola Camerarius profitetur, se descriptum ex Fabricii Mspto Virgilium Lipsiam asportasse et excudendum curasse. Quod Msptum nullum aliud potuit esse, quam exemplar, quod Fabricius prelo subjiciendum paraverat: nam scriptos codices Fabricius habuit nullos. Hæc ad nubem Schrebero in Vita Ge. Fabricii, p. 205, objectam dispellendam valebunt.

1547.

P. V. M. Phil. Melanchthonis adnotationibus illustratus. Tiguri per Froschouer.....................................4. 1547.

Vide 1531.

P. V. M. Opera cum Opusculis. Lugduni. Seb. Gryphius ....12. 1547.

Erant nonnulla, quibus olim adducebar, ut *Basileensem primam* et ad hunc annum a nonnullis referri solitam hoc anno excusam (vide 1551) putarem. Sed suspicionem hanc idoneis argumentis destitui nunc video.

1548.

P. V. M. Opera notis et argumentis et scholiis illustrata. Lugduni apud Seb. Gryphium...............................8. 1548.

Crevenna Tom. III, pag. 193.

Hujus anni editionem laudari vidimus Lipsiensem 8. 1548 inscriptam : *P. V. Opera indubitata cum reliquis et dubiis*, quo titulo edd. fere e Ge. Fabricii recensione insignitæ sunt. Forte tamen annus male laudatur, pro a. 1568.

A P. Burmanno in admonit. de Edit. Masvic. editio Brixiensis 1548 cum Pierii castigationibus narratur : quæ adeo ex edit. 1546 repetita est.

P. V. M. Georgicorum libri IIII. Phil. Melanchthonis scholiis *ıstrati.* Parisiis per Th. Richardum..............4. 1548. Maittairius T. III, p. 410. Exscriptus liber ex ed. Bas. 1544. ›c eodem anno 1548 et 1549 Richardus *Æneidem* et a. 1550 ıcolica excudenda curaverat. Unde fit ut edd. Virgilii Parisi-s horum annorum passim laudari videas. vid. Maitt. Annal. d. p. 330.

Repetita hoc anno *Bucolica cum Torrentini Commento* An-erp. 8. *Willichii scholia posteriora* in P. V. Basileæ 12. Etiam . *Lud. Vivis in Virgilii Bucolica interpretationem potissimum legoricam* 4. 1548 Parisiis Richardus vulgaverat.

1549.

P. V. M. Ex off. Rob. Stephani.................12. 1549. (B. A. G.) Vide 1533; 1537; 1540.

Etiam Basileensis h. a.

1550.

P. V. M. Opera cum Opusculis. — Lugduni apud Seb. Gry-ıium..8. 1550. (B. A. G.) Vide 1547.

De editione Paris. ap. Th. Richardum 4. 1550. V. ad a. 1548.

1551.

P. V. M. Buc. Ge. et Æneis (et carmina minora cum Com-entariis). *Nunc cum veris Commentariis* Tib. Donati *et* Servii onorati *summa cura editis et diligenter emendatis* (per Ge. Fa-icium). *Acc. his Jo. Hartungi Annotationes in libros Maronis* *'neidos ab ipso auctore diligenti cura collectæ; item Bonfinis su-r locum Æneid. IV.*—Basileæ. Henricopetri.......fol. 1551. Si *Donatum* et *Servium* curæ habueris, hactenus inter classi-ıs editiones erit referenda. *Donatum* Neapoli secum attulerat e. Fabricius, h. e. editionem ibi vulgatam a. 1535. In ipso ›eta nihil operæ tum quidem collocasse videtur, certe nullos SS. consuluisse. Epistola ad Valent. Gravium præfixa jam a. 547 data est, ut adeo per quatuor annos sub prelo sudasse Vir-lium necesse sit. (B. A. G.)

Alia est *Editio Lipsiensis* hujus anni par Valentinum Papam ırata 8. 1551 (cum Carmin. minor.), sed ex ed. Lips. 1546 ıpressa; vid. Gesneri Biblioth. per Frisium, p. 268 b., unde ıtelligere mihi videor, Virgilio a Ge. Fabricio emendato tum rimum lectionis varietatem ejusdem viri accurate docti in-

dustria accessisse. Quod etiam Ge. Fabricii Epistola ad Joach. Camerarium VIII Cal. Februar., 1551 scripta confirmat, quæ in edd. Lips. ante Culicem præfigi solet.

P. V. M. Bucolica cum Comm. Herm. Torrentini. Antwerpiæ. Exc. Jo. Verwithhagen .... 8. 1551.

Vide apud Maittairium T. III, pag. 605.

Dialysis quatuor librorum in Ge. Virgilii auct. D. Jodoco Will. (Willichio) Ruselliano. *Signorum prognosticorum de tempestatibus aeris physica explanatio eod. auct.* — Francofurti ad Viadr. in off. Jo. Eichhorn 8. 1551. *De consilio et scopo Æneidos*—eod. auct. ibid. 8. 1551.

De Willichio vide ad 1535. (B. A. G.)

1552.

P. V. M. Opera ad vet. P. Bembi et A. Naugerii exemplarium fidem castigata, cum Servii, Donati, et aliorum Comment. Venetiis. Juntæ .... fol. 1552.

Vide ed. 1525. Catal. B. R. Paris. *Poet.*, n. 837.

1554.

P. V. M. Opera c. n. Melanchthonis *et* Hegedorphini. Moguntiæ .... 8. 1554.

Vide Paris. 1531 et al., Tigur. 1547, etc.

P. V. M. Bucolica cum Commentario Rich. Gorræi *Parisiensis.* Lugduni apud Gul. Rovillium .... 8. 1554.

Maitt. T. III, p. 648. Museum Britannic.

P. V. M. Opera (una cum opusculis) *novis argumentis et scholiis illustrata, denuoque ad fidem exemplarium quam diligentissime restituta;* cum figg. Lugduni apud Seb. Gryphium. 8. 1554.

(B. A. G.) Vide 1550; 1552. Prædicat in præfat. (nescio an ea jam superioribus edd. præfixa sit) Gryphius castigandi interpungendique diligentiam; nova argumenta apposita et scholia, quibus loca, inprimis ex Græcis poetis, adscripsit, quæ Virgilius imitatus est.

1555.

P. V. M. Opera cum Nic. Erythræi scholiis et indice. Venetiis apud Jo. Ant. Sabium .... 8. 1555.

Repetita editio Ven. 1539; 1540. Alia per Hieronymum *Scotum* repetita hoc anno. Biblioth. Schwarz. n. 1009.

P. V. M. Bucolica, P. Rami *prælectionibus exposita.* Paris.

. Wechelum 8. 1555 et *Georgica* 1556, sæpius deinde ut 1564, tertium 1572; 8., quintum Francof. 1590. ›ueris quidem in manus daremus has prælectiones.

Maro. Aldus. Corrigente Paulo Manutio Aldi filio. Ve- ....8. 1555.

:ii poema emendatum a se etiam in præfatiuncula pro- Ita v. c. XII, 221 primus induxit *tabentesque genas.* :iones nondum in hac edit. apparent. Confer a. 1558. .)

Corradi *Commentarius, in quo P. V. M. liber primus* ; *explicatur.* Florentiæ excudebat Laurent. Torrenti- ....8. 1555.

Maitt. T. II, p. 669. (B. A. G.)

1556.

M. Opera, cum supplem. Maphei et Opusculis novis et ıtis *et scholiis illustrata, denuoque ad fidem castigatiss.* :rium *quam diligentissime restituta.* Lugduni per Seb. um......................................8. 1556.

:air. Annal. Tom. III, pag. 684. Vide modo de edit. 1555.

M. Opera una cum Opusculis, quæ ejus nomine circum- ·, *omnibus.* Antwerpiæ. Exc. Mart. Nutius...12. 1556. ioth. Acad. Gotting.) Hoc etiam anno *Editionem Fa-* 'm Lipsiensem post 1546 et 1551 *Lipsiæ* esse repetitam ', qui tradant.

. *M. Bucolicorum textus*—Lugduni apud Theobaldum :m......................................8. 1556.

apud Maittairium Tom. III, pag. 685.

'. *Bucolicorum explicatio perscripta de commentatione* rii: *cum indicatione et interpretatione locorum Theocriti Hessi; Jo. Sturmii in priores tres eclogas commentariolus.* ›rati per Blasium Fabricium...............8. 1556. . G.)

ini Crusii *scholia in I, II, et III Virgilii eclogam.* ibid.

1557.

. *M. Operum majorum Tomus I. minorum: Culex*, etc. *II ex recognitione* Ge. Fabricii, *cujus observationes Vir-* *lectionis accessere.* Argent. apud Rihelium.... 8. 1557.

Vide paullo ante ad a. 1546, 1551, 1556. Hæc est illa editio, de qua Ge. Fabricii epistola in Vita per Schreberum conscripta, p. 206, est accipienda, Fabricianarum quodammodo princeps.

P. V. M: Opera una cum Opusculis. — Lugduni ap. Theob. Paganum..8. 1557.

Confer a. 1556.

1558.

P. V. M. universum poema (et Carmina minora) *cum Servii et Jod. Badii Ascensii interpretatione; Probi Joannisque Vivis Allegoriæ*—Venetiis apud Jo. Mariam Bonellum.......fol. 1558.

Ad edit. Ven. 1544 excusa, ut supra diximus, et vulgo pro accuratissima habita. (B. A. G.)

P. V. Maro Pauli Manutii *adnotationibus in libri margine adscriptis illustratus.* Venetiis ap. P. Manutium, Aldi f...8. 1558.

Pleraque e Servio hausta. Alia admixta non magni momenti, etiam a seqq. editoribus. Sugillat hæc scholia Henr. Stephanus in præf. suæ edit.

P. V. M. Opera cum scholiis Phil. Melanchthonis. Parisiis ap. Richardum......................................4. 1558.

Vide supra a. 1548.

1559.

Eadem Francof. rep..........................8. 1559.

P. Nannii, *Alcmariani, in P. V. commentaria, nunc primum edita.* Basileæ per Jo. Oporinum................12. (1559).

(Biblioth. Acad. Gotting.)

Lamb. Hortensii *Montfortii Enarrationes in sex priores libros Æneidos et adnotationes in sex posteriores cum textu.* Basil. f. 1559.

(Conf. 1570, 1577, 1596). B. A. G. Sunt utique satis copiosæ; verum pro more istorum temporum congesta sunt plurima ad singulas voces, sententias et loca, quæ ad poetam nihil faciunt; quæ monitu opus erat, frustra quæras; v. c. statim I Æn. 8. *quo numine læso*, interpres ne odoratur quidem difficultatem in verbis.

1560.

P. V. M. Opera. P. Manutii Annotationes, et Homeri loca magis insignia, quæ Virgilius imitatus est, in margine notata. Venetiis apud P. Manut. Aldi f.......................8. 1560.

Vide modo a. 1558.

P. V. M. Opera una cum Opusculis.—Lugduni apud her. Seb. Gryphii...12. 1560.

Vide paullo ante 1556. Verum quod Bipontini Socii docuere, nova hæc est recensio Ant. Gryphii, filii, qui, *undique conquirendis multis exemplaribus, quæ calamo et stylo exarata ipsa vetustate probarentur ipsi*, neque sumtibus neque labori pepercisse se profitetur. Inprimis prædicat D. L. Fabricium I. V. C. Mediolanensem, qui e codice suo vetustissimo suppleverit versum Æn. VI, 775 *Laude pudicitiæ;* sed in hoc pro thesauro carbones. Vid. ad e. l.

1561.

P. V. M. Buc. Ge. et Æneis cum veris Donati *et* Servii *et* Probi *Commentariis a Ge. Fabricio emendatis: notis item recent. Pomponii Sabini, Phil. Beroaldi, I. Hartungi, Jod. Willichii, Ge. Fabricii, Bonfinis, Vivis, Cælii Rhodigini, Barlandi, Scopæ, Constantii Campani, Crucii et al.* Basileæ ap. Henricop. fol. 1561.

Ejus fundus editio 1551.

Editionem *Venetam cum Comment. Servii et Variorum* a. 1561 f. memorari vidi: quam nullam aliam esse arbitror, quam mox memorandam Ven. 1562.

P. V. M. poemata, quæ extant omnia, Phil. Melanchthonis annotatiunculis illustrata, adjectis figuris ligno incisis et doctiss. virorum scholiis et annotationibus. Tiguri Chph. Frosch. 8. 1561.

Cat. B. R. Paris. n. 841. Sequitur sine dubio edd. 1547. Cf. 1564, 1567, 1570. Edita curante *Jo. Frisio* Tigurino, qui contextum ipsum collatis optimarum editionum exemplaribus quam diligentissime correctum et emendatum in Epistola ad Chr. Froschouerum affirmat. Idem annotationes breves in Buc. et Ge. ex variis interpretibus, inprimis P. Rami prælect., item difficilium vocabulorum interpretationem Germanicam adjecit. Acc. *Chph. Hegedorphini* in Ge. annotatiunculæ. Ex *Steph. Doleti* de LL. Commentariis in Æn. decerptæ annotationes. Repetita a. 1567.

P. V. M. Opera Theod. Pulmanni studio correcta, cum Maphei Vegii Æneid. libro XIII. Antwerpiæ................8. 1561.

Dubito an annus recte adscriptus sit. Vide a. 1564.

1562.

P. V. M. Opera cum Comment. Servii et Variorum, Venetiis apud Jo. Mariam Bonellum......................fol. 1562.

Nitida editio : c. fig. Est repet. 1558. Accesserunt Lud. Cælii Rhodigini, Jo. Scoppæ, Jac. Constantini Fanensis, Franc. Campani, Jac. Crucei... lucubrationes. Subj. Maphæi Æn. XIII et Carmina minora. (B. A. G.)

P. V. M. Bucolica cum verborum contextu, per Herm. Torrentinum triviali stylo familiariter discussa. Antwerpiæ per Jo. Latium..8. 1562.

1563.

Repetita *Manutiana* anni 1560, 8. Crevenna T. III, p. 194 (B. A. G.) Basileensis ap. Nic. Bryling. 8. ad Gryphianam 1554 exacta, ut docent Bipont. Sodales. *Reguli* explicationes vide ad a. 1565.

1564.

P. V. M. Opera cum Phil. Melanchthonis et aliorum notis. Tiguri..8. 1564.

Vide paullo ante 1561.

P. V. M. Opera, Theod. Pulmanni *studio correcta. Paulli Manutii annotationes. Homeri loca, quæ Virgilius imitatus est. Ge. Fabricii observationes.* Antwerp.................12. 1564.

Typis nitidis eleganter expressus liber. Princeps, quantum assequor, edd. Pulmanniarum. Pulmannus in epistola ad Casp. Schetum Corvinum V. Id. Octobr. 1563 data exemplaria, cum manuscripta, tum typis impressa, se comparasse profitetur. conf. supra pag. 481. Nam in illa memorat « ea, quæ ex collatione exemplarium cum manuscriptorum, tum typis impressorum restituta emittit. » Repetita ea editio singulis fere annis.

P. Bembi de Virgilii Culice et Terentii fabulis libellum Florent. 4. 1564 prodiisse legi; nec tamen tum primum vulgatum. Vide Ald. 1517.

1565.

P. V. M. Opera ad Nic. Erythræi recensionem. Venetiis apud Franc. Rampazetum, expensis Melch. Sessæ...........1565.

Memoratur a Sylburg. præf. edit. Francofurt. 1583. s. 1582.

P. V. M. Georgica brevibus P. Manutii et aliorum annotationibus illustrata. Antwerpiæ per Chph. Plantinum....8. 1565.

Eodem modo *Bucolica* separatim esse excusa, nec non *Opuscula minora*, ex præfat. edit. 1566 intelligitur.

Varia Lectio in Virgilium a P. Gabiano *collecta.* Brixiæ. 1565.

E Cod. Mediceo, ut supra monuimus : p. cxxxvij.

Seb. Reguli *in I Æn. librum ex Aristotelis de Arte poet. et rhet.*

præceptis explicationes. Partes duæ. Bononiæ per Jo. Rubeum. ....4. 1563 et 1565.

(Biblioth. Acad. Gotting.) Ad Aristotelis præcepta, quo quidem modo illa tum accipi solebant, Æneis exigitur; propositum esse poetæ, tolerantissimi et fortissimi principis et perfecti viri simulacrum effictum ostendere; et sic alia a rerum veritate aliena. Reliqua ad subtilitates rhetoricas sunt exacta a poetices indole alienas.

1566.

P. V. M. Opera ad Nic. Erythræi recensionem. Venetiis ex offic. Franc. Laurentini 1566 memorantur Fr. Sylburgio in præfat. edit. Francofurt. 1583.

P. V. M. Opera (cum Opusc. minor.) *Paulli Manutii annotationes in margine adscriptæ: Homeri loca insignia, quæ Virgilius imitatus est; Ge. Fabricii Chemn. Observationes Virgilianæ lectionis.* Antwerp. ex offic. Plant..................8. 1566.

Nihil aliud egit Plantinus, quam ut Manutianas editiones 1555, 1558, 1560 repeteret. Ipse in præf. se exemplar Venetum, et, quod ex Veneto deinde editum sit, Lugdunense (Gryphianum?) rectitudine et veritate superasse profitetur. (B. A. G.)

Bucolicorum Virgilii simplex et dilucida metaphrasis... Auctore M. Mentone Gogrevio. Vitebergæ per hered. Ge. Rau. 12. 1566.

1567.

P. V. M. e Nic. Erythræi recensione. Lugduni, Vol. II. 8. 1567.

Nec dubito, jam aliam similem Lugdunensem superioribus annis præcessisse (1).

(1) L'examen du titre détaillé de cette édition confirmera l'idée que M. Heyne s'était faite de l'existence d'une édition lyonnaise semblable à celle-ci, et qui lui serait antérieure. Voici ce titre :

Pub. Vergilii Maronis Opera; convenientibus argumentis et scholiis, salva integritate illustrata, cum Nicolai Erythræi Veneti interpretationibus et operosissimo verborum ac sententiarum, in Vergilio observandarum indice, recens adposito. Lugduni, apud Seb. Honoratum, 1567, in-8° de 582 pages pour les pièces liminaires et les œuvres de Virgile. L'*Index* a 152 pages non chiffrées. On trouve enfin sur une 153^{e} page douze vers latins de Joannes Merulanus en l'honneur de l'imprimeur Thomas Bertellus.

Les trois premières pages contiennent un avis au lecteur, dans lequel l'imprimeur détaille le soin qu'il a pris pour donner un texte pur de Virgile, en l'accompagnant des explications de Nicolas Érythrée. Il dé-

P. V. M. poemata quæ extant omnia. adjectis figg.... et doctiss. viror. scholiis ac annotatt. Francof. ad Mœn. apud Ge. Corvinum Feyerabend et her. Wigandi Galli...........8. 1567.

B. G. A. Est repetitio Tigurinæ 1561.

1568.

P. V. M. e Ge. Fabricii recensione. Lipsiæ per heredes Valentini Papæ....................................8. 1568.

Repetita etiam est hoc anno *Antwerpiensis Plantini* anni 1566.

Virgilius collatione scriptorum græcorum illustratus, opera Fulvii Ursini. Antwerp. Chph. Plantinus..............8. 1568.

Est hic libellus Leovardiæ 1747 recusus cum nonnullis Valkenari opusculis. Doctrinam facile agnoscas; judicii subtilitatem in multis, quæ comparata sunt, desideres.

1569.

Eclogæ cum argumentis sive rhetoricis dispositionibus Phil. Melanchthonis, et Paraphrasi ac scholiis Steph. Riccii. Gorlichii. Exc. Abr. Fritsch..............................8. 1569.

1570.

Virgilius Londini. per Henr. Bynneman............8. 1570.

Apud Ames. Old. English Printings. et Herbert's typogr. Antiqu. unde Brüggemann l. c. p. 536.

P. V. M. c. n. Melanchthonis et alior. Tiguri. 8. 1570, 1573. (Vide 1564.)

clare qu'il a été obligé, pour ne pas déranger le placement des vers de Virgile, de reporter dans l'Index une partie des explications d'Érythrée. Cet Index est un abrégé de celui du professeur vénitien. L'imprimeur s'est plus attaché à reproduire ses explications que les mots dont Virgile s'est servi.

Cette édition est imprimée en caractères italiques qui ont peu de netteté. Elle ne parait pas avoir reçu des gens de lettres un favorable accueil; c'est là, sans doute, ce qui en a rendu les exemplaires très rares.

J'avais lieu d'être surpris de lire au bas du frontispice le nom de l'imprimeur *Sebast. Honoratus*, tandis qu'à la dernière page on lit: *Lugduni, apud Thomam Berthellum.* Il existe, en effet, des exemplaires portant le nom de Berthellus au bas du frontispice, avec la date de 1554, qui paraît être la véritable époque de la publication de cette édition. Ainsi le frontispice de 1567 n'est qu'un frontispice renouvelé. La conjecture de M. Heyne était donc bien fondée, et il est étonnant que cette édition lyonnaise de 1554 ne soit indiquée dans aucune notice des éditions de Virgile. (B.)

P. V. M.... c. n. Paulli Manutii et Ge. Fabricii h. a. quæ rep. Londini 1617. 8.

In P. Virgilii Bucolica Commentarii Mich. Barth. Lipsiæ apud Jo. Rhamba.................................8. 1570.

(B. A. G.) An 1575 repetiti sint, non dicam.

1571.

P. V. M. Opera indubitata. — Magdeburgi per Matthæum Giseken...8. 1571.

(B. A. G.)

Adjecta tamen minora carmina c. præf. Camerarii 1551 ex edd. Lips. Tum Varietas lectionis, et Annotationes in Buc. Ge. Æn.

Antwerpiensem a. 1571 *et Theod. Pulmanni Virgilianas Lectiones* a Fogginio præf. ad Virgilium Mediceum p. IV memorari video. Certe *Antwerpiensem* a. 1572 ex 1566 repetitam in manibus habeo. (B. A. G.) Etiam Ascensiana Veneta, et editio Parisina h. a. memoratur apud Sodales Bipontin., verum incerta fide.

1573.

P. V. appendix... Acc. Jos. Scaligeri *in eandem commentarii et castigationes.* Lugduni per Gul. Rouillum...8. 1572 et 1573.

Vide inf. 1575, 1595, 1617. Catalecta Virgilii jam prodierant Vincent. 1476, Venet. 1480 et 1484, f. Brix. 1485, Ald. 1517 et 1534 hinc ad calcem Edd. Junt. et aliar.

Tigurina rep. h. a. vid. 1570, 1564, 1561.

1574.

P. V. M. Opera cum Comment. Servii et Var. Venet. fol. 1574. (Conf. 1562.) Forte eadem quam 1571 ab aliis memorari vidimus.

Commentarii docti, breves ac succincti in P. V. M. quatuor libros Georgicorum, clariss. viri et poetæ celeberrimi Jo. Stigelii *studiosæ juventutis gratia in lucem editi* 1574 (per Henr. Thilonem Mag. Ecclesiæ Schmollensis Pastorem vulgati) Mulhusii. Exc. Ge. Hantzsch...........................8. 1574.

(B. A. G.)

1575.

Editio *Henricopetrina* (repetita post 1551, 1561) ex offic. Henricopetrina..............................fol. 1575.

(B. A. G.)

Virgilius et in eum Commentationes et Paralipomena Germani Valentis Guellii. Ejusd. Virgilii *Appendix cum Jos. Scaligeri Comment. et castigat.* Antwerp. ex offic. Chph. Plantini. .... fol. 1575.

Commentarii Valentis, non infimæ notæ, novum editionum genus constituunt, at in textu poetæ nihil operæ posuit. (B. A. G.)

1576.

Buc. Ge. Æn. P. V. M. Mantuani doctiss. virorum notationibus illustrata operâ et industria Jo. a Meyen *Bergizomii Belgæ.* Venet. apud Aldum (juniorem).................. 8. 1576.

Sæpius repetita, quia scholarum usibus inserviit; at in criticarum editionum censum non venire potest. Expressa est ex edit. Manut. 1558. (B. A. G.)

Inclyta Æneis... in regiam Tragicomœdiam, servatis ubique heroicis versibus non minori industria quam labore concinne redacta : a Jo. Lucienburgio Juris Candidato. Francofordiæ Mœni. .... 4. 1576.

In decem actus deductam vides Æneidem. Quantumvis absurdum hominis consilium oculis tamen subjicere potest, quantopere *dramatica narratio* regnet in carmine epico; quam multa ex dramatis natura ei insint, et quam facile primi tragici in id incidere debuerint, ut in Iliade plurium tragœdiarum argumenta inesse intelligerent.

1577.

P. V. M. Opera. Londini per I. Kingston............ 1577.

Apud Ames. l. l. Herbert. Brüggemann l. c.

P. V. M. Poemata (Buc. Ge. Æn.) *novis scholiis illustrata, quæ* Henr. Stephanus *partim domi nata, partim e virorum doctorum libris excerpta dedit;* Ejusdem H. Stephani schediasma *de dilectu in diversis apud Virgilium lectionibus adhibendo;* typis Henr. Stephan.................................. 8. (1577.)

Est prima Stephaniana scholiis marginalibus instructa post Manutium, maxime ex Servio. Plura in Maronem meditabatur vir doctus; vid. præfat. Multa bona complectitur schediasma, nec tamen nova.

Virgilius. Frf. ex offic. hered. Chr. Egenolphi. ..... 8. 1577.

Schreberi Vita Ge. Fabricii pag. 203, 204.

Lamb. Hortensii *Montfortii Enarrationes doctiss. atque utiliss.*

n *XII libros P. V. M. Æneidos. His acc.* Nascimbæni Nascimbænii *in priorem P. V. Epopœæ partem... explanatio* etc. Basileæ x offic. Henricopetrina........................fol. 1577.

(Vide 1559.)

1578.

P. V. M. Poemata, quæ extant, omnia; adjectis figuris egregie lepictis et doctiss. viror. scholiis ac annotat., partim antehac, parim nunc primum publicatis. Francof. apud Ge. Corvinum, imensis Jo. Feyerabend..........................8. 1578.

Vide Memorab. Biblioth. Dresd. T. II, n. 319. Sequitur a. 1756.

1580.

P. V. M. Opera, Theod. Pulmanni studio correcta. Acc. Paulli Manutii etc. (ut in ed. 1566) Antw. Chr. Plantinus...8. 1580.

P. V. M. Opera cum scholiis Jo. a Meyen. Venet. ap. Aldum Paulli fil......................................8. 1580.

Vide a. 1576. (B. A. G.)

P. V. M. Bucolica et Georgica paraphrasi exposita. Auctore Nicod. Frischlino *Alemanno.* Tubingæ apud Alex. Hockium. ....8. 1580.

(B. A. G.) Quam rationem sequi voluerit in interpretando, expositum ab eo est in Epistola ad Ge. Burckhardum in *Philolog. Epistol. Centuria e bibliotheca Goldasti* (Frf. 1600. 8.) p. 179 sq.

1581.

P. V. M. Opera cum schol. Phil. Melanchthonis et alior Tiguri......................................8. 1581.

(Vide 1564. 1570.)

P. V. M. cum notis Ge. Bersmanni (etiam Catalecta). Lipsiæ. ....8. 1581.

Sæpius deinceps repetita editio, etiam cum varietate lectionis ex Fabricianis. Sunt scholia in margine apposita, ex aliorum annotatt. collecta. Veteri MS. usum se esse ait a Joach. Camerario accepto.

P. V. M. cum notis marginalibus. Lugduni........12. 1581.

1582.

P. V. M. ad N. Erythræi recensionem. Venet. ap. Rampazeti et Sessæ heredes (repetita secundum superiores 1565, 1566). ....1582.

Vide Sylburgii præfat. ad edit. Frf. 1583.

1583.

P. V. M. poemata novis scholiis illustrata. Editio Henr. Stephani altera. Conf. Maitt. T. III, p. 787. (vid. 1577.) 8. 1583.

P. V. M. e Ms. Carpensi (cod. Mediceo v. sup. inter Codd.) *c. n. Paulli Manutii* (vide 1566) Venetiis............8. 1583.

Buc. Ge. Æn. Nic. Erythræi opera in pristinam lectionem restituta, additis ejusdem scholiis et indice... cum duplici epistola Fr. Sylburgii. Francof. ap. hered. A. Wechelii...........8. 1583.

Sylburgius in præf. se cum Jo. Opsopœo Erythræi Virgilium cum Indice ab innumeris nævis librariorum seu typographorum negligentia illatis repurgasse ait, quæ inprimis edd. Venetas 1565, 1566, 1582 fœdaverant. Igitur ad edit. 1539 omnia recensuisse videtur. Mirari tamen licet, virum doctum operam Erythræi nugatoriam curis suis dignam habuisse. (B. A. G.)

P. V. M. Pollio Ecloga quarta græcis versibus expressa ab Eusebio Pamph... Lutetiæ ap. Fed. Morellum..........4. 1583.

Biblioth. Acad. Gotting. Vide Argum. Eclogæ quartæ.

1585.

P. V. M... Venetiis ap. Jos. Gryphium..........fol. 1585.

Novissima, quantum assequor, editionum Venetarum hujus generis; repetitio enim est ed. Ven. ap. Scotum 1544 et ap. Bonellum 1558.

P. V. M. cum figg. notis varior. et præfat. Phil. Melanchthonis. Coloniæ..................................8. 1585.

Conf. 1578. Alia Lugdunensis memorat c. annotat. Paulli Manutii et Ge. Fabricii. Similes alias jam ante vidimus.

P. V. M. Georgicorum libri IV... germanice redditi et editi a M. Stephano Riccio seniore. Erphordiæ.............8. 1585.

1586.

P. V. M. cum Comment. Tib. Donati et Servii a Ge. Fabricio collectis et c. n. Var. Basil. Henricop.............fol. 1586.

(Vide 1561, 1575.)

P. V. M. e Theod. Pulmanni recensione..........16. 1586.

P. V. M. cum Erythræi Indice ad numerum versuum accommodato ab Ant. Mar. Basso Cremonensi. Venetiis per Damianum Zenarium...................................8. 1586.

Titulum integrum vid. in Catal. B. R. Paris. n. 845.

P. V. M. Georgicorum post omnes omnium Commentationes non contemnenda enarratio... edita studio Ge. Bersmanni *Annæbergensis*. Servestæ. Exc. Bonav. Faber..............8. 1586.

Est ea enarratio poetæ in Academia Lipsiensi publicis lectionibus facta. Bersmannus tum Gymnasio Servestano illustri præerat, quum hanc ederet partem primam in lib. Ge. I et II, (B. A. G.)

1587.

P. V. M. Opera cum scholiis Jo. a Meyen. apud Aldum. 8. 1587. Vide 1580.

Junius Philargyrius *in Buc. et Georgica Virgilii*, primum prodiit adjunctus *Fulvii Ursini notis ad Catonem, Varronem et Columellam.* Romæ..............................8. 1587.

Notat in præfat. ipse Ursinus, id quod res docet, non esse integrum Junii Philargyrii commentarium, sed excerpta tantum quædam ex eo, quæ quum legisset ille inserta fragmento vetustissimo Serviano (quod olim ipsi litteris Longobardicis exaratum dono dederat Paulus Manutius, favente Aldo filio), nullius autem interposito auctoris nomine discreta, sed a Servianis expositionibus tantum his notis sejuncta, *Et aliter,* reperit deinde in margine codicis Virgiliani exscripta manu Angeli Politiani, et quidem diserte sub Junii Philargyrii nomine; eodemque nomine ab Angelo in Miscellaneis laudata. Adjunctæ pag. 281 ejusdem Ursini Notæ ad Servium in Buc. et Ge. secundum Socios Bipontin. pag. 356 jam 1543 a Busdrago Lugdun. excusæ esse debent. Diversæ sunt notæ Ursini in Collat. Gr. scriptor. c. Virgil. 1568. Ex utrisque excerpta inseruit Commentariis suis Burmannus.

1588.

P. V. M. e Th. Pulmanni emendatione... (repetita 1580) Antwerp. Plant..................................8. 1588.

Ejusd. a Bersmann. rep. ex 1581.

1589.

P. V. M. Opera olim a Pierio Valeriano MSS. ope restituta, nunc denuo vetustissimo cum exemplari collata. Acc. antiquarum lectionum liber, Fabii Planciadis Fulgentii liber de allegoria Virg. et alia nonnulla (Julius Philargyrius; Ursini notæ ad Servium;

Velius Longus de Orthographia et Cassiodorus de Orthographia) in Officin. Sanctandreana..................8. 1589.

Catal. Bibl. R. Paris. *Poetes* n. 847. Burmann. de Edit. Virgilii Masvic. p. XLIX. Ursini notas modo vidimus cum Philargyrio a. 1587. De Pierio vide 1521, 1532.

Eodem anno, nisi forte jam 1587, Commelinus ex codice Palatino Virgilium ediderat, repetitum mox 1599, ad quem a. vide; cui adjunxit *Fulgentii Expositiones Virgilianæ continentiæ, Philargyrii Commentariolum, Fulvii Ursini Notas in Servium, Velium longum de Orthographia, Cassiodorum de Orthographia*, Heidelbergæ, 8. In titulo subjicit: « Ex his Fulgentius nunc primum editus est », et in præf. duobus exemplaribus se usum esse ait, quorum alterum Petrus Veckmanus, alterum F. Modius ex bibliotheca Fuldensi descriptum communicaverat. Videtur adeo eodem anno Commelinianam operam repetiisse officina Sanctandreana.

P. V. M. Opera a Th. Pulmanno emendata. Antw. ex off. Plant.......................................8. 1589.

Paullo ante 1588.

Bucolica et Georgica cum paraphrasi Nicodemi Frischlini Francof. 1589, 8. (B. A. G.) *Nathanaelis Chytræi in Virgilium Prolegomena. Et in ejusdem Eclogam primam Collectanea.* Rostochii. Exc. Steph. Myliander, 1586, 8. (B. A. G.)

1590.

Ciris et Elegia ad Messalam. Parisiis.............8. 1590.

1591.

P. V. M. e castigatione Ge. Fabricii. Lipsiæ........8. 1591.

Fabric. B. L. T. I, p. 214 repetita ex superioribus 1546, 1551 et al.

P. V. M. Opera omnia (etiam Carmina minora) *adjectis figuris egregie depictis et doctissimorum virorum scholiis, annotationibus ac novis argumentis ex variis interpretibus congestis...* Coloniæ ap. P. Horst.............................8. 1591.

(B. G. A.) In marg. sunt breves annotationes et Var. Lect. Adj. Annot. Jo. Frisii et ex Doleto in Æneidem. Videtur Tigurina aliqua expressa esse. Vid. 1561.

P. V. M. Londini per Francis Coldock...........4. 1591.

Vide Ames. pag. 315.

P. V. M. Bucolica serio emendata cum scholiis Franc. Sanctii *Brocensis.* Salmanticæ apud Didacum a Cussio......8. 1591.

Vide Specimen Biblioth. Majans. pag. 96. Repetita in Sanctii Opp. Tom. II, pag. 151.

Nic. Grimoaldi, *viri doctiss. in P. V. Maronis quatuor libros Georgicorum in oratione soluta Paraphrasis elegantissima. Oxonii in æde Christi, anno Sereniss. regis Edouardi sexti secundo confecta.* Londini. Excud. Ge. Bishop et Radulph. Newbery. ....8. 1591.

(B. A. G.) Est profecto elegantissima Paraphrasis. Libelli neminem adhuc præter Martinum mentionem facere vidi. De *Grimoaldo* vid. Wood Athenæ Oxon. Vol. I, p. 178. Add. nunc Brüggeman View of English Edd. of Gr. and Lat. Auth. p. 536.

1592.

P. V. M. Opera a Theod. Pulmanno emendata. Lugd. Bat. ex offic. Plant................................12. vel 8. 1592.

Vide 1589 et 1566.

Est quoque Gryphiana h. a. rep. e Manutio 1555. Insunt carmina minora. (B. A. G.)

1595.

P. Virgilii appendix... Acc. Jos. Scaligeri castigationes et commentarii aucti, curante Frid. Lindenbruch, *cujus et notæ additæ.* L. B. ap. Rapheleng..........................8. 1595.

P. V. M. Opera e Theod. Pulmanni emend. L. B. ex offic. Plantin. apud Rapheleng.........................8. 1595.

Cum Appendice a. 1596 (vid. edit. 1592). Plures Raphelengianæ hinc prodiere.

1596.

P. V. M. Opera ex edit. Ge. Bersmanni. Lips........8. 1596.

Sed talium editionum repetitas evulgationes plures recensere piget.

P. V. M. Opera indubitata (inest tamen Culex et alia) *e recens. Ge. Fabricii Chemn.* (repetita ex superioribus) Lipsiæ impensis V. Vœgelini. Imprimebat Mich. Lantzenberger. ....8. 1596.

(B. A. G.)

Wecheliana 1583 repetita Frf. Wechel............8. 1596.

(B. A. G.)

— *Hortensii* enarrationes in Æneidem, repetita editio ex 1577 per Seb. Henricp..........................fol. 1596.

Et Nascimbaenii explanationes in Æneidis libros V priores. Basileæ......................................fol. 1596.

1597.

P. V. M. cum figg. not. var. et præf. Phil. Melanchthonis (suppresso ejus nomine) Coloniæ per Groswinum Culenium (ex 1585.)..8. 1597.

— *Opera Chr. Seganolphi.* Francof...............8. 1597.

1598.

P. V. M. Georgicorum libri IV enarrationibus, quæ commentarii in loco esse possunt, illustrati a Federico Ceruto *Veronensi.* Veronæ per Ang. Tamum........................8. 1598.

Rob. Titii *ad Georgica Virg. prælectiones quatuor.* Bononiæ per heredes Jo. Rossii ....4. 1598.

1599.

P. V. M. Opera ex vetustissimo eoque accuratissimo Bibliothecæ Palat. MS. exemplari nitori pristino restituta; cum Indice Erythræi... Addita Fulgentii Planciadis Virgiliana continentia cum aliis nonnullis ad hujus poetæ intelligentiam necessariis. E bibliopolio Commeliniano..............................8. 1599.

Repetita est editio ex alia, quæ præcesserat, 1589 et curata a Juda Bonutio Hier. Commelini sororio et inscripta Paullo Melisso. De cod. Palatino vide sup. inter codd. Verum Fulgentius et reliqua vix iterum recusa sunt, sed exemplaria prioris editionis subjuncta. Saltem in nostro exemplari (B. A. G.) Fulgentius a. 1589 præfert. Repetita est hæc editio 1603.

P. V. M. Poemata, Henr. Stephani *scholiis illustrata* (Editio tertia, secundæ [1583] per omnia consimilis); Excudebat Paullus Stephanus...............................8. 1599. (B. G. A.)

P. V. M. Opera doctiss. viror. notationibus illustrata opera Jo. a Meyen. Francof. ex offic. Jo. Saurii..............8. 1599.

Alia aut eadem forte a. 1597 laudatur.

Symbolarum libri XVII quibus P. V. M. Buc. Ge. et Æn. ex probatiss. auctoribus declarantur, comparantur, illustrantur per Jac. Pontanum *S. J.* Aug. Vind. ex offic. Jo. Prætorii. f. 1599.

Eas valde probari audio; est quoque adjecta paraphrasis

I, II, III et X, XI, XII Æneidis. (B. A. G.) Ingens libri les me deterruit, quo minus eo uterer.

1600.

P. *V. M. Opera et in ea Mauri Servii Honorati Commentarii antiquiss. exemplaribus longe meliores et auctiores. Ex biblioca* P. Danielis *J. C. Acc.* Fabii Planciadis Fulgentii *liber de ıtinentia Virgiliana auctior e MS. cod. et* Junii Philargyrii *nment. in Buc. et Georgica.* Paris. Seb. Nivelle.....f. 1600. B. A. G.) Nobilissima editio propter Servii commentarios, os sequentes fere edd. hinc expressere, sed alia aliis vitios. Historiam *Codd. P. Danielis v. in Voyage litt. de deux Bélic. Tom. I*, pag. 65.

Editiones hujus sæculi s. a. sunt:

Manuale Vergilianum... Jodoci Badii Ascensii sententiarum diidatione inornata.......................obl. 8. s. l. et a. (B. A. G.) Totus titulus libelli expressus jam in Catal. B. R. ris. *Poët.* n. 821. Præfatus Ludov. Hohenwang Elchingen-. Character litterarum est neogothicus et ingratus.

Editio Colinæana s. a. in Biblioth. Reg. Paris. n. 828 et in oliotlı. Smith. pag. DI, quam a Maittairio in Hist. Typogra-. Paris. notatam non video; at in Annal. T. III, p. 318. T. II, 401 de ea agit.

Editio Henr. Steph. prima s. a. sed ad 1577 referenda.

P. V. M. Bucolica et Georgica cum Commento familiari. (Herm. rrentini) Paris. impressa per Felicem Balligault....s. a. 4. Biblioth. Bunau. T. I, pag. 302. Etiam in Biblioth. Hulsiana aliis laudari videas.

Editionem s. l. et a. cum Aldi Manutii epistola, Italico cha-ctere, viderat Maittairius Annal. Typograph. T. II, pag. 9, quam a Barth. Trot, lugdunensi typographo, excusam e putabat. Habui eam posthæc in manibus, vidique ex Ald. . expressam ac repetitam esse, nec pro eadem habendam: . v. c. p. I, lin. extr. *Mulus ego* exaratum. (B. A. G.)

Æneidos libri VI sine titulo, 4. memorantur Maittairio in dice Annal. p. 331.

Culex cum aliis s. a. 8 maj.

Georgii Alexandrini (Merulæ) *Emendationes in Plinium et irgilium:* subjectæ ejus in Librum de Homine Galeoti Oper. s. a. in Goezii Bibliotheca Dresd. T. II, p. 207.

34.

1601.

P. V. M. Opera cum Erythræi indice. Commelin. . .8. 1601.
(Ex Venetis, omissis tamen Erythræi obss.) Est etiam h. a. Genevensis c. n. Paulli Manutii et Ge. Fabricii.

Operum Cl. V. Nicodemi Frischlini.... Pars paraphrastica, qua cont. P. V. M. Bucolica ex Plauto et Terentio, Georgica ex Catone, Varrone, Columella et Plinio, Æneidos libri duo priores ex Livio, Cæsare et Cicerone, etc. Frf. ad M. typis et sumpt. Jo. Spiessii et heredum Rom. Beati. . . . . .8. 1602.

Idem libellus jam 1580 expressus, præter paraphrasin in lib. I et II Æneidis, quæ nunc primum accessit.

P. V. M. Opera ex Cod. Palat. antiquissimo. Commelin. 8. 1603.
De ea vide ad 1589, 1599.

Alberici Gentilis, *J. C. Professoris regii, Lectionis Virgilianæ variæ liber ad Robertum filium. Nunc primum in lucem editus.* Hannoviæ apud Guil. Antonium. . . . . .8. 1603.

(B. A. G.) Sunt scriptæ ad filium octennem, criticæ tamen ac philologicæ cum multa exspatiatione in Jus Romanum. Nec tamen ultra Bucolica procedunt.

P. V. M. Opera cum scholiis N. Erythræi et indice. Hanov. typis Wechel. . . . . .8. 1603.
Ex ed. 1601, 1596 et al. ducta.

Hoc anno excusus quoque in Corp. Poet. Lat. Genev. et iterum 1611 et 1627.

P. V. M. ex offic. Plant. Rapheleng. . . . . .1604.

Symbolarum libri XVII quibus Virgilii Buc. Ge. et Æn. ex probatis auctoribus declarantur, illustrantur per Jac. Pontanum. Lugduni. Jo. Pillehotte. . . . . .fol. 1604.
(Vide 1599.) Catal. Biblioth. R. Paris. n. 849 A.

Edit. *Commelin.* 1601 recusa. Commelin. . . . . .8. 1608.

Et Wecheliana ex edit. Fr. Sylburgii 1583 recusa Lugduni.

P. V. M. cum scholiis Jo. a Meyen. Francof. . . . . .8. 1608.

P. V. M. Bucolica et Georgica argumentis, explicationibus et notis illustrata a Jo. Lud. de la Cerda Toletano. Madriti f. 1608.

(Vide 1612, 1617, 1628, 1642.) Omnis viri docti opera in commentando versatur; lectionis cura nulla; sæpe ea interpolata.

P. V. M. Ciris. In eam Commentariolus Casp. Barthii. Ambergæ ex typograph. Schoenfeldiano. . . . . .8. 1608.

P. V. M. cum Servii commentariis. Parisiis........ fol. 1609.
Catalogue of the Libraries of Squire 1767, p. 8.

P. V. M. Culex. a Fr. Taubmanno. Vitebergæ......8. 1609.
Utraque in B. A. G.

P. V. M. cum Servio P. Danielis. Col. Allobr.......4. 1610.
Ex edit. 1600.

P. V. poemata... cum libro Suppl. Maphæi Vegii, Epigrammata, etc. *cum annotationibus brevibus ex variis interpretibus collectis et difficilium vocabulorum interpretatione germanica opera Jo. Frisii Tigurini.* Francof. Nic. Hofmann...........8. 1610.

Catal. B. R. Paris. n. 850. Est repetitio ed. Francof. 1567.

Excusus etiam Poeta in Corp. Poet. Lat. Genev. 4. 1611 et in ceteris Corporibus Poet. vett., sed hæc monere supersedemus.

Commentarii Jo. Lud. de la Cerda in VI priores libros Æn. Madriti...fol. 1612.
(Vide 1608.)

P. V. M. cum comment. Donati et Servii. Acc. Probi Grammatici, Pomp. Sabini, etc. *adnotationes* (etiam Carmina minora cum Commentariis) *studio Lud. Lucii Basil. Acad. Prof.* (post Ge. Fabricii recens.) Basil. per Seb. Henricpetr.....fol. 1613.

Servii recensio in hac edit. admodum probatur Burmanno præf. ad Virgil. Est tamen totus liber expressus ex edit. 1551. Fabricii notæ ab iis, quæ in reliquis edd. sunt excusæ, diversæ esse feruntur; sunt scilicet pleniores. (B. A. G.)

P. V. M. Opera cum N. Erythræi schol. et ind. castigata per Jo. Obsopœum et Fr. Sylburgium. Francof............8. 1613.
(Ex 1603) post tot alias Erythræanas.

Selecta quædam veterum poetarum opera... cum Scholiis Franc. Sanctii. Salmanticæ..............................8. 1613.
In his Eclogæ Virgilii. (B. A. G.)

Introductiones œconomicæ simul et politicæ... sive Virgilii Bucolica et Georgica paraphrasi perpetua illustrata a Nicod. Frischlino. Francof. per Is. Porsium.....................8. 1614
(Vide 1602.)

P. V. M. Opera cum scholiis Jo. a Meyen. Francof. ap. Nic. Hofmannum.......................................8. 1616.
Repetita forte ex 1610.

Est etiam hujus anni Bersmanniana; et e Pulmanni correctione. Paris. 24.

Catalecta Virgilii et alior. Poetar. Latinor. vet. Poematia cum

Comment. Jos. Scaligeri (item, notis Frid. Lindenbruch) L. B. Rapheleng....................................8. 1617.

(Rec. titulo 1595.)

Jo. Lud. de la Cerda Comment. in VI posteriores Æn. libros. Madriti....................................fol. 1617.

(Vide 1608, 1612.)

P. V. M. Buc. Ge. et Æneidos libri argumentis, explicationibus, notis illustrati a Jo. Lud. de la Cerda S. J. Lugduni sumtibus Horatii Cardon. III Vol..........................fol. 1617.

Nunc demum junctim editi in Virgiliana carmina diligentissimi commentarii. (B. A. G.)

P. V. M. Opera omnia B. G. et Æ. Ciris et Culex cum comment. Fr. Taubmanni, *curante et edente Christiano Taubmanno Frid. f.* (Witteb.) Zach. Schurer..........................4. 1618.

Editio Henr. Stephani semper fere pro regula fuit sub finem præfat. — « Ciris *textum ex Scaligeri, Barthii, et parentis lectionibus restitui.* Culicem *duorum exemplarium* (noli de Mss. cogitare) *a parente emendatorum auxilio correctiorem reddidi.* »

Pulmanniana. Amstelod..........................24. 1619.

P. V. M. cum Servio Danielis. Genev..............4. 1620.

(Ex 1600) vitiosissima, judice P. Burmanno ad Ecl. VIII, 92.

Tarq. Galluttii Sabini e S. J. Virgilianæ Vindicationes et Commentarii tres de Tragœdia, Comœdia, Elegia. Romæ per Alex. Zanettum....................................4. 1621.

(B. A. G.) Si otio abundarem, percurrendum mihi hunc librum putarem; accessio enim, ut nunc intelligo, magna fieri posset ad Excurs. extr. libri XII, et inesse video acumen haud contemnendum in locis Virgilianis seu vindicandis seu reprehendendis; etsi judicii subtilitatem et sensus elegantiam in iis, quæ legi, desiderabam.

Est anni 1622 Elzeviriana editio Lugduni Bat. 12. (B. A. G.)

Pauli Benii Eugubini in P. V. M. Æneidem Commentarii (operosi sed parum subtiles). Venetiis apud Jo. Guerilium. f. 1623.

(B. A. G.)

P. V. M. Opera G. Bersmanni Editio sexta ab eodem correcta et figuris ornata. Lipsiæ..........................8. 1624.

(Vide 1581.)

P. V. M. Opera studio Theod. Pulmanni correcta. Amst. 8. 1625.

P. V. M. Opera indubitata omnia... ad Jac. Pontani castigationes (vid. 1599) *accuratissime excusa c. indice ejus locupl.* Coloniæ. Exc. Henr. Krafft..............................1625.

P. V. M. Opera ad Jac. Pontani castigationes. Sedani typis. Jo. Jannoni.............................24. s. 32. 1625.

Editio litterarum formis minoribus nobilis, quæ ab ea nomen Sedanensium accepere. Burius, *Bibliogr. instruct.* n. 2683. Alia fertur esse 1628. De Jac. Pontani opera vide ad 1599 et 1604.

P. V. M. cum Cerdæ Comment. Coloniæ..........f. 1628. Vide Lugd. 1617.

Æneæ peregrinationes h. e. libri sex priores Æneidos analysi simplicissima enodati a Melch. Steinbruck. Coburg. 16. 1628.

P. V. M. Opera cum scholiis Jo. a Meyen. Francofurtana 1616 recusa Frf..................................8. 1629.

Memoratur quoque Coloniensis hujus anni forte ex 1591 ducta.

P. V. M. Opera clariss. virorum annotationibus illustrata: opera Joan. a Meyen. Paris. Jo. Libert..................8. 1630.

(Ex Ven. 1580.) Catal. B. R. Paris. n. 854.

P. V. M. Opera. In gratiam juventutis poetices studiosæ. Hispali apud Franciscum de Lyra..................12. 1730.

(B. A. G.)

P. V. M. Æneis c. comment. N. Abrami. Mussiponti. 8. 1632.

(B. A. G.) Eadem Rothomagi 8. 1633; tum *Bucolica et Georgica* Mussiponti 1635. 8; (B. A. G.) tandem opera omnia Tolosæ 1644; (B. A. G.) iterum Rothomagi 1637 et 1648.

P. V. M. Opera notis admarginalibus illustr. a Th. Farnabio, Londini. Felix Kingston........................8. 1634.

Sæpius repetita. Singulas notare, operæ pretium non est.

P. V. M. Opera, studio Theod. Pulmanni correcta. Amsterodami.......................................12. 1634.

Repetita ex 1625.

Virgilius Dan. Heinsio recensente nunc emendatior. Ad calcem animadversionum libellus e doctor. viror. observationibus (jam in edd. Fabric. obvius), L. B. ex offic. Elzevir......... ....12. et 16. 1636.

Quum hujus editionis faciem plures aliæ mentiantur subdititiæ, ad pagg. 1 et 91 respiciendum esse, ubi paucæ litteræ characteribus miniatis expressæ esse debent, non atris, *de Bure, Bibliogr. instruc. n.* 2684 docet: tam parvæ res sunt, in quibus hi bibliographi deliciantur! Referatur sane illa, si ita placet, inter rariores Elzevirianas; interioris tamen indolis bona habet nulla.

P. V. M. cum Comm. Servii P. Danielis. Genev.....4..1636. (Vide 1600, 1610, 1620.)

P. V. M. Opera. Parisiis e typogr. Regia........fol. 1641. Splendidum volumen: unum ex IV poetis latinis excusis prelo Luparensi. (Reliqui sunt Terentius, Horatius, Juvenalis et Persius.) (B. A. G.)

Virgilius e recens. Dan. Heinsii. (repetitus Elzevir. 1636) ....1641.

P. V. M. Opera cum Comment. Cerdæ (recusa ex edit. 1628). Colon. Agripp. III Voll..................fol. 1642 et 1647.

P. V. Copa, *cum commentariolo* Jo. Weitzii *et Spicilegio in Moretum Septimii Sereni.* Francof................. 12. 1642.

P. Virgilius cum veterum omnium Commentariis et selectis recent. notis. Nova Editio inscripta Georgio Valkenier. Ex. offic. Abr. Commelini. Amst...........................4. 1646.

Servius ex exemplari editionis P. Danielis (1600) a *Cl. Salmasio* multis locis emendato expressus. Usus etiam est *Commelinus exemplari Nic. Heinsii.* qui varias e Mss. lectiones annotarat. Notas viror. doctor. excerpsit *Corn. Schrevelius:* conf. præfat. (B. A. G.) Post meliores Heinsii editiones hujus quidem non magnus usus est.

P. V. M. Opera nunc emendatoria. Amst. per Lud. Elzevirum..16. 1649.

Virgilius Dan. Heinsii 1636 repetitus ex offic. Elz. 1652.

Alia c. n. Farnabii, et varior. a Schrevelio curata; sæpe hinc repetita.

P. V. M. Æneidos liber primus. Parisiis apud Seb. et Gabr. Cramoisy.....................................4. 1653.

P. V. M. Æneidos liber duodecimus ibid. eod. Maitt. Annal. Ind., p. 329.

P. V. M. Opera c. n. selectiss. variorum, opera Corn. Schrevelii; apud Franc. Hackium...................... 8. 1657.

Curata hæc ad exemplum reliquarum in Batavis cum not. Var. exaratarum; sine judicio, delectu et diligentia. Notæ adscriptæ non quas res postulabat, sed quæ calamo se offerebant.

Clavis anterioris Æneidos, itinera Æneæ notis et tabulis reserans, opera M. Jos. Seizii. Halæ suevor. per Jo. Reinhard. ....4. 1657.

Subjicitur *Analysis libri secundi Æneidis... Trojam... delineans. Analysis libri tertii, Exilium Æneæ ab Oriente:... libri quarti, Di-*

doni... ortam... αὐτοχειρίαν: libri quinti Ludos Æneæ... Tum tandem : *Centrum... Virgilianæ Æneidos, sive Analysis libri sexti descensum Æneæ ad inferos... delineans.* Halæ 1656. Inesse possunt in ineptis his subtilitatibus grammaticis et rhetoricis nonnulla, quæ ingenium forte acuant: si quis otio abundet. (B. A. G.)

P. V. M. per Jo. Ogilvium edita et sculpturis æneis adornata. Londini typis Th. Roycrofft..............fol. 1658 et 1663.

Cum 120 tabb. et cum charta geogr. Volumen magna impensa, et quantum illa ætas ferebat, non sine arte, curatum. Delineandis et incidendis figuris operam dedere clari artifices *W. Hollar, W. Faithhorne, P. Lombard*, et alii. Idem Ogilvius Anglicis versibus redditum excudi fecerat Londini 8. 1650. (B. A. G.)

P. Sebast. de Matienzo, Burgensis, S. J. commentationes selectæ ethicæ et politicæ in Virgilii Æneidem. Lugduni per Horat. Boissat et Ge. Remens...............................4. 1662.

Sunt argutationes fere ad Donati exemplum effusæ, deterioris tamen venæ. (B. A. G.)

P. V. M. accurante Nic. Heinsio. Elzev..........12. 1664.

Nobilis editio, e qua melior demum Virgilio lux affulsit. (B. A. G.)

P. V. M.—Maceratæ..........................8. 1668.

P. V. M. c. n. Nic. Abrami *S. J. et* Farnabii. Paris. Jo. Henault......................................12. 1669.

Juncta nunc primum opera duorum horum virorum.

Vide 1633 et 1634.

P. V. M. Opera (Adj. Culex et Ceiris) *accurante Nic. Heinsio.* Ex offi. Hackiana..............................16. 1671.

(B. A. G.) Vide 1664.

P. V. M. c. scholiis Jo. Minellii. Roterod..........8. 1674.

Sæpius abhinc recusa 1694, 1697, 1700, 1703, etc.

P. V. M. Opera interpretatione et notis illustravit Carolus Ruæus, *in usum Delphini.* Parisiis..................4. 1675.

Jure suo Ruæus inter meliores Virgilii interpretes refertur, idemque inter cæteros, qui in Delphini usum commentati sunt, cum Huetio inter meliores.

P. V. M. Opera : editio noviss. summa cura recognita et multis mendis purgata : adjecta sunt Tan. Fabri *et nonnullorum aliorum notulæ et emendationes.* Salmuri. Is. et H. Desbordes.. 12. 1675.

Adjectæ sunt Notulæ ex ejus adversariis collectæ; tum ani-

madversionum libellus, qui et in Fabricianis edd. occurrit. (B. A. G.)

P. V. M. accurante Nic. Heinsio Dan. fil. Amst. ex offi. Elzevir....................................8. et 12. 1676.

Similis ed. 1671, sed acc. animadversionum libellus modo memoratus. E vulgari fama habetur pro emendatissima editione. (B. A. G.)

P. V. M. Opera in tres Tomos divisa c. n. integris Servii, Philargyrii, nec non J. Pierii Varr. lect. et selectiss. plerisque Comment. Donati, Probi, Nannii, Sabini, Germani, Cerdæ, Taubmanni et alior. Quibus acc. observat. Jac. Emmenessii *cum Indice Erythræi.* L. B. et Amst. ex offic. Hack. 3 Voll....8. 1680.

Absoluta a Masvicio, in pretio et dignitate habita ab indoctis bibliographis. Expressus contextus ex Elzevir. Nic. Heinsii 1676. (B. A. G.)

P. V. M. Ruæi editio altera (emendata ex fide N. Heinsii). Parisiis..4. 1682.

Sæpe hinc repetita editio Paris. et Londini.

P. V. M. Opera Nic. Heinsius Dan. F. e membranis compluribus iisque antiquissimis recensuit Lugdun. Bat. typis Jac. Hackii. ....12. 1684.

Est jam ex edd. Heinsii perfectioris operæ. (B. A. G.) Memorantur aliæ 1685, 1688, rec. Lond.................1695.

Vigilii Opera ab ipso primum edita, scil. Epigrammata, Poematia, fragmenta... cum Comm. et obss. cumque paraphrasi italico metro concinnata ab Octavio Scarlatino. Bononiæ. P. Maria de Montibus..................................fol. 1697.

Virgilii Opera. Jo. Henr. Bœclerus quondam ex Ms. Biblioth. Argent. recensuit et annot. in quibus Servii Commentarii illustrantur, suppeditavit. Ulmæ. Jo. Wolfg. Beverlin......8. 1698.

Digna mihi visa erat editio, quæ accuratius inspiceretur. Nunc compertum habeo, nil nisi vulgaria vitia, lapsus et variationes reperiri. Habui collationem Ecl. X. Ge. I. Æn. VI. in quibus ne una quidem lectio bona varians paullo memorabilior occurrebat: nisi quod Æn. VI, 188 *numero* legitur. Memoratam videram in Catal. B. R. Paris. *Poëtes* n. 872, cf. Harles. p. 241.

Supplementum ad Æneida, seu Æneidos liber XIII. authore C. S. Villanova. Paris. per Aubouyn.........8. vel 12. 1698.

1700.

P. V. M. Buc. Ge. Æn. ad optimorum exemplarium fidem recensita per H. Langhton. Cantabrigiæ. Impensis Tonson 4. maj. 1701. Eadem 8. 1702, rep. 1707, 1711.

Ex Emmenessiana expressa.

P. V. M. c. n. Chr. Junckeri. Lips................ 8. 1703.

Similes alias edd. prætermittimus.

P. V. M. Opera Nic. Heinsius e membranis compluribus iisque antiquissimis recensuit. Ultrajecti apud Guil. van de Water. .... 12. 1704.

Ex Heinsiana 1676 religiose expressa; curante *P. Burmanno*, nisi quod lectionum nonnullarum, quas e cod. Mediceo Norisius in Cenotph. Pis. adnotaverat ab Heinsio prætermissas, ratio habita est. (B. A. G.)

P. V. M. Opera ad meliorum codd. fidem emendata, cum argumentis lucidissimis. Vindocini (Vendôme) Henr. Hyp. 12. 1706.

P. Virgilius Maro. Parisiis apud Musierium...... 12. 1707.

P. V. M. Opera c. n. selectis Abrami, Farnabii, Juvencii et aliorum, et omnium verborum indice. Rothomagi apud Lallemantium................................... 12. 1711.

(Vide Paris. 1666.)

P. V. M. ad exemplar, quod ex antiquissimis recensuit membranis Nic. Heinsius, c. n. Th. Farnabii. Amst. apud Janssonio-Wæsbergios................................... 12. 1712.

P. V. M. Operum Editio nova ceteris omnibus emendatior. Parisiis apud Jo. Barbou.................. 4. et 12. 1714 (1).

(1) En indiquant une édition de Virgile, avec l'interprétation et les notes du P. de La Rue, publiée en 1714, à Paris, dans le format in-4°, M. Heyne a partagé l'erreur commise par les éditeurs de Deux-Ponts, de Strasbourg et de Londres. On ne connaît en effet qu'une édition en quatre vol. in-12, publiée dans le cours de l'année 1714; voici son titre : *P. Virgilii Maronis Opera; interpretatione et notis illustravit Carolus Ruæus, soc. Jesu. Jussu Christianissimi Regis ad usum Delphini, editio novissima, auctior et emendatior, cui accessit index accuratissimus, omnibus numeris et concordantiis absolutus.*

L'*Index* n'était pas annoncé sur le frontispice de l'édition très estimée de 1682, seulement on lit à la fin du volume ces mots : *Index vocabulorum omnium quæ in Eclogis, Georgicis et Æneide Virgilii leguntur.*

J'ai dû chercher la cause de la différence des deux énoncés. L'abbé

P. V. M. Londini ex officina Jac. Tonson et Jo. Watts..... .... 12. maj. 1715.

Per *Mich. Maittaire*, a quo var. Lect. ex edd. Ven. per Leon. Achatem 1472 et Mediol. 1474 præmissæ sunt. Noli tamen putare magnam Maroni lucem ex binis his edd. affulsisse. (B. A. G.)

P. V. M. per Guil. Binaldum cum accentibus. Dublin et Amst. .... 12. 1716.

Editio *Catrœana.* 6 Voll. Paris.................. 12. 1716.

P. V. M. Opera cum integris Comm. Servii, Philargyrii, Pierii. Acc. Scaligeri et Lindenbrogii Notæ ad Culicem, Cirin, Catalecta. Ad Cod. MS. Regium Parisiensem recensuit Pancratius Masvicius II Tomis Leovardiæ. Exc. Franc. Halma........ 4. 1717.

Satis obvia editio, ad Heinsianam expressa, et *P. Burmanni* conviciis proscissa, cujus *admonitio* editioni Virgilii est præmissa, qua ad Emmenessii vel Schrevelii edd. excusam esse Masvicianam contendit. Variæ lectiones notabiliores post Erythræi indicem ex Cod. Parisiensi (Regio) et Markiano (Parrhasiano) subjectæ sunt.

Benedicti Averanii dissertationes in Virgilium XLV: in ejus Opp. Florentiæ 1717. fol. To. I. vulgaria intolerabili prolixitate recoquit. Subsistit ad Æn. I, 49.

P. V. M. c. n. Var. Rothomagi.................. 8. 1723.

Commentarii in P. V. M. nunc primum juxta ordinem verborum, post tamen uberioribus notis locupletandi. Tomus I, II, III. Scribebat D. *Gaspar Pinto Correa* Theologus Lusitanus, Gara-

Lezeau l'a fait connaître dans la préface qu'il a mise en tête de sa traduction du premier livre des *Fastes* d'Ovide, publiée en 1714 chez le même libraire : il prévient le public qu'il est sur le point de mettre au jour un *Index* de Virgile, qui lui a coûté beaucoup de soins; l'avis au lecteur, qui précède l'*Index* du Virgile de 1714, n'est pour ainsi dire que la traduction du passage de la préface citée ici. L'abbé Lezeau se fait donc reconnaître comme l'auteur de cet *Index*, si augmenté et si amélioré.

Le P. de La Rue avait alors environ soixante et onze ans; et au mois de juin de l'année 1713, il avait cédé au libraire Barbou son privilège, pour l'impression de ses notes sur Virgile. Celui-ci a donc pu choisir l'abbé Lezeau pour perfectionner l'*Index* publié en 1682 par le P. de La Rue.

La quatrième édition du Virgile du P. de La Rue, imprimée en 1722, contient l'*Index* de 1714; et on le trouve aussi dans les réimpressions de Hollande. Le libraire Barbou vendait séparément cet *Index* : les curieux le recherchent encore aujourd'hui. (B.)

jalensis Barcellorum Collegiata Canonicus Pænitentiarius. Ulyssipone occidentali..............................4. 1726.

In puerorum usum scripti. (B. A. G.)

Catrœana; nova edit. Paris. *chez les frères Barbou.* 4 Voll. ....8. 1729.

The Works of Virgil translated into English blank Verse, with large explanatory Notes and critical Observations by Joseph Trapp DD. 3 Voll. London. for I. Brotherthon, etc.........8. 1731.

Æneis jam 1718 et 1729 II Voll. excusa fuerat. Bonus Trappius judicii acumine et elegantia parum se commendat, peccatque forte copia rerum ac verbositate, si viris, non ephebis, scripsit. Sunt tamen in eo plura utiliter monita, quam in multis valde doctis notis.

P. V. M. cum annotat. Minellii a Jos. Ant. de Sylva. Ulyssipone occidentali.'..............................8. 1735.

(B. A. G.)

Masviciana repetita Venet. per Jo. Bapt. Paschalium 2 Voll. ....4. 1736.

P. V. M. e recens. N. Heinsii. Patavii per Jos. Cominum. ....8. 1738.

Juxta Heinsii Elzev., ratione tamen habita Amstelodamensis 1704.

Antiquissimi Virgiliani Codicis fragmenta et picturæ ex Bibl. Vaticana, etc. Romæ..............................fol. 1741.

Vide sup. inter Codd.

P. Virgilii Maronis Codex antiquissimus... Mediceus editore P. Franc. Fogginio. Florentiæ........................4. 1741.

Vide sup. inter Codices.

P. V. studio et opera T. Cooke. Londini............8. 1741.

(B. A. G.) Ruæi Operam emendandam sibi sumsit. In magna æqualium existimatione librum habitum esse video.

P. V. M. Georgicorum libri IV. The Georgics of Virgil with an English Translation and Notes by John Martyn, *Prof. of Botany in the University of Cambridge.* London for the Editor by R. Reily..4. 1741.

Splendida editio. Martinus VII codices comparasse se memorat, de quibus v. sup. Præcipua dos, qua se commendat Martini opera, est, quod rei rusticæ et botanicæ intelligentior ille fuit ceteris commentatoribus. *Altera* editio curata est 1746. 8 et *tertia* 1755. 8.

P. V. M. Buc. Ge. et Æn. Ex recens. Alex Cuninghami *Scoti*,

cujus emendationes subjiciuntur. Edimburgi apud G. Hamilton et J. Balfour....................................12. 1743.

Ex schedis ejus et iis, quæ ad marginem edit. Elzev. 1676 alleverat, post ejus mortem vulgata. Variantes Lectiones ab aliis e Codd. notatas, et edd. vett. 1470, 1472, 1474 et 1476 excusserat, e quibus pauca excerpta hic subjecta sunt una cum ejus conjecturis, quæ importune satis in contextum sæpe receptæ sunt (1.) (B. A. G.)

P. V. M. Opera ad fidem optimorum librorum accurate recensita. Gotting. ex offic. Acad. A. van den Hoek.......12. 1743.

P. V. Maro ex editione Nic. Heinsii et P. Burmanni. (præfatur P. Burmannus junior) Amst. apud Jac. Wetstenium. 12. 1744.

